

~~136 A.~~ № ~~123.~~ ~~331.~~
13 B, 47. 40.
R XIII b. 47 40

R/
3321

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, CONSILIARII REGII, SVPPLICVMQVE *libellorum in Regia magistri,* DE ASSE, ET PARTIBVS EIVS, LIBRI V.

Ab ipso autore nouissimè & recogniti & locupletati.



LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM.
1550.

BIBL: ACADEM: DORIATENS:

πολλὰ μωμήσασθαι ῥᾷόν ἐστιν, ἢ μιμήσασθαι.
Multa cauillari promptius est, quàm æmulari.

II-XIII 6A
25536
L52128945

GVLIELMVS BVDAEVS PARISIENSIS,

Regius Secretarius, ad optimum quenq; & candidißimum uirum, literarum & philoſophiæ ſtudioſum,

PRAEFATIO IN LIBROS DE ASSE ET PARTIBVS EIVS.

NATVRA comparatum eſſe uidemus, ut qui aliquid efficere ſe poſſe confidant, ij ad id aggrediendum, auſpicandũ, abſoluendum, toto (ut dicitur) pectore, totáque cogitatione incumbãt: idq; nihilo ſecius, etſi abſq; rei familiaris detrimẽto, aut ualetudinis incommodo facere non poſſe intelligant, nedum ſi nullum inde dignum operæpretiũ expectent. tanta uis eſt naturæ ad ea impellentis, ad quæ nos aptos fecit. Quum autẽ humanis animis nihil magis intelligentia ingenitũ ſit, quæ parens eſt ipſa omnis inuẽtionis: fit eiuſdẽ naturæ inſtinctu, ut quàm quiſq; ingenio maximè præſtat, tã is ad comminiſcendũ ſemper aliquid maximè intentus ſit & pronus. Quod uidens (ut arbitror) Homerus ingeniorũ uertex, homines alpheſtas interdum appellauit, quaſi indagatores, & inueniẽdi ui præditos. Interdũ id uocabulum pro hominibus uſurpauit, quaſi ſcilicet hoc hominis maximè propriũ eſſe exiſtimaret, indagare & inuenire. Inde artiũ omniũ conſummatio, quas Varro intra mille annos repertas & abſolutas fuiſſe tradit, cũ uarias ſcilicet uſus

meditando excuderet artes: ut inquit Homerus alter. Verumenimuero res multæ præclaræ ab antiquis uel inuentæ, uel usurpatæ, & in eorum usu positæ, ita uel æui situ squalidæ, uel incuria temporum neglectæ, uel rerũ inclinationibus diu desitæ fuerunt, ut iterum inueniendas in usum suum easdem posteritas habuerit. Quare uirorum acrium doctorumq; diligentia tantum una & altera ætate effectum est commentando, ut antiquitas propemodum interpolata in usum linguæ Latinæ ad nos peruenisse uideatur. Quum igitur ad ea quæ restabant inuestiganda, ita animatos æquales ætatis nostræ studiosos animaduerterem, ut certatim unusquisq; in commune negotium nauare operam cõtenderet, quasi è medio desumere sibi gloriæ argumentũ: ausus sum & ipse, cum ad hæc studia nec parum nec leuiter incubuissem, quæ comminisci potuerã, in medium afferre: si forte ipsa quoq; placere, & adiuuare laborem inquirentium possent. Itaque Annotationes primum in Pandectas edidi: in quibus non pauca contra receptam in uulgus hominum opinionem, & multarum ætatũ sententia præiudicatam, in iudicium deduxi, nonnulla etiam fortasse ne inter doctos quidem satis animaduersa. Qua in re utinam mihi non obfuerit quòd tumultuosius quàm decebat, in medium attuli quæ tumultuariè collegeram. ita enim inconsulto feruore me intuli in publicum, ut facilius culpã deprecari, quàm nunc inficiari aut excusare possim: ausus ipse Mineruam (ut aiunt) Athenis uiolare, id est, Accursij auctoritatem inter iurisperitissimos obtrectare, quæ summa & optima pars est nostrorũ magistratuum. Nunc alterã lucubrationẽ grandioris incepti operosioris q; profero: nõ in unum genus illã quidẽ editam aut disciplinarũ, aut artiũ: sed in uniuersum pertinentem

tinentem ad antiquitatis interpretationem, & per omne propè genus auctorũ probiorum utraq; lingua patentẽ. Quin & illud interest, quòd in illa cõmẽtatione cũ ignorantiæ alumnis res mihi tantũ fuit, quibus fere ueritas retrorsum longius repetita persuaderi uix potest. Docti autem uiri nullũ mihi negotiũ facessere uidebantur, qui uel ipsi ueritatẽ suapte intelligẽtia deprehendere solent, uel dociles ad optimã quanq; doctrinam se præbere non grauantur. At uerò huius ea ratio est & conditio, minimè quidem ipsa popularis, ut quas res in iudicium affero, ijs de rebus cẽsuisse recte nõ nisi solus & unus possim. Quo fit, ut si in summa fortè operis (ô præcipitem scribẽdi sortem, nõ modò ancipitem) hallucinatus esse uidear, omniũ scriptorum recentiorũ præiudicijs, & præcipuè doctissimi cuiusq;, damnatum me iri necesse sit. Huius anxietatis unum id demũ solatium habeo, quòd si secundum me (ut spero) doctorũ qui nunc sunt superstites, consensus pronuntiarit, in huius certaminis palma nullam sibi partem fortuna uẽdicabit, nullã inde frondem hominũ quisquam præcerpturus est. Nã cùm res attuli non fortè fortuna repertas, ut legẽdo fit interdũ, sed omnibus uestigijs indagatas, ijsque partim exoletis, partim perplexe inuolutis: tum uerò ita res nata tulit, ut enarratorũ lites nullas uertere in meã rem potuerim, quum eodẽ errore (nisi fallor) concordes ad unũ offenderim, sic fit ut nec repositum cibum nec frigidum attulerim, nec qui fastidiũ mouere stomachis à copia lectionum redundantibus possit. Primus enim (ut reor) instaurandã hanc partẽ uetustatis suscepi, non ab alijs illam quidẽ neglectam, sed uel hactenus conclamatam, uel præuaricatione trãsmissam. Addidi etiã uocabula nõ è promptuaria penu sumpta, quũ ipsum per se

operis argumentum suopte gustu posset ad stomachos acriores facere nulla etiã sermonis iucunditate cõditum. Titulum operis eum elegi, qui rem tractandam implere rectè intelligentibus posset, nec tamen profiteri Archimedeum quoddam inuentũ uideretur, aut auidã spem legentium immani pollicitatione frustrari. Nam neq; eiusmodi librum condidisse glorior, qui in arce Mineruæ statim consecrandus sit: nec rursus cuiuslibet industriæ esse censeo, pondera & mensuras priscorũ, nomismatis Græci Latiniq; rationem æstimationemq;, simul numerandi colligendiq; modum hoc tempore explicasse, ac priscam mundi opulentiam ad nummum perpendisse. Id quod nisi effecisse uidebor, propositi compos non ero. Mercimonij uerò expositi explicatio docebit (ut est in sermone hominum) quid institor rerum nouarum uisendum attulerit. Neque uerò uitio mihi uertetur (ut arbitror) quòd adhuc unus inuẽtus sim qui res densissimo situ uetustatis obductas refricare nunc auderẽ, reiq; cõploratæ & ab alijs abiectæ explicationem ab longioribus seculis repetere, quàm ut eorũ nunc redire scientia posthuminio posset, præsertim accedẽtibus tot memoriæ nostræ superioris q; præiudicijs. Non sum enim nescius quosdã de opere tantũ fama cognito, nec adhuc absoluto, sententiam eam tulisse, propè ut bidental mouisse à quibusdam existimarer, qui tanto interuallo hunc lapidem molirer ab omnibus intactum, aut certè incõcussum. Hoc autẽ ea de causa libentius suscepi, ut æqualium posterorumq; studia, nostrorũ præcipuè, ad parem aut maiorẽ cõtentionem excitarem, & in candẽ causam mecum quãplurimi incumberent. simul ociosæ huius uitæ rationẽ, quàm libens amplexatus sum, occasionem præbente temporis conditione, constare mihi

mihi apud patriã meam uolebam. Cuius rei indicium hoc esse uolo, quòd nemini uni hunc librum, sed genio Franciæ patriæq; dicare constitui. Nullum enim amplius præmium laboris propè sesquiannui exoptaui, quàm ut gratiam uniuersim à Francis, & subinde à Parisiensibus municipibus meis inirem. Dolebam etiã uehementer eam opinionem temere inualuisse, quasi ingenia Gallica à Quinquatribus Mineruæ interdicto naturæ summouerentur. Qua de re in opere ipso quid sentirem explicui, nescio quàm appositè. Itaque sub nomine iam dicto librũ auspicatè proditurum censui, ut uel Genio uel Mineruæ Franciæ, quasiq; in æde Honoris publici dicatus esse uideatur. Nunc uiros doctos huius certaminis iudices, qui de captu nostro scriptis alijs cognito, coniecturam facturi sunt in huius operis summã, exorandos habeo, ut Areopagitarum more rem magis iudicandam quàm reum animaduertant. librum prius perlegant, relegantq;, argumenta probationesq; expendant: ita quod uisum fuerit, ad extremum pronuntient. Et quando ita necesse est, ut ex oratione nostra æstimatio nostri fiat, quum libris in publicum editis calculum ipse iudicibus iam porrexerim, monitos eos uelim, ut specimen iudicij non à musteo adhuc stylo nostro, tyrocinijque feruore exultanti, sed ab austeriore sumant, aut qui iam intepuisse & consedisse uideatur: non aliter atque si de uino iudicium faciendum habeant, de amphora potius aut certè de dolio quàm de lacu sumi par sit. Postremò autem hoc libens ab omnibus lectoribus arbitris & ipsis operis postularim, ut eum mihi leuiores culpas condonarint, cui Aristarcho nullo uti licuit: sicubi obscuriores fuimus, quàm ut abs quolibet lectore planè aut facilè

intelligamur (ut certè interdum de industria fuimus, quoniam ita referre aut nostra aut decori arbitrabamur) ibi ut diem ipsi partim iudicij sui diffundant, quoad alios acriores consuluerint: partim quasi sibi hæc inquirere non uacet, aut pigeat, de figuratis locis non liquere fateantur potius, quàm ut præpropere aut iniquè quicquam de nobis pronuntient. Vale optimè lector, & eandem in causam mecum primo quoque tempore incumbe. Parisijs Idibus Martij, Anno Domini

M.D.XIIII.

GVL

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, CONSILIARII REGII,

DE ASSE, ET PARTIBVS EIVS, LIBER PRIMVS.

ASSIS partes sunt quadrans, triens, semis, bes, & dodrans, & aliæ enumeratæ in lege Seruum, sub titulo de hæredibus instituendis: libro duodetricesimo Pandectarum: quo in loco malè sexcuns legitur per x in priore syllaba, & per s in posteriore, inuersa orthographia: quum uiceuersa sescunx & sescũcia unciam significet, & unciæ dimidium: qui error etiam in sescuplo inualuit, pro quo uocabulo sexcuplum per x plerunq; legitur in exemplaribus: errore haud contemnendo. Est enim sexcuplum, quod sexies id capit ad quod relationem habet: Græcè hexaplum appellatur: ut senarius sexcuplus est singularis numeri. at sescuplum per s, scriptum, quod & sesquiplum dicitur, numerum hemiolium significat, qui latinè etiam sesquialter appellatur, ut quum dicimus senarium sesquiplum esse quaternarij. cõtinet enim eum totum, & insuper dimidiam eius partẽ. Eadem ratione sescunx & sescuncia hemioliam rationẽ ad unciã habet: & sesquipes

Assis partes.

Sexcuns.

Sescunx.

Sexcuplum.

Sescuplum.

Sesquialter.

ad pedem. Hæc autē omnia uocabula ab uncia declinata, per x in fine scribēda sunt, ut quincunx, septunx, deunx: licet hoc perrarò à librarijs obseruatum sit. Hoc autē ex eo intelligimus, quòd x recti casus, in genitiuū per c exire solet: ut phœnix phœnicis, felix felicis. Sic igitur deuncis & septuncis genitiui, deunx & septunx rectos suos
Sesqui. exposcunt. Porrò sesqui uocabulū in appositione inuentum, pro hemiolio accipiēdum est, quod perinde est ac si dicas, tantūdem & semis. Cicero in lib. de Oratore perfecto, Pes (inquit) qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partē pedis aut æqualē esse alteri parti, aut altero tanto aut sesqui maiorem. ita fit æqualis dactylus, duplus iambus, sesqui pæan. Sesqui appellauit pæana: quia pes omnis pæan longa una syllaba & breuibus tribus constat. at longa syllaba in tēporum metricorum ratione duas breues æquare dicitur. ita fit, ut tres breues longam unā dimidio superent. nā ternarius ad binarium relatus, sesquialterā proportionē habet. Quo modo igitur dactylus æqualibus partibus constat, quia prima longa duabus breuibus æqualis est: sic pæan alteram partem dimidio maiorem habet. Iambus etiam altero tāto maiorem, hoc est duplam. breuis enim syllaba, longa est dimidiata. Fortasse autem illa uerba Ciceronis sic legerentur rectius: aut altero tanto maiorē, aut sesqui: hoc sensu, ut pes altero tanto maior, in secūda sui parte sit duplus: qui autem non altero tanto, sed dimidio maior est, sit sesqui, ad priorem partē posteriore parte relata: non aūt sesqui maior: quia sesquiplum minus est duplo. Locus autē Cic. præposterè lectus, uiros doctos haud ita pridem in erro-
Sesqui. rem pertraxit. In cōpositione autē sesqui itidē dimidio maius significat: quod Græco uocabulo hemiolium à nostris

stris etiam appellatur, ut sesquipes, sesquicubitus, sesquidigitus, sesqui iugerum. unde sesquipedalia tigna apud Cæsarem, hoc est pedis unius & dimidiati, quod ad crassitudinem referendum est: & apud Horatiū sesquipedalia uerba: & sesquimensis, mensis & semis. Hoc autem sesqui significat siue cum uocabulo cōponatur mensuram aut numeri aut temporis aut modi significāte, siue etiam cum alio quocunq; uocabulo, ut sesquiopera apud Columellam, & sesquiplaga apud Plautum & Tacitum, &
sesculyxes in præfatione Plinij: quo uerbo, si rectè emen- Sesculyxes.
datum est (nam eius uerbi Plinij uestigium nullū in antiquis exemplaribus Plinij extat) ego hominē summè astutum & ueteratorem planè expolitum intelligo. fit eius uocabuli mentio apud Nonium. Tacitus libr. 15. Et ille multum tremens, quum uix duobus ictibus caput amputauisset, sæuitiam apud Neronē iactauit, sesquiplaga interfectū à se dicendo. Plautus in captiuis: Inde porrò ibis in latomias lapidarias: ibi quum alij octonos lapides effodiunt, nisi quotidianus sesquiopus effeceris, sexcentoplago nomē indetur tibi. hoc est, nisi tu duodenos effoderis. Sesqui Græci non habent quomodo uno uocabulo significent, nec ideo minus eleganter id exprimunt, hoc modo loquentes, ut Demosthenes κατὰ θεοκρίνου, ἐν τῇ τῶν ἀριστομάχου οἰκίᾳ ἐδόθη τρία ἡμιμναῖα τούτῳ τῷ ἀδοροδωκήτῳ. Cùm sesquiminam dicere uellet, τρία ἡμιμναῖα dixit, hoc est, tres semiminas. Sic Xenophon τρία ἡμιδαρεικὰ pro sesquidarico dixit. τοῖς στρατιώταις ἐποίησεν ἡμιόλιον τὸν μισθὸν, ἀντὶ δαρεικοῦ τρία ἡμιδαρεικά. Militibus sesquistipendium dedit, uel sesquiplum stipendium, & pro darico sesquidaricum pependit. Et in Oeconomico τριημιπόδιον, sesquipes, ut πενθημιπόδιον, duo pedes & semis,
hoc

hoc est quinque semisses. Cæterùm sesquitertium, sesquiquartum, sesquioctauum, & alia quæ in proportionibus significandis usurpantur, & antehac non modò à mathematicis, sed etiam à doctissimis uiris frequentata sunt & prolata, restè necne & latinè dicta sint, an secus, alterius esse instituti nunc duximus. Scio enim esse qui improbent: quibus ego non assentior, cùm Cicero ex Platone Timæi locum repetens uti non dubitarit. Verùm (ut diximus) ut sesquunx, sic etiam sesquuncia dicitur: & deunx, & deuncis in recto, & as & assis, & semis & semissis, bes & bessis. Varro lib. 1. de lingua latina assem
As. ab ære dictum esse putat. as enim & libra & pondo idem significant. unde assipondium & dupondius, ab asse fiunt:
Libra. Pondo. tressis, quadressis, nonussis, & decussis, pro tribus, quatuor, nouem, & decem assibus: & rursus pro binis decussibus uicessis: & tricessis pro tribus, hoc est tricenis assi-
Centussis. bus: & centussis pro denis decussibus: quo maius æris apud antiquos uocabulum nullum fuit. Persius,

Et centum Græcos curto centusse licetur, id est centum assibus. Decussem Vitruuius pro decade accipit lib. 3. his uerbis, Platoni placuit denarium numerum ea re perfectum, quòd ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ simul ac undecim aut duodecim sunt factæ, quot superauerint, non possunt esse perfectæ donec ad alterum decussim peruenerint. Alibi pro decussatione accipit lib. 10. quo in loco de cochlea, id est organo loquens sic inquit, Ita quò loci describuntur lineæ quæ sunt in longitudine spectantes, faciendæ decussationes, & in decussationibus finita puncta. his ita emendatè descriptis, sumitur saligna tenuis, aut de uitice secta regula, quæ uncta liquida pice, figitur in primo

primo decussis puncto, deinde traijcitur obliquè ad incedentes longitudines & circuitiones decussium. Decusses & decussationes Vitruuius uocat rectas & exactas diuisiones complanatorum capitum tigni & exasceatorũ: quæ decussatio fit ductis lineis quatuor ad centrum complanati tigni sese interscatibus, ita ut lineæ areolas octo faciant trigonas, quas uulgò facies appellamus. ob id octantes ab eodem auctore dicuntur. Hoc autem facile est Octantes.
intelligere, si quis per ambitũ teretis materiæ, & in duobus summis capitibus læuigatæ cõplanatæq; ijsdem spatijs octo puncta adnotet, & à puncto ad punctũ obuersarium perpetuã lineam ducat. sic enim fit ut omnes lineæ per centrum planitiei transeant, & similitudinem stellæ reddant. Plinius lib. 18. de uentorũ obseruatione loquens:
Obseruato solis ortu quocunq; libeat die, stantibus hora Cap. 33.
diei sexta, sic ut ortum eum à sinistro humero habeant, contra mediam faciem meridies, à uertice septẽtrio erit:
qui ita limes per agrũ currit, cardo appellatur. Circum- Cardo.
agi deinde melius est, ut umbram suã quisq; cernat: alioquin post hominem erit. ergo permutatis lateribus, ut ortus illius dici à dextro humero fiat, occasus à sinistro: tunc erit hora sexta, quũ minima umbra contra medium fiat hominem. per huius mediam longitudinẽ duci sarculo sulcum, uel cinere lineam uerbi gratia pedum x x. cõueniet: mediamq; mensuram, hoc est in decimo pede, circumscribi circulo paruo, qui uocetur umbilicus. per hũc medium transuersa currat alia linea: hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrũ, decumanus uocabitur. ducãtur deinde aliæ duæ lineæ in decusseis obliquæ, ita ut à septentrionis dextera læuaq; ad austri dexterã læuãq; descendãt, omnes

per

per eundem currant umbilicũ, omnes inter se pares sint, omnium paria interualla. Qui hunc locum Plinij intelli
Decussare. git, quid sit decussare, optimè nouit. Quòd si quis Plinium eo in loco nõ facilè intelligit, uideat Vitruuium lib. 1. & octogonũ schema apud eum decussatũ: quo in loco de colligendis uentorum flatibus loquitur. Verùm quãdoquidem eum in locũ Plinij incidimus, obiter duo eius uerba emendanda duximus, id quod in hoc opere sæpenumero faciemus. sic enim fert instituti operis ratio, ut non contemnẽdum operæprecium facturi uideamur, si in huiusmodi diuerticula castigationum modicè euagemur: nec si id facere aut nolimus aut nequeamus, cursum inoffensum tenere tractatus hic noster possit. Quandoquidem igitur in eam necessitatem incurrimus nonnunquã librorum castigandi, & eodem legentium utilitas non parua nec sine quadã oblectatione competitura uidetur, age uideamus an ab hoc loco haud absurdè auspicaturi uideamur, qui ut silentio fortasse præteriri potuit sine præuaricationis nota, sic ita obtulisse se uidetur, ut uitio uerti nobis nõ possit quasi occasionem eius quæsierimus. sequitur enim uerba Plinij supradicta continuò hic uersus. Quæ ratio semel in quoq; agro ineunda erit, uel sæpius si libeat, ita uitæ ligno facienda regulis paribus in tympanum exiguum, sed circinatum adactis. Sic in omnibus impressis libris legitur, conniuente etiã Hermolao Bar-
Plinij locus. baro Plinij castigatore. ego ex antiquis sic restituẽdum puto, Vel sæpius, si libeat uti, è ligno faciẽda regulis paribus. quorum uerborũ apertus est sensus. Decussis significationẽ Columella quoq; clarè significat lib. 3. de iugata uinea loquens: Ferè autẽ prædicta ætas læto solo trunco; tres materias, rarò quatuor desiderat, quæ per totidem

dem parteis ab alligatore diuidi debet: nihil enim refert iugum in stellã decussari atq; diduci, nisi & palmites adiungãtur. Decussare propriè per medium secare significat, id quod ostendit Cicero in lib. de uniuersitate quum inquit: Hãc igitur omnem coniunctionẽ duplicem in longitudinem, diffidit, mediæq; accommodãs, mediam quasi decussauit. Plena enim decussatio fit cum litera X in scipsam transuersa incidit, ut ex eo loco Platonis intelligendum datur; quẽ Cicero latinũ fecit. Martianus de coluris loquens in. 8. Alij à cardine meridiano incohamenta circuli perhibentes, eundẽ per arcticum uerticẽ unde ortus est, denuo retulerunt: qui quidẽ alium ab ortu circulũ decussantes, in quatuor quadras mundi ambitum discreuerunt. Et decussatim apud eundẽ in primo, Hinc rosis decussatim uinculatis serta contextio. Decussare. Semuncia. Sextula.

Post unciam sequuntur partes unciæ, ut semuncia, id est dimidiũ unciæ: & sextula, sexta pars unciæ: uerbũ etiam in testamentis usurpatũ. Cic. pro Cecinna: Testamẽto facto mulier moritur: facit hæc hæredẽ ex deunce & semuncia Cecinnã, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertũ superioris uiri, Ebutio sextulam aspergit. Hæreditatem, id est assem, his uerbis Cicero in deuncẽ. semunciã, & tres sextulas diuisit. Ex quo liquet sextulã tertiam esse partem semunciæ, & unciæ sextã. Duas sextulas dixit pro tertia parte unciæ, quũ tamen aliud uocabulũ latinũ haberet, duellã scilicet. nã duæ sextulæ duellã faciũt: quæ tertia pars est unciæ, hoc est sexta et tricesima totius assis. Duella.

Post hæc sequitur drachma, octaua pars unciæ: quæ ipsa geminata siciliquũ efficit, assis duodequinquagesimã. Drachma in terna scrupula distribuitur, quæ à Græcis grãmata. i. literæ ideo dicuntur, quòd quatuor & uiginti literas Græci in alphab Drachma. Siciliquum. Scrupulum. Gramma.

alphabeto suo habĕt, quot uncia scrupulos capit, & dies ciuilis horas. Scrupulũ rursus in binos obolos diuiditur,

Semiobolus. ut obolus in binos semiobolos. Vltra has minutias nullum est uocabulum facilè Latinis usurpatum. Itaq; mensores

Vocabula mẽsorum. post mensuras maiores (de quibus ipsis satis latè in Annotationibus nostris diximus) ad pedem descẽdentes & palmum, nec habentes quomodo palmum cõmodè diuiderent (ut author est Boëthius) id quod inter palmum & digitum medium erat, unciã uocare instituerunt, secũdo

Stater. loco digitum, tertio staterem, id est semunciam, quarto quadrantem, quinto drachmam, sexto scrupulũ, septimo obolum, octauo semiobolum, quẽ Græci ceratium uocãt, nono siliquam, decimo loco pũctum, undecimo minutum, duodecimo momẽtum posuerunt. Alij siliquã Latinè pu-

Ceratium. Et Siliqua tant esse id quod Græci ceratium dicunt, hoc est siliquæ fructus granũ. Siliqua in Italia nascitur hodie quoq; longitudine digitali, latitudine pollicari, ut auctor est Plinius: intus habet grana, quæ sena singula scrupula pen-

Pedis diuisio. dent, hoc est diobolũ. Pes igitur in duodenas uncias partitur, dicimusq; semissem pro sex pollicibus, ut nostrates loquuntur, id est octo digitis. Spithame græco uocabulo dicitur mensura digitorũ duodecim. hanc nostri dodrantem appellare solent. Palmus quaternos digitos significat, & alio nomine quadrans uocatur. eademq; ratio in reliquis seruatur, ut in triente & besse, quorum ratio facilius pollicum usu quàm digitorum iniri potest, ut triẽs quaternos pollices significet, & bes octonos. & itidẽ in

Pollex. minutijs. est enim pollex medius inter palmũ & digitũ, quam unciam Boëthius à mensoribus uocitatã esse dicit.

Iugerum. Varro lib. 1. Rerum rusticarũ, Iugeri (inquit) pars minima dicitur scrupulũ, id est decem pedes, & lõgitudine & lat

& latitudine quadratũ. ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subsiciuũ esse unciam agri aut sextantem. Hoc pugnare uidebitur cũ antedictis, nisi intelligamus unciam agri duodecimã partẽ iugeri intelligi, unciæ autem quartam & uicesimã scrupulum esse, hoc est drachmæ tertiam: qua ratione fit, ut ducenta octoginta octo scrupula sint in iugero: quæ si centenario multiplicẽtur (hoc est denis quoquouersus pedibus, ex sententia Varronis supradicta) duodetriginta pedum quadratorũ millia, & octingẽti pedes fient, quæ est mẽsura iugeri. Varronis igitur uerba ita intelligenda sunt, ut ab uncia agri ad ultimam minutiã descendatur, quã uult esse scrupulũ, hoc est ducentesimã & octogesimam octauã partem iugeri, & iugerum ducentesimã partem cẽturiæ. Rursusq; à scrupulo quasi metiẽdi initio ad unciã perueniri, & sextantem, & alia mensurarũ maiorũ uocabula. Subsiciuum autem uerbũ est mẽsorum, ut alia permulta, quorũ Boëthius in geometria meminit. Columella uerò lib. v 1. iugeri partitionẽ faciens, minutias à dimidiato scrupulo incohandas esse cẽset. sic enim inquit. Vt à minima aũt parte iugeri, id est ab dimidio scrupulo incipiã, pars ducẽtesima octogesimaoctaua pedes efficit quinquaginta, id est iugeri dimidiũ scrupulũ. Verum numerus eo in loco corruptus est. non enim pars ducẽtesima octogesimaoctaua, sed pars quingentesima septuagesimasexta legẽdum est. sic enim recta calculi ratio exposcit, et facile est ex Varrone intelligere, & ex ijs quæ apud eũdem Columellam sequuntur: quanquam & ipsa corruptissima sunt. sed hoc modo emendanda, totusq; locus ille sic legẽdus, Vt à minima parte, id est à dimidio scrupulo incipiamus, pars quingẽtesima septuagesimasexta, pedes efficit quinquaginta,

Subsiciuum.

Columellæ locus restitutus.

ginta, id est iugeri dimidium scrupulum. pars ducentesima octogesimaoctaua, pedes centum, hoc est scrupulum. pars centesima quadragesimaquarta, pedes ducẽtos, hoc est scrupula duo. pars septuagesimasecunda, pedes quadringentos, hoc est sextulam, in qua sunt scrupula quatuor. pars quadragesimaoctaua, pedes sexcentos, hoc est siciliquum, in quo sunt scrupula sex. Reliqua quæ sequuntur eo in loco, emendata ferè sunt. Columella igitur minutias à semiscrupulo incohandas esse censet. nam ulteriores (inquit) persequi superuacuum est, pro quibus nihil dependitur mercedis, sed superiores tantum partes cadunt in æstimationem facti operis. de mercede fossorum & agricultorum intelligens. Ordo igitur huiusmodi est ut à dimidio scrupuli ad scrupulum transeat, à scrupulo ad sextulam, in qua sunt scrupula quatuor. idem est enim scrupulum quod grãma, quarta & uicesima pars unciæ, & sextula sexta pars. Porro à sextula trãsitum facit ad siciliquum, id est scrupula sena. nam drachma geminata siciliquum efficit. quare siciliquus quarta pars est unciæ: à siciliquo ad semunciam progreditur, in qua scrupula duodecim. ita ad unciam, & ab ea ad sextantem, deinceps ad quadrantem trientémque & quincuncem usque dum ad assem, id est iugerum, perueniat. hic est, eorum uerborum ordo sursum uersus, & uiceuersa deorsum, id est ab asse ad semiscrupulum. Vncia autem à Boëthio non pro duodecima iugeri parte, sed pro digito ac triente digiti accipitur, quem pollicem nostri uocant. huiusmodi autem uncia pedem habet pro asse: & eam non agricolæ, sed mensores & geodetæ secuti sunt, quorum olim apud Romanos ars fuit celebrata, & uocabula artis propria, quamquam ea sit alioqui ratio horum uocabulorum,

De scrupulo & reliquis vocabulis.

Siciliquus.

Geodesia. Res omnis in assem eiusque partes diuiditur.

lorum, ut omne corpus et res omnis deniq; in assem eiusq; partes diuidi possit. siquidem Vitruuius libro III. architecturæ, senarium numerum in has partes diuisit, his uerbis, Mathematici uerò contrà disputantes, ea re perfectum esse dixerunt numerum qui sex dicitur, quòd is numerus habet partitiones eorum rationibus sex numero conuenientes: sic sextantem unũ, trientem duo, semissem tria, bessem (quem dimœron dicunt) quatuor, quincunx (quem pentamœron dicunt) quinque, perfectum sex. Ne autem scrupulosa hæc magis quàm necessaria horum uerborum enarratio uideatur, ueniamus ad exempla, ut ex ijs intelligatur citra huius rei explanationem auctores linguæ latinæ perfectè intelligi non posse: magnumq; lumẽ rei literariæ accedere hinc posse, & (ut spero) accessurum. Columella libr. XIII. Ad prædictum autem modũ musti adijci debent hi odores, myrrhæ quincunx, calami pondo libra, cassiæ selibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx. Plin. lib. XIII. de citrinis mensis loquẽs, Qua in re nõ omittendũ uidetur Tyberio principi mẽsam quatuor pedes sextãte et siciliquo excedentẽ, tota uerò crassitudine sesquncuniali, operimẽto conchylij & laninæ permediũ uestitã fuisse. Quibus uerbis Plin. mẽsam eã IIII. pedes longitudinis habuisse significauit, & duos præterea pollices, & pollicis quadrantẽ: crassitudine uerò sesquipollicẽ æquauisse. Idem ibidẽ, Magnitudo amplissima adhuc fuit unius cõmissæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolem. quatuor pedũ et semipedis permediũ ambitũ, crassitudine quadrãtali: maiusq; miraculũ in ea est artis latẽte iũctura q̃ potuisset esse natura solidæ. itẽ à Nomio Tyberij Cæsaris liberto cognomẽ trahẽtis, trib. siciliqs infra quatuor pedes, totidẽq; infra semipedẽ Cap. 15.

crassitudinis. Plinius crassitudinem quadrantalem dixit, quæ quatuor esset digitorum. longitudini autem quaternum pedum tres pollicis partes, id est dodrãtem pollicis defuisse significat, qui unus est digitus: & tantũdem semi-
Cap.5. pedali crassitudini. Idem lib. XXVII. Asplenũ sunt qui Hermionium uocant, fõlijs trientalibus multis, radice li-
Cap.11. mosa. & rursus eodem libro, Inter omnes hærbas lithospermo nihil est mirabilius, alij ægonychon uocant, alij diospyron. hærba quincuncialis ferè, fõlijs duplo maioribus quàm rutæ. Quincuncialem hærbã appellauit minorem semipede, & septenũm ferme digitorum. sequitur
Quincuncialis hærba. enim pòst paulò: Iacere eam atq; humi serpere auctores
Cap.8. tradunt. Idẽ lib. XXXIII. de lapide lydio loquens, Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes. Vitruuius lib. III. Crassitudines autem graduũ ita finiendas censeo, ut neq; crassiores dextante, neq; tenuiores dodrãte sint collocatæ. sic enim durus non erit ascensus. Dodrãtem appellauit duodecim digitos, dextantem decẽ pollices. Idem lib. V. Superq; laterculis bessalibus pilæ struantur, ita dispositæ, uti bipedales tegulæ possint supra esse collocatæ. Bessales dixit laterculos, qui octo pollicum longitudinẽ habent. Liuius lib. V. ab urbe condita, Terna iugera & septunces uiritim diuiserunt. Septunces dixit pro dimidiato iugero, & duodecima parte iugeri. Tertij Regum, septimo, Crassitudo autem luteris, trium unciarũ erat. Pro quo secundi Paralip. quarto legitur, Porrò uastitas eius habebat mensuram palmi. Palmus autẽ, ut alibi diximus, quatuor digitorum est, & quadrans appellatur: licet palmus pro dodrãte interdum usurpetur. Hoc glossularij illorum librorũ diuinasse magis quàm intellexisse uidẽtur: quippe cum

cùm diuus Hieronymus in præfatione libri Iob ita scripsisset: Habeant qui uolũt ueteres libros uel in mẽbranis auro argentoq; descriptos, uel uncialibus (ut uulgò aiũt) literis onera magis exarata quàm codices. Hæc inquam cùm enarraret interpres, unciales literas esse dixit auri unciam appendentes, uel auri uncia constantes, ignarus uidelicet horũ uocabulorũ significationis. unciales enim literas Hieronymus intelligi uoluit pollicis crassitudine exaratas. Pari ignorantia & illa eiusdẽ præfationis uerba imperiti transmittũt: Obliquus enim (inquit ille) etiã apud Hebræos liber hic fertur, & lubricus, & (quod Græci rhetores uocant) eschematismenos, dum qui aliud loquitur, aliud agit. Quod uerbũ primæ literæ aphæresi acephalum factũ est. uulgò enim e præcisa, schematismenos in exẽplaribus lectitatur. Nicolaus Liranus Huguitionis auctoritate fretus, mirificè hoc uerbum enarrauit: ueritas tamẽ hoc habet, ut eschematismenos liber Iob ab eo auctore elegãter dictus sit, qui figuris uerborũ sententiarumq; uariatus & quodãmodo uelatus atq; adeò uestitus sit. Schemata enim, id est figuræ, duorũ sunt generũ, id est dictionis, & sentẽtiæ: sed quæ sententiarũ dicũtur, maximè in oratorio sunt instrumento. Schemata enim à Græcis dicuntur quasi gestus quidã & configurationes habitusq; orationis: quæ omnia propemodũ Cicero in 3. de Oratore enumerauit, sed simplici contẽtus nomenclatura, ut qui oratoris magis personam, quàm rhetoris & sophistæ, in iis libris suscepisset, quomodo & in libro de Oratore perfecto. quapropter Fabius quasi Ciceronis enarrator, luculenter & copiosè ex Ciceronis præscripto de figuris disseruit. Ex cuius uerbis lib. IX. quid sit schema, discere facilè poterimus: Sed si habitus quidam

Vnciales literæ.

Eschematismenos.

Schemata.

Cap.1.

(inquit ille) & quasi gestus sic appellandi sunt, id demum hoc loco schema dici oportebit, quòd sit à simplici ac in promptu posito dicendi modo poeticè uel oratoriè immutatum. sic enim uerum erit aliam esse orationem aschematiston, id est carentem figuris (quod uitium non inter minima est) aliam eschematismenen, id est figuratam. hactenus Fabius. Ex cuius uerbis intelligimus diuum Hieronymum ut literarum bonarum non ignarum, sic plerunque non dissimulatorem, librum illum eschematismenon, id est figuratum ideo appellasse, quòd nõ simplici ac uulgari sensu res diuinas, & in uera germanaq; philosophia reconditas posteritati tradiderit: sed figurato stylo, atq; à sensu communi alieno & abhorrente: ut mirari non debeamus si arcanæ abditæque doctrinæ sensum quilibet non capiat, quem Hieronymus obliquum ac lubricum appellat ob dialogorum ambagẽ. Cùm autem sint poematis genera tria (ut ferè auctores tradũt) Dramaticum, id est actiuum uel actuosum: Exegematicum, id est enunciatiuum: & quod est inter utrunque anceps Mictum, id est ex utroque mixtum: Dramaticum est in quo personæ agunt solæ absque ulla poëtæ ipsius & auctoris interlocutione: cuiusmodi tragœdiæ sunt, & comœdiæ, & quædam Vergilij bucolica. Exegematicum autẽ genus est in quo poëta omnia narrat sine ulla personarũ interlocutione. In hoc omnia didascalico more & simplici tradũtur, ut georgica eiusdem Maronis. Is igitur liber qui Iob inscribitur, uel id poëma potius (ut auctor est Hieronymus) dramatico & mimetico, id est imitatiuo, charactere conscriptus est. siquidẽ in eo personarũ actus uidemus uelut in scena quandã prodeuntiũ, non popularibus oculis, sed philosophicis inseruientẽ. Porrò cũ schemata

Aschematistos

Eschematismenos.

Poëmatis genera tria.

Dramaticum opus.

Exegematicum.

mata exornãdis poëmatis & orationibus inuẽta sint, eũ etiã præbẽt usum, quòd magis ijs multo afficiamur & permouemur, quæ figurate nobis, quã quæ simpliciter et cõmuni sensu traduntur: propter qd' Fabius de ui figuratæ orationis loquẽs, Nã si frõs (inquit) oculi, manus, multũ ad motũ animorũ ualent: quãto plus orationis ipsius uultus, ad id quod intẽdimus cõficere, compositus? Est enim Figura, sicut nomine ipso apparet, cõformatio quædam orationis remota à cõmuni & primũ se offerẽte ratione. Trãquil. in Vespas. Amicorũ libertatẽ, causidicorũ figuras, ac philosophorũ contumaciã leuissimè tulit. Figuras Trãquillus appellat obliqua dicta, quæ nõ recta & simplici sentẽtia, sed obliqua prætextaq; imperatorẽ ipsum taxabãt. Idẽ in Domiti. Hermogenẽ Tarsensem occidit propter quasdã in historia figuras, librarijs etiã qui eam describerẽt, crucifixis. Ruffinus cõtra Hier. scribẽs, Nã & sanctũ (inquit) Ambrosiũ episcopũ qualibus figuris laceret, qualibus obtrectationibus secet, in ijs ipsis in quibus laudet Origenem, ex præfationibus eius edocebo. & Hieronymus ad Ruffinum, Iã tuæ moderationis erit, & tuorum, nullam occasionem impatientibus dare, ne nõ omnes simules mei inuenias, qui possint figuratis laudibus delectari. Et apud eundem figuratæ controuersiæ in eundem sensum intelligendæ. Martialis lib. III. Epigram.

Figura.

Figuratæ laudes.

Schemate nec dubio, sed aperte nominat illam,
Quam recipit sexto mense superba Venus.

Schema.

Vt ad rem longiusculè digressi redeamus, res omnis in assis partes facilè diuiditur. Plinius libro secũdo: Lunam haud dubium est lucere dodrantes semuncias horarum, ab secunda adijcientem ad plenum orbem, detrahentemq; in diminutionẽ. Cuius dicti subobscuri huiusce modi

Cap. 14.

sensus est, lunam cum à coitu (quod interlunium dicitur) emergit, id quod fit secunda statim die: lucere primũ tres partes unius horæ nocturnæ, & insuper quartam & uicesimam horæ partem, seu mauis, undeuiginti uicesimas quartas horæ: à secũda deinceps ad plenilunium die quolibet tantundem incremẽti lucendo adijcere: & rursus à plenilunio eadem ratione eodemq; modo decremẽti lucere minus minusq; quotidie usq; ad intermestrẽ lunã, quo tempore cum sole coit. Idem lib. XVIII. de eadẽ luna loquens, Supra terras autẽ erit quãdiu & sol, interlunio, & prima tota die: secũda, horæ noctis unius dextante siciliquo: ac deinde tertia usq; ad quintamdecimã, multiplicatis horarum ijsdem portionibus: quintadecima, tota supra terras noctu erit, cadẽq; sub terris tota die: decimasexta, ad primæ horæ nocturnæ dextantẽ siciliquum sub terra aget: easdemq; portiones horarũ per singulos dies adijciet usq; ad interlunium: & quantũ primis partibus noctis detraxerit, quòd sub terris agat, tantũdem nouissimis ex die adijciet super terrã. Dextãtem & siciliquum decem esse uncias cum quarta parte unciæ, nemo est qui ignoret. ita quod Plinius lib. II. undeuiginti quartas & uicesimas horæ dixerat crescenti lunæ quotidie accrescere, amplius deinceps ampliusq; lucẽdo, & uiceuersa decrescenti ratione eadem moduloq; eodem decedere: ipse lib. XVIII. quasi eorum immemor quæ secundo uolumine dixerat, uiginti quartas & uicesimas & semis præterea dixit, id est unã quadragesimamoctauam. dextans enim uiginti uicesimas quartas ualet, & siciliquus unam duodequinquagesimã: ut suspicari subeat Plinium utrobiq; non eundem auctorem eandemq; obseruationem secutum: quanquam in nonnullis alijs quoq; locis, uel amanuensium

Locus Plinij animaduersione dignus.

Cap. 32.

Plinius interdum memoria defectus est.

uensium culpa, uel propria hallucinatione (ut fit in uaria ac multiplici lectione) lapsus est: tametsi id fidem excedere uidetur, uirum usqueadeo & ingenio acrem, & industria accuratum, apertis interdum in rebus lapsum esse: ac ne id quidem modò, sed eidem etiam obliuionẽ antedictorum obrepsisse, præsertim cùm ad principem scriberet, & obseruari præterea se acribus obtrectatorum oculis, captariq; non nesciret: id quod facilè intelligimus ex librorum præfationibus interdum amarulentis. Proinde apologiam Plinij licet quis meditetur, qui hæc & huiusce modi diluere se posse speret: ego (quod ad me attinet) non usqueadeo sacrosanctam Plinij auctoritatem, ac ne cuiusquam quidem antiquorum, debere esse censeo, ut non præsentissimum Veritatis numẽ fuisse semper, fóreq; apud æquos bonosq; iudices meminerimus: cuius ut sacerdotes multi olim fuerunt, sic Plinius ipse antistes mihi fuisse uidetur. non enim tantum maioribus ipse tribuisse comperietur, siquis animaduerterit, ut eorũ quaq; in parte culpam ullam obruendam silentio censuerit posteritati dispendioso: nedum ut cuiusquam errata quo iure quaq; iniuria tueri institerit. In quo mihi nostræ memoriæ homines doctissimi absurdula quadam religione obstrinxisse æqualium suorum & posterorũ iudicia uidentur, qui quidem ipsi eorũ exemplo antiquitatis nomẽ nudum, uenerãdum esse numinis instar duxissent. Ego uerò antiquos quoque illos, homines ut nos fuisse puto, & aliqua etiã scripsisse quæ parũ intelligerent. nec ita annosi æui prærogatiuã sequor, ut non in opus hoc Plinianum, eximium omnino & rerum propè omnium ut digestione consertũ, sic uarietate distinctum, errores quosdã irrepsisse, affirmare præfidẽter ausim: quos nemo quan-

Plinij laus.

tumuis acer, modò non impudens quoq; sit, defendendos recipere sustineat. siquidē ut nūc mittam ea quæ in stirpibus, quæ in hærbis, quæ in medicinis ex Dioscoride & Theophrasto docti quidā & diligentes harum rerū obseruatores adnotauerūt, in quibus sæpe Plinius nūc exēplariū uitio, nunc æquiuocatione falsus est, dum uel opus immensum lectionisq; multiplicis urgeret, uel iudicium ipse certū ijs rebus describendis adhibere nequiret, quas aut oculis non subiecerat, aut nō satis meminerat: Vt igitur illa mittam, quæ culpæ magis quàm crimini dari possunt, neminem esse arbitror eorū, qui Plinij studiosi sunt, qui Plinio patrocinari in eo uelit quod lib. IIII. de Hyperboreis dixit. Pone eos (inquit) montes ultra Aquilonem gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellauere, annoso degit æuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremiq; siderum ambitus, semestri luce & una die solis auersi: non (ut imperiti dixere) ab æquinoctio uerno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur ijs soles, brumaq; semel occidūt. & lib. II. In Britannia lucidæ noctes haud dubiè repromittunt, id quod cogit ratio credi, solstitialibus diebus accedente sole propius uerticem mundi, angusto lucis ambitu, subiectæ terræ continuos dies haberi senis mensibus, noctesq; è diuerso ad brumā remoto: quod fieri in insula Thyle Pytheas Maßiliensis prodidit. Quæro quo'nam modo hoc dictum tueri possemus, etiam si ab Eudoxo dictum esset: cùm ratio sphærica haud dubiè deprehendat eos qui polum Arcticum pro uertice habent, etiam æquinoctialem habere pro circulo finitore? At qui æquinoctialem pro finitore habent, eos necesse est nullā noctē habere, sed diē perpetuū quoad sol fertur per signa septētrionalia

Plinij erratū. Cap. 12.

Cap. 75.

nalia: id quod fit ab ariete ad librā, id est, ab æquinoctio uerno ad alterū æquinoctium, & uiceuersa perpetuā noctem, quoad sol per signa australia uiā facit, id est, à libra ad arietem: ita ut illis annus uertens semestri luce & æquali nocte trāsigatur, unico per annū ortu atq; occasu solis. At hoc Plinius nō ab æquinoctio uerno ad autumnū sed à solstitio ad brumam fieri locis illis contendit: qui rursus lib. IIII. quasi parū sibi in ea re cōstans, ita inquit, Vltima omnium quæ memorantur, Thyle: in qua solstitio nullas esse noctes indicauimus, cancri signū sole transeunte: nullosq; contrà per brumam dies. Hæc quidā senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Ex quibus uerbis conijcio, quod Pytheas Maßiliensis de solstitio & bruma dixerat, id est, de duobus tantum diebus, id Pliniū de senis mensibus dixisse: propterea quòd sphærici auctores rationibus id demonstrant. quare in hoc hallucinatus esse uidetur, qui quod ab æquinoctio in æquinoctiū fit à solstitio ad solstitiū fieri scripsit. Strabo libro septimo de Sauromatis loquens, qui & Sarmatæ dicuntur, διὰ δὲ τὴν ἀγνοιαν τῶν τόπων τούτων οἱ τὰ ῥιπαῖα ὄρη καὶ τοὺς ὑπερβορέους μυσθοποιοῦντες, λόγου ἠξίωνται, καὶ πυθέας ὁ μασσιλιώτης κατεψεύσατο ταῦτα τὰ ἐπὶ παρωκεανιτίδος, προσχήματι χρώμενος τῇ περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὰ μαθηματικὰ ἱστορίᾳ. Propter horū autē (inquit) locorū ignorantiā, ij qui Riphæos mōtes & populos Hyperboreos fabulati sunt, in hominū existimationem uenerūt, & ipse Pytheas Maßiliensis mendaciter hæc scripsit, quæ ad Oceani littus pertinent, illo usus prætextu: quòd cælestiū & mathematicarū rerū historiā scriberet. Martianus (quod miror) Plinium in hoc sequutus est, his uerbis in sexto: In Britannia (inquit) noctes decem & septem horarum: solst-

Cap. 16.

solstitiali uerò tempore cùm cæli uerticem sol inuectus, subiectas læuorsum terras perpetui diei continuatione collustrat, itemq; brumali descensu semiannuam facit horrere noctem: quod in insula Thyle compertum Pytheas Maßiliensis asseruit. Pomponius Mela de his loquens libro tertio ita inquit, In Asiatico littore primi Hyperborei super Aquilonem Riphæosq; montes sub ipso siderũ cardine iacent: ubi sol non quotidie ut nobis, sed primùm uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox usq; continua est. Si uerum est Plinij dictum, necesse est, ut Mela auctor probatißimus ignarus sphericæ rationis fuerit, & unus eorũ quos Plin. imperitos appellauit. Enimuero in supradictis lapsum esse Plinium per rerum mathematicarum ignorantiam, ut persuadere mihi nolim, sic nequeam si uelim. non enim rudimenta tantùm mathematicarum artium perdidicisse Plinius uidetur, id est, sphericæ disciplinæ rationem, quam necessariam esse de situ orbis scribentibus Strabo nobilis geographus libro primo docuit: sed etiam astronomiam ipsam non leuiter attigisse: eiusq; asseclam diopticam. nam absq; harum rerum peritia quonam modo stellarum erraticarum circulos, cursus, stationes, retrogressus, accessus terræ citimos, recessusq; ultimos, res omnino perplexas, explicare inaudita breuitate quiret? Adde triplicem umbrarum rationem luculenter ab eo sciteq; expeditam. nam solis lunæq; magnitudinem, & eorũ deliquia, ecquis enarrare expeditius aut docere potuit? Ambages certè lunares, & desultorij stileris mirificas uicißitudines, nec elegãtius quisquam priscorũ, nec explanatius totidẽ uerbis complecti potuisset: tãetsi rursus in magnitudine Lunæ etiã suo sibi testim

testimonio reprehenditur: quum mucrone umbræ terræ luna in deliquio obscuretur eodẽ ipso auctore, & ipse tamen lunã maiorem esse terra dixerit: quæ duo dicta colliduntur inuicẽ. sed sic sunt res mathematicæ. Neq; uerò legitimam ipsam harum rerũ scientiam nouisse tantùm Plinius uidetur, sed etiã genethliologorũ cõmenta nõ ignorasse: id quod ex libro eius septimo intelligere possumus, quo in loco de spatijs uitæ longißimis loquens, Poscere (inquit) uidetur locus ipse sideralis scientiæ sententiam. Epigenes cẽtũ uigintiduos annos impleri negauit posse, Berosus excedi centum & septendecim. Durat & ea ratio quam Petosiris & Necepsos tradiderunt, & trimorion appellant, à trium signorum portione: qua posse in Italiæ tractu centum uigintisex annos uitæ cõtingere, apparet. Negauere illi quenquam nonaginta partium exortiuam mensuram (quod anaphoras uocant) transgredi, & eas ipsas incidi occursu maleficorũ siderũ. Quo in loco non trimorion, ut male emendatum est, sed tetartemorion lego, ex antiquis exẽplaribus in quibus artemorion legitur. Est autẽ tetartemorion Græcè, qui Latinè quadrans dicitur, id est, quarta pars signiferi circuli, hoc est tria signa. Ad cuius rei intelligentiam sciendũ quò numerus duodenarius & astronomicis & Genethliacis familiaris & accommodatus est: unde & aspectus quadrantales obseruãt, & trientales, sextantesq;: hos duos extremos trinos & sextiles uulgò uocãt. Quadrãtalis aspectus qui quadratus etiã appellatur, fit per triũ signorũ interstitiũ, & gradus nonaginta: ob id nonagenarius appellatus. Plin. lib. 2. Martis (inquit) stella, ut propior, etiam ex quadrato sentit radios ab nonaginta partibus, unde et nomẽ accepit. Is motus primus & secũdus nonagenarius dictus

Plinij locus.

Tetartemorion.

Aspectus quadrantalis.

Nonagenarius

Triennalis, qui & Triquetrus. dictus ab utroq; exortu. Triẽtalis est aspectus, qui in quatuor fit signis, hoc est in tertia parte signiferi, quæ cõstat centũ & uiginti gradibus. Hunc triquetrum Plin. uocat.

Sextus. Sexagenarius. Sextans autẽ fit in sexta parte signiferi, hoc est sexaginta gradibus, & signis duobus: ob id sexagenarius dictus.

Semisis. Semissis aspectus est qui fit per diametrũ, id est, per lineã circuli dimetientẽ. Hanc radiationẽ mathematici, id est, Chaldæi, min acẽ malignamq; esse dicunt. hæc fit à signo uno ad aliud signũ quod ab eo ordine sit septimum: ut ab ariete ad librã. Triquetrus aspectus, id est trigonus, qui triẽtem signiferi capit, quinto signo fit: ut (uerbi gratia) in duobus signis quæ tantũ inter se distẽt, quantũ aries & leo. huiusmodi radiatio læta felix que esse dicitatur. Te-

Quadratus & Tetragonus. tragonus, id est quadratus, fit in quarto ab eo à quo incohatur signo, id est, ab horoscopo, ut ab leone in scorpium.

Hexagonus & Sexagenarius. Hanc radiationẽ tristẽ putant. Hexagona est quã sextam tem diximus, quæ fit in tertio signo, eadẽ benignitate cũ trigona prædita. Propterea Plin. de sexagenario aspectu loquẽs, Hic numerus (inquit) sexangulas mundi efficit formas. Antedictis quatuor, Genethliaci etiã cardines

Cardines mathematici. quatuor addunt, ortũ scilicet & occasum, & mesuraniũ, quod & mesuranema dicitur (uocabulũ ubiq; in Firmico deprauatũ) hoc est locus medij cæli, & huic oppositũ lo

Mesuranium. Hypogeon. cũ quod hypogeon dicitur, hoc est punctũ subterraneum inter ortũ occasumq; mediũ. Vt autẽ as ipse mathematicus impleatur, & omneis suas partes habeat, addunt & alia quatuor loca, quæ pigra deiectáq; esse dicunt: quòd nullo ferme radiationis fœdere cũ ortu. id est, cum horoscopo coniungantur. Hæc sunt in secundo, sexto, octauo,

Horoscopus & duodecimo ab horoscopo signo. Horoscopus est ea pars cæli quæ genituræ tempore ab orientali parte cæli emerg

emergit in hemisphæriũ nostrũ, & ortus appellatur: quã ex Cicerone natalem horam & natalitiã appellare possumus: ex cuius obseruatione natalitia prædicta fiunt, ut ipse loquitur. Possumus etiã ex Plinio exortiuam horam Hora exortiua uocare. Græci horoscopum ab horæ natalis notatione appellauerunt. Huic pars per diametrum opposita in septimo (ut diximus) signo in occidua cæli parte, occasus appellatur. Ea autem pars cæli quæ triginta partibus ab horoscopo distat, in secundo signo existens ab eo in quo horoscopus incohatur anaphora appellatur, & interdum epanaphora, quasi pars iamiã emersura. Quæ autẽ pars Anaphora & Epanaphora. signiferi totidem partibus in demersu occiduum punctum signiferi præceßerit, quot partibus in emersu anaphora ab horoscopo relinquitur, ea pars cæli à mathematicis epicataphora dicitur: quod significat præcipitem locum Epicataphora. cæli in octauo ab horoscopo signo. reliqua duo loca nomina habent malæ fortunæ & cacodæmonis. Hæc tametsi uanißimè à mathematicis diuinis disputãtur, ideo tamẽ utilia sunt cognitu, quòd & aspectuũ radiationumq; adnotatio, astronomiæ etiã cũ genethliologia cõmunis est. Vt autẽ ex antedictis apparet, non trimorion, quod nihil (ut arbitror) apud Græcos significat (trimœron enim Græcum est, nõ trimorion) sed tetartemoriũ legẽdũ esse: ita uerba illa Plinij supradicta intelligere me nõ potuisse fateor: Negauere illi quenquã nonaginta partiũ exortiuam mensuram, quod anaphoras uocãt, transgredi. Hermolaus Barbarus neutrũ hulcus attigit. Proinde cũ Plinius huiuscemodi multa & scitè & concinnè de rebus mathematicis scripserit, nec candidi profectò est, nec recti iudicij, ob unum & alterum incommodius dictum, dicam ipsi imperitiæ uelut ad tribunal Rhadamanti

manti scribere, aut quamuis aliam formulam intendere quæ tantæ auctoritati ignominiosa esse posit. Petita tamen uenia cũ eo agere præscriptis (ut ita dicã) uerbis honorem præsantibus licet: ne iure nostro cedamus asserendæ ueritatis, cui nec temporis spatio, nec auctoritate cuiusquã nominis præscribitur. Nec enim ætati huic nostræ literarum interpolatrici hanc legẽ promulgandam censuerim: Quod Plinius, quod prisci, quod primi meriti scriptores dixerint, scripserint, quã rem cumq; inter monumenta sua reliquerint, eiusce rei æterna ac sacrosancta auctoritas esto. qui huic uelut consecratæ sententiæ derogauerit, abrogauerit, obrogauerit, is ob eam rẽ intestabilis, & sacer esto: eũ literati omnes ex cõuentu certatim exigunto. Illã enim potius legẽ ipse suaserim: Qui discendi cupidi sint, iuratissimi cuiusq; scriptoris maiestatẽ comiter cõseruanto, quod secus (ut sunt humana) dictum in eorũ cuiusq; libros irrepserit, obrepserit, fefellerit: qui de eo dicto indagãdæ ueritatis ergo addubitet. addubitauerit, quæstionem referat, retulerit: quod eorũ ab unoquoq; absq; dolo malo liuore animi factũ sit, eius rei mulcta ne sit, nec bonorum offensio, quod instar est extremi supplicij. Proinde adnotatis tantũ locis hærendũ esse censeo, ut eorũ more philosophorũ qui Ephectici dicuntur (nos cũctatores appellare possumus) iudicium sustineamus potius, quàm ut quicquã arrogantia critica statuamus de claßicis authoribus, citraq; controuersiã receptæ authoritatis. Sunt qui Pliniũ multa in mathematicis non intellexisse affirmant, quæ quidẽ ex Græcis transcripserit, quale est illud quod de signifero dicit cap. 16. secundi lib. quod omnino explanatius dici debuit, etiã si uerè dictũ esse uidetur & acutè, id quod uix mihi persuaserim.

Præscriptis uerbis agere, uerbum est iuris.

Legis forma, quam nõ fert.

Ephectici.

Eiusdem

Eiusdem notæ cũ superioribus, si dicere fas est, illa entelechia Ciceronis est, cuius hæc sunt uerba in 1. Tuscul. Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligẽtia, cum quatuor illa genera principiorũ esset complexus, è quibus omnia orirentur: quintam quandam naturã censet esse, è qua sit mens. cogitare enim & prouidere, & discere & docere, & inuenire aliquid, & tam multa meminisse, amare odisse, cupere timere, angi lætari, hæc & similia eorũ in horum quatuor generum nullo inesse putat. Quintũ genus adhibet uacans nomine: & sic ipsum animũ entelechiã appellat nouo nomine, quasi quandam cõtinuatam motionẽ & perennem. Entelechiã Cicero continuũ motũ intellexit, quasi Aristoteles endelechiã per d, literam scripserit, id est continuationem, & non entelechiã potius, quã actum & perfectionẽ doctissimi Græcorũ interpretantur. ob id Ciceronẽ à Græcis accusatũ nõ magnopere miror: utpote quos & orationibus suis exagitare non desinit, quam quam ab ipsis præclara illa ingenij ornamenta philosophiam & oratoriã facultatem accepisse se non dißimulat. Quare si uerũ fateri uolumus, eloquẽtiæ latinæ princeps parensq; à Plinio iure ac meritò dictus, diserti nonnunquam magis uiri quàm oratoris officio functus esse iudicandus est, si quidẽ eius ipsius auctoritati credimus, oratorem eum esse nõ posse, qui non idem uir bonus sit. Viri autem boni esse persuadere mihi nequeo, non modò Græcos uiros, sed etiam græcam ipsam linguã latinæ eloquentiæ auctorem, ut inopem & ieiunam conuitiosè uocitare, & latinæ linguæ ueluti exuberantem copiam præillius inopia admirari. Nisi uerò credimus Ciceronẽ rectè fretum conscientia, & ex animi sui sententia id dixisse,

Entelechia.

Cicero merito a Græcis accusatus.

& non planè auræ populari Romanorum suorum inseruijsse: cuius populi gratia nullum unquam numẽ præsentius esse credidit. Calumniæ igitur Cicero excusari non potest, quasi ita existimauerit. nam præterquam quòd græcam omnem facundiam pernouerat, ut uel eo nomine græcis ipsis æqualibus admirandus esset: si cui etiam eloquentiæ græcæ elogia ex eius scriptis colligere uacet & libeat, eum aliter censuisse haud dubiè iudicabit. Fabius lib. x. de comparatione Demosthenis & Ciceronis loquens, Cedendũ uerò in hoc (inquit) quòd & ille prior fuit, & ex magna parte Ciceronem quantus est fecit. Nã mihi uidetur M. Tullius cùm se totũ ad imitationẽ Græcorum contulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiã Platonis, iucunditatem Isocratis. Idem lib. x i i, Latina mihi facundia, ut inuẽtione, dispositione, cõsilio, cæterisq; huius generis artibus similis græcæ, ac prorsus discipula eius uidetur: ita circa rationem eloquẽdi uix habere imitationis locum. Si igitur teste Fabio, penè altero Cicerone, lingua latina discipula & imitatrix linguæ græcæ, cum se totam ad præscriptum parẽtis suæ cõponere effingereq; instituisset, in ea parte artis oratoriæ à qua eloquentia nomen accepit, imitationẽ implere non potuit, id est, in eloquendi magnificentia & sublimitate: quonam modo præferendam hanc illi M. Tullius utriusq; peritissimus existimare potuit? Ceu uerò si quam Protogenes tabulam ex nobili illa Apellis Anadyomene effingere statuisset, omniaq; lineamenta ad præscriptũ ducere, tuq; id apographum præstantius esse exemplari suo contenderes: non aut improbus esse aut ridiculus uiderere? Atenim Venere nos Græci, & uerborũ suauitate, non etiã copia superauerunt. Hoc rursus iudicandum ad Fabiũ reijciamus

Latina lingua discipula linguæ Græcæ.

mus: apud quẽ libro eodem sic legitur: Itaq; tanto est sermo græcus latino iucundior, ut nostri poëtæ quoties dulce carmen esse uoluerũt, illorum id nominibus exornent. His illa potentiora, quòd res plurimæ carent appellationibus, ut eas necesse sit trãsferre, aut circũire. etiam in ijs quæ denominata sunt, summa paupertas, in eadẽ nos frequentissimè reuoluit. at illis non uerborũ modò, sed linguarum etiã inter se differentiũ copia. Quare qui à latinis exigit illã gratiã sermonis Attici, det mihi in loquendo eandẽ iucunditatem, & parẽ copiã. quod si negatũ est, sententias aptabimus ijs uocibus quas habemus. Quàm pugnantia sint hæc uerba Fabij cũ uerbis Ciceronis, nemo non uidet: qui etiã (si dijs placet) alibi uociferatur omnia per se melius Romanos & sapientius quàm Græcos inuenisse, aut ab eis accepta, meliora fecisse. Et rursus, Vtomnia (inquit) Græcorum perquiras, quid sit ineptius, non inuenies: & innocẽtiæ uerbũ græcè dici nõ potest. Equidem præter ἀνάρμοστον, etiam ἀπειρόκαλον apud illos tã significans esse puto, quàm apud nos ineptum. nec minus fortasse ἀπίθανον καὶ σκαιὸν καὶ μάταιον, καὶ ἄφυες, καὶ ἀπειρικὸς: & innocentẽ non meliorẽ acaco esse iudico, quo uerbo Areopagita & literæ sacræ utuntur, atq; etiam Demosthenes in oratione κατὰ Εὐεργ., his uerbis, καὶ προσποιεῖσθαι & ἄκακον & εἶναι δικαστὴν τῶν δικαίων. Et rursus, ἔστιν ἀγνοήσας τοῦτο, ἀκάκως ἠγνόησε καὶ ἀπράγμονας εἶναι. & κατὰ Νεαίρας, ἐλεήσασα αὐτὸν ἡ βουλὴ διὰ τὴν ἀκακίαν τ. τρόπ. Nisi si scrupulosè ita discernentes dicamus, ἄκακον simplicem & fraudis nescium significare: innocentem autem, eum qui cum secus agere posset, intra fines tamen æquitatis se continuerit. Nam ἄκακον & apud Demosthenem circumscri-

Lib. 1. de orat. ad Q. fr.

Ineptus græce & innocens.

Acacus.

bendi ignarũ significat, & cui impostura non ægrè fieri posit. Verùm esto ut acacos ad uerbum magis innocenti quàm ad significationem respõdeat: ἐυγνώμων, ἀθῶος, ὅσιος, καθαρός, καλοκάγαθος, χρηστός, ἐυήθης, innocentis significationem non implebunt? Atqui ego hæc plenius aliquid & exuperantius innocentia significare puto. Meliora etiam fortasse his alia Cicero apud Græcos inuenisset, si Græcorum partes tuendas suscepisset. Has ob causas & alias huiuscemodi uiuus adhuc (ut auctor est Fabius) obtrectatorum sermonibus sæpe exagitatus fuit. Ingrati profectò est animi, cùm Græcia Latinos non modò disciplinis, sed etiam suis uerbis locupletauerit, eáq; adhuc teneant: nec beneficiũ nos, nec debitum agnoscere, præsertim cùm Græcia id nunquam repetitura sit mutuum, quod usu nostrum fecimus. Mihi autẽ uidetur (ingenuè enim proloquar) lingua græca ad latinam relata, poëtæ, id est, tragici auctoris aut comici rationem habere: Latina autem actoris tantũ scenici, qui fabulã à poëta inuentam, & emodulatè scriptam, artifici ac numerosa pronuntiatione in theatralem consessum profert. Quid enim aliud & poëtæ & oratores nostri quàm poësi & orationi ciuitatem (ut ita dicã) Romanã dederunt, latinæq; linguæ suffragio ornauerunt? A Græcis igitur neotericis entelechiæ interpretatio Ciceroni criminosè obiecta est, idq; meritissimo: cuius defensionem Politianus ad sui magis ostentationẽ suscepisse mihi uidetur, quàm diluendi criminis fiduciam habuisse. Nam ut in omnia sese uerset Politianus, causam haud dicere poterit, quin si Cicero ita uerba scripta reliquit, ut nũc in exẽplaribus leguntur, lõgè ipse ab Aristotelis sentẽtia aberrauerit: id quod ut intelligatur, age Aristotelem ipsum auctorẽ entelech

Græca quid latinæ præstat.

Politiani conatus.

telechiæ testem dicti nostri laudemus. hic autẽ in principio statim secundi uoluminis de anima ita inquit, λέγομεν δὴ ἓν τι γένος τῶν ὄντων τὴν οὐσίαν, ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην. ὃ καθ' αὑτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι. ἔστι δὲ μορφὴν καὶ εἶδος, καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι. καὶ τρίτον, τὸ ἐκ τούτοιν, ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. i. Dicimus igitur unũ genus entiũ esse substantiã: hæc autẽ partim materia est, quæ per se quidẽ ipsa nõ est hoc aliquid. altera pars, eius forma & species, secundũ quã iam dicitur hoc aliquid. ab his tertiũ est quod ex ambobus confit. porrò materia potentia est, forma autẽ entelechia. Idem libro eodẽ ostendere clarius uolens quid sit anima: διὸ ψυχὴ ἔστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. τοιοῦτον δὲ ὃ ἂν ᾖ ὀργανικόν. ideo anima est entelechia prima corporis naturalis uitam habẽtis potestate. tale autẽ est quodcumq; organicũ est. Potestate uitam habens appellat, quod actu uitã non habet, qualis est dormiens, qui habitũ tantũ habet. plus est enim actu habere, qualis est ui gilans, & paulo inferius, εἴδει τι κοινὸν ὡδὶ πάσης ψυχῆς δεῖ λέγειν, ἓν ἂν ᾖ πρώτη ἐντελέχεια σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ. Quòd si commune aliquid in omni anima dicere oportet. erit quidẽ prima corporis entelechia coporis naturalis organici. Entelechiã ubique pro perfectione & actu ponit. Duo enim sunt in rebus, actus, id est entelechia, quæ etiã interdum ab eo energia appellatur: & dynamis, id est potentia. Organicũ appellat corpus, quod ad aliquid conditũ est, ut oculus ad uisum, & auris ad auditũ. Naturale autẽ dixit ad differentiã opificialis, & manu facti. Summa igitur antedictorũ hæc est, ut ex Themistio Aristotelis clarissimo paraphraste intelligi facilè potest, animam, primam esse

Entelechia.

Dynamis.

Organicum corpus.

perfectionem corporis, id est, entelechiam: quod quidem corpus potestate in actum prodeunte uitam habeat. atque id quod ex duobus conditum est & concretum, iam integrum factum, animal est. Forma enim, id est, entelechia, licet in materia edatur, non tamen materiæ forma est: sed eius forma est quod græce σύνολον dicitur, id est, ex ambobus concretum. omne enim tale simul atque in aliquam speciem formatum est, hoc aliquid esse cœpit. Id ut facilius intelligeretur, hoc (inquit Aristoteles) speculari partium exemplo cõuenit. Esto igitur ut oculus sit animal. animam eius esse, id est entelechiã, aspectum oportebit: cum sit uisus, sua oculis substantiæ ratio, id est, forma & perfectio. sic enim appellare solet rationem substantiæ: εἰ γὰρ εἴη ὁ ὀφθαλμὸς ζῷον, ψυχὴ ἂν αὐτῷ, ἦν ἡ ὄψις αὐτοῦ γὰρ οὐσία ὀφθαλμὸς ἡ κατὰ λόγον. At uerò oculus, materia est uisus. quo defectus oculus, iam nõ est oculus, nisi æquiuocè, quomodo oculus lapideus aut pictus. ὁ δ' ὀφθαλμὸς ὕλη ὄψεως. ἧς ἀπολιπούσης οὐκ ἔστιν ὀφθαλμός, πλὴν ὁμωνύμως. Proinde Aristotelis entelechia perfectio est & forma, cũ corpus naturale à potestate, id est, à materia nuda in actum prodijt, & animal esse cœpit, uel uiuũ esse. quare entelechia etiã brutorum est, & stirpium etiam, eorumq; corporũ quæ uegetabilia sunt. estq; entelechia nõ continua motio, sed perfecti corporis cõprehensio, id est, ἐντελὴς σωοχή. hoc enim etymũ eius uerbi significat. Quare liquidò (ut arbitror) constat uerba illa Ciceronis de animo humano non esse consentanea cum entelechia Aristotelis. Quid illa quæ alio loco eiusdem libri subdidit, diuinitatem animis humanis asserere uolens? Sinautẽ est (inquit) quinta quædã natura ab Aristotele inducta, primùm hæc & decorũ est & animorũ. Hanc nos sententiam

Entelechia.

tiam secuti, his uerbis in consolatione hæc expreßimus. Animorum nulla in terris origo inueniri potest. nihil est enim in animis mixtum atq; cõcretum, aut quod ex terra natum atq; fictum esse uideatur: nihil ne aut humidum quidẽ, aut flabile, aut igneũ. His enim in naturis nihil inest quod uim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura prouideat, & complecti posßit præsentia, quæ sola diuina sunt: nec inuenietur unquam unde ad hominem uenire posßint, nisi à deo. Singularis est igitur quædam natura atq; uis animi seiuncta ab his usitatis notisq; naturis. Ita quicquid est illud quod sentit, quod sapit, quod uult, quod uiget, cæleste & diuinum est: ob eamq; rem æternum sit necesse est. Hæc ut præclarè dicta sunt à Cicerone de immortalitate animæ, ita referri nequeunt ad ea quæ Aristoteles de anima dixit, quã entelechiam appellat: sed ad ea potius quæ de intellectu uel mente Aristoteles mirificè disserit in III. de anima. quæ mens ab eo non entelechia sed Νοῦς dicitur. Entelechiam enim suam, id est, animam Aristoteles interitura esse credidit. Quapropter Iustinus philosophus idem & martyr in parænetico loquens de placitis philosophorũ, ita inquit, καὶ ὁ μὲν πλάτων, ψυχὴν πᾶσαν ἀθάνατον, κέκραγε λέγων. Ἀριστοτέλης δὲ ἐντελέχειαν αὐτὴν ὀνομάζων, οὐκ ἀθάνατον, ἀλλὰ θνητὴν αὐτὴν εἶναι βούλεται, καὶ ὁ μὲν ἀεικίνητον αὐτὴν εἶναι λέγει, Ἀριστοτέλης δὲ ἀκίνητον αὐτὴν εἶναι φησὶ, πάσης κινήσεως προηγεῖσθαι λέγων. Et Plato quidem animam omnem immortalem esse nõ tã dicit quàm clamitat. Aristoteles aũt entelechiã ipsam nominans, non immortalẽ, sed mortalem ipsam esse uult. Rursus ille nunquã nõ mobilem eã esse tradit. Aristoteles etiã immobilẽ: licet ad omnem motum præcun-

Νοῦς

tem Plutarchus in quarto placitorum: πλάτων ἀεικίνητον τὴν ψυχὴν, τὸν δὲ νοῦν ἀκίνητον καὶ μεταβατικῆς κινήσεως. Ἀριστοτέλης ἀκίνητον τὴν ψυχὴν, πάσης κινήσεως προηγουμένην: καὶ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχειν, καθάπερ τὰ εἴδη τῶν σωμάτων. Plato (inquit) nunquã non mouẽtem animam existimauit: intellectũ autem immotum dũtaxat transgreßili motu. Aristoteles immobilem animam esse censuit, & eandem motus omnis auctorẽ: & motionis tamen accidentariæ nõ exortem, quomodo & formas corporum. Eum librũ cùm uerteremus, aliter hunc locũ traduximus, aliud exemplar secuti. Verùm his auctoribus planum fit, illud Ciceronis dictum non posse ad Aristotelem referri, qui entelechiã pro anima & forma, non pro mente & animo intellexit: nec entelechiam perpetẽ quandam motionem significare: cùm Aristoteles immobilem entelechiam esse dixerit motu suo & proprio. Idẽ Plutarchus eodem in libro hoc uerbum interpretans ab Aristotele de anima prolatum ita subdit. τὴν δὲ ἐντελέχειαν ἀκουστέον ἀντὶ καὶ ἐνεργείας. Entelechiam autem pro actu exaudire oportet. De quinta autẽ natura ab Aristotele inducta Laërtius ita inquit, εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνιστᾶναι. ἀλλοίαν δ' αὐτοῦ τὴν κίνησιν εἶναι. κυκλοφορικὴν γὰρ. καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ἀσώματον, ἐντελέχειαν οὖσαν τὴν πρώτην σώματος φυσικοῦ καὶ ὀργανικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Esse autẽ præter quatuor elemẽta & aliud quintum censuit, ex quo ætheria omnia cõstituta sint. Sed & eius aliũ esse motũ, utpote circularẽ. Animã etiam incorporeã esse uoluit, & entelechiã primã corporis naturalis organici potestate uitam habẽtis. Ex quibus uerbis apparet entelechiã nõ esse ab Aristotele in quinta natura positã. Id autẽ

de intell

de intellectu & mente censuisse Aristotelem melius dici posset. de quo cùm multifariam ac subtiliter Aristoteles & Themistius disseruerint, unum ex utroq; locum assumam, quî id planum fieri poßit: ne si iusta disputatione id probare conemur, in tædiũ abeat longior hæc multò digreßio, quàm initio destinaueramus. ἐπεὶ δὴ ὥσπερ ἐν ἁπάσῃ τῇ φύσει ἐστί τι, τὸ μὲν ὕλη ἑκάστῳ γένει, τοῦτο δὴ, ὅτι πάντα δυνάμει ἐκεῖνα. ἕτερον δὴ, τὸ αἴτιον καὶ ποιητικὸν, καὶ ποιεῖν πάντα, οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πέπονθεν, ἀνάγκη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ὑπάρχειν ταύτας τὰς διαφορὰς. καὶ ἐστὶν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς, καὶ πάντα γίνεσθαι. ὁδὲ, καὶ πάντα ποιεῖν, ὡς ἕξις τις, οἷον τὸ φῶς. τρόπον γὰρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα, ἐνεργείᾳ χρώματα. καὶ οὕτως ὁ νοῦς, χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια. Locus hic unus est eorum quos Aristoteles offusa caligine obscurasse dictus est, ut à suis tantùm intelligi posset: nos tamẽ quàm poterimus explanatißimè uertemus. Quoniam uerò (inquit ille) ut in uniuersitate naturæ est aliquid, cuius altera pars unicuiq; generi materia sit, eaq; idcirco sic est, quòd omnia illa est duntaxat potentia: altera pars est, quæ causa est & effectrix, ut quæ omnia faciat, cuiusmodi rationem ars ad materiam obtinet: necesse est in anima quoq; has differentias esse. estq; intellectus quidã huiusmodi, ut omnia sit: alter uerò, ut omnia faciat: qui uelut habitus aliquis est, perinde ac lumen. Siquidem modo quodam lumen actu colores efficit, qui potentia colores sunt: & sic intellectus abstractus, & nulla cõcretione permixtus impatibilisq;, substãtia sua actus existens. & paulo inferius ἀλλ' οὐχ ὁτέ μὲν νοεῖ, ὁτέ δὴ οὐ νοεῖ. χωρισθεὶς δὲ ἐστὶ μόνον τοῦθ' ὅπερ ἐστί. καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον. Sed nec interdum intelligit, & interdũ non intelligit. separatus

 uerò

uerò id est demum quod est, & hoc solum immortale est & æternum. Hæc uerba paraphrasticè enarrans Themistius libro eodem ita inquit, Quum enim statuisset Aristoteles in omni natura alterum pro materia haberi, alterum pro forma mouente perficienteq́; necesse (inquit) est easdem differentias in anima reperiri, & talem aliquem intellectum adesse, qui pars animæ rationalis præstantissima sit. Atque hoc quoque ex illis uerbis clarißimè innotescit, quorum pauloantè mentionem fecimus, De intellectu (inquit) & ui ea quæ cõmentatur cõtẽplaturq́;, nihil adhuc liquet: sed uidetur diuersum animæ genus esse, solumq́; id abiungi & separari contingere, tanquam perpetuum à morticino caducoq́;. Hactenus Themistius. Hoc ultimum dictum ideo addidimus, primum ut planum fieret, id quod Cicero entelechiæ tribuit, Aristotelẽ nõ animæ, quam formam, id est substãtiæ rationem esse uult, sed intellectui tribuisse, duntaxat agenti, qui ab intellectu potentiæ differt, ut ars à materia: & hunc impatibilem esse immortalemq́;, animam autem mortalem: siue Aristoteles intellectum & mentem, partem esse animæ diuinã præstantißimamq́; intellexerit, siue aliud ab anima formalem rationem obtinẽte, quam entelechiam uocat. Prisci enim differentiam inter animum & animã posuerunt. Animus est (inquit Nonius) quo sapimus, anima qua uiuimus. Sine animo anima est debilis. Varro, In reliquo corpore ab hoc fonte diffusa est anima: huic animus ad intelligẽtiam tributus. Pli. lib. XXII. de iracundia loquẽs, Ergo & animi asperitas, seu potius animæ, dulciore succo mitigatur. Verumenimuero inde maior illa quæstio existit, utrũ intellectum illum singulorum esse hoimnum Aristoteles ita existimauerit, ut homo post obitum suum immortalis futurus

Animus.
Anima.

turus sit, quod mihi nõ uidetur: an unum esse intellectum uniuersorum, quem εσιητικόν uocat. Ita enim hoc implicuisse disputationum ambage ipse existimatur, ut ingenia studiosorum torserit potius, quàm certũ aliquid fixumq́; reliquerit: de quo Alexãder ut de mẽte ita inquit, οὗτος δὲ ὁ νοῦς ἢ μόνος αὐτὸς τὰ ἐνθάδε διοικεῖ πρὸς τὴν τῶν θείων ἀναφορὰν, αὐτὸς τῶν δυνάμει νοῦ δημιουργός. ἢ μετὰ τῆς τῶν οὐρανίων εὐτάκτου κινήσεως. ὑπὸ γὰρ ταύτης γίνεται τὰ ἐνθάδε τῇ προσόδῳ καὶ ἀφόδῳ τῶν ἡλίου. Sunt tamẽ nihilo secius qui existimẽt entelechiam duplicem esse. unam illã quam diximus ex sententia Themistij, Laërtij & Plutarchi, quæ nomen est animæ non modò rationalis atq; irrationalis, sed etiam physicæ. & hæc à corpore naturali organico inseparabilis est. Alteram dixerunt à corpore ita separabilem, ut à naui nautam, animam scilicet rationalẽ: quæ cum aliud sit à corpore, nec sit corporis forma, corpus ipsum, id est subiectum, cõponit & moderatur, perficitq́;, & ita regit ut nauem nauta. ἥτις ἐντελέχεια ἔξωθεν οὖσα συντάττει καὶ διακοσμεῖ καὶ τελειοῖτο ὑποκείμενον: ὅταν οὖν λέγῃ τις τὴν λογικὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν, τὸ κεχωρισμένον εἶδος τοῦ σώματος λέγει. Secundum hoc nonnulla ex parte Ciceronis dictum defendi posset: qui fortasse quod apud aliquem philosophum legerat de entelechia, hoc Aristoteli tribuit eius nominis auctori, ut surrepere solet scribentibus obliuio. Themistius in secundo de anima cũ dixisset animã esse inseparabilẽ à corpore, quatenus sic est corporis totius entelechia, ut in securi ferri forma est entelechia, subdit, οὐμὴν ἀλλ' ἐνιά γε, οὐδὲν κωλύει τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς, δύνασθαι καὶ χωρίζεσθαι τοῦ σώματος, ὅσα μήτε ὅλου τοῦ σώματος, μήτε μερῶν τινῶν, τοιαύτη ἐστὶν ἐντελέχεια, ὡς τὸ σχῆμα καὶ ἡμορφή. οὕτω δὲ καὶ

Entelechia duplex.

δὲ καὶ ὅ νοῦς ἔχειν δοκεῖ. οὔπω γὰρ δῆλον, εἰ καὶ οὗτος σώματός τινος ἐντελέχει ἆρα τοιαύτη, ὥστε ἀχώριστος εἶναι, ἢ ὥστε χωρίζεσθαι, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης τῶν πλοίου. οὗτος γὰρ ἐντελέχεια μὲν, ἀλλὰ χωριστή. Hac ratione animus huiusmodi est entelechia, ut à corpore separabilis sit. quod de intellectu actuoso intelligendum: cuius multa mentio apud eundem in tertio: & ab Aristotele εοιητικὸς appellatur, & ideo similis hic esse ab ipso ostenditur. Hunc Alexander in secundo de anima τὸν θεῖον νοῦν, καὶ θύραθεν εἰσιόντα appellat: qui longa & subobscura disputatione ostendit quonam modo ab Aristotele ἄφθαρτος εἶναι dictus sit. Vtcunque, quiduis potius comminisci par est, quàm ut inter reos inscitæ sententiæ, eius nomen auctoris à nobis recipiatur, qui extra omnem ingenij aleam, id est extra omne discrimen iudiciorum, Plinij maioris sententia positus est, iudicis ingeniorum summi. Addam & alium locum admonendi gratia. Idem Cicero in secundo de natura deorum, fabricam humani corporis non modò felici & perspicua, sed etiam accurata & artifici facundia describens, Ex intestinis autem (inquit) & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permeat ad iecur per uenas quasdam à medio intestino usq; ad portas iecoris. Sic enim appellant ductas & directas uias quæ pertinent ad iecur, eiq; adhærent. Medium intestinum Cicero dixit, quod Græci mesenterion appellauerũt, & in primis Aristoteles: quod tamen intestinum non est, ut ex Aristotele apparet, qui de ea parte ita inquit, ὑπὲρ δὲ τῶν ἐντέρων τὸ μεσεντέριόν ἐστιν. ὑμενῶδες δ' ἐστὶ τοῦτο καὶ πλατὺ, καὶ πῖον γίνεται. Supra intestina autem mesenterium est, membranaceum, latumq;, & pinguescens. Mesenterium ad uerbum Cicero medium intestinũ transtulisse uidetur, cùm

Medium intestinum.

cùm græcè ex eo (ut puto) dicatur, quòd media intestina complectitur. Ab eo autem uenæ & fibræ per multæ sursum deorsumq; ad intestinorum posituram ferũt, cùm ipsum principibus uenis maiori & aortæ adnexum sit, ut Aristoteles tradidit: id quod Cicero significare haud dubiè uoluit. Nam portarum iecoris appellationem Cicero ab eodẽ auctore mutuatus est, qui pylas hepatos uocat, his uerbis: προσπέφυκε δὲ τῇ μεγάλῃ φλεβὶ τὸ ἧπαρ. τῇ δ' ἀορτῇ οὐ κοινωνεῖ. διὰ γὰρ τῶν ἥπατος Διέχει ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς φλέψ, ἣ αἱ καλούμεναι πύλαι εἰσὶ τῶν ἥπατος. Adhæret enim magnæ uenæ iecur, nulla parte cum aorta communicans. Siquidem uena illa quæ à magna proficiscitur, per medium iecur pertendit ea parte qua portæ iecoris situ habent. Proinde Cicero mediũ intestinum pro mesenterio dixit, in ea etiã parte elegantißimi libri, in qua Aristotelẽ ipsum exquisita descriptione superasse uidetur. Theodorus Gaza uir Græcus, nõ modò latinè doctißimus, sed etiam medicus, lactes pro mesenterio dixit: quo nomine ab Hermolao Barbaro & alijs reprehensus est, quasi eo in loco hallucinatus sit, uel in eo potius uerbo. At ego cõsultò eum id fecisse censeo, ut qui in eo uerbo Plinij auctoritatem sequi nollet. Lactes enim non tam intestina significãt, quàm pingue illud quod ambit intestina. Tranquil. de patina Vitelliana, In hac (inquit) scarorum iecinora, phasianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterorum, murænarum lactes commiscuit. Quare immeritò Hermolaus hoc uerbum ut licenter usurpatum in Spartiano notauit. Nostrates piscium lactes lactentias appellant. Verùm ut notæ & Ciceronem & Plinium eximimus, idq; meritißimò, sic humana Minerua non diuina scripsisse eos meminisse debemus,

Lactes.

Cicero & Plinius humana scripsere minerua.

mus, aut numine quodam instinctos: ne Musas insectatus esse uideatur si quis eius notæ auctores semel atq; iterũ ad disquisitionem huius iuris consultorum candido proposito reuocauerit. Nec mihi ob id uideor litem meam facere, quòd controuersiam tanto auctori intẽtatam, ueritatis indagandæ studio cõmemoraui: cùm mihi Angelus Politianus uir egregiè doctus obtulisse se huic liti, non tam iuris causæq; fiducia, quàm Tullianæ maiestatis præiudicio uisus sit. Quid autem mirum, Ciceronẽ eloquẽtiæ magistrũ & principẽ, in sententia philosophica, uel in dictione potius hallucinatũ esse, cùm ipse Aristoteles in quarto Auscultationis philosophicæ in uerbo etiam physico atq; philosophico lapsus sit, ut qui uniuersum moueri per accidẽs dixerit, quod per partes moueri constat: tanquã utroque uerbo idem significaretur. qua in re, quod mireris, secum ipse pugnare cõuincitur. qua de re Themistius, ἆρ οὖν τὸ ὅλον κατὰ συμβεβηκὸς κινεῖται. ἀριστοτέλης μὲν οὕτω βούλεται, καὶ οἱ ἐξηγηταὶ συγχωροῦσι. φησὶ δὲ τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κινεῖται, ὡς ἡ ψυχὴ, καὶ ὁ οὐρανός. ἐγὼ δὲ ἀπορῶ πῶς οὐ μάχοιτο ἂν πρὸς ἑαυτὸν, νῦν μὲν κατὰ συμβεβηκὸς ταυτὸν ἡγούμενος τῷ κατὰ μόρια. tametsi Aristotelẽ nititur excusare postea, uaria uerbi interpretatione, utiq; ueritus inuidiã reprehensionis tanti uiri, præsertim cùm eius esset operũ enarrator. Cæterùm Ciceronem rudem aut imperitũ fuisse philosophiæ, mihi persuaderi nõ potest, cùm & Philonem Academiæ principem Romæ audierit: & Theodorus Stoicus, à quo dialecticam edoctus est, apud ipsum Romæ commoratus & mortuus sit: quibus philosophis diligenter & attentè operam dedit, ut ipse in Bruto suo testatur. Quibus argumentis accedit studium Platonis dialogorum, cum admiratione summa, singulariq; profectu:

fectu: ut qui etiam in oratore suo contestetur non se è rhetorum officinis ad eloquentiæ studium exercitationemq;, sed ex Academiæ spatijs extitisse. Sed redeamus tandem ad institutum opus. His nominibus antiqui non solùm usq; ad assem, sed etiam ultrà usi sunt. Columella lib. IIII. Auarius quidam dipondio & dodrante altum sulcum, latum pedum quinque faciunt. Dipondium & dodrantem dixit pro pedibus duobus & digitis duodecim. Et lib. III. Ab ipso arboris crure pedale spatium intermittito, deinde sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dipõdium semissem latum cum feceris, patiere minimè duobus mensibus eum tempestatibus uerberari. Vtũtur etiam historici, ut Liuius lib. VIII. ab urbe condita, Latinus ager & Phalernus, qui populi Campani fuerat usque ad Vulturnum flumen, plebi Romanæ diuiduntur. bina in Latio iugera, ita ut dodrantem ex Priuernati complerent, data, terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis. Columel. lib. II. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur. nam commodè proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante. in liram statim redigitur quadrãte operæ. Dodrãtẽ operæ pro tribus partibus diei artificialis dixit, ut quadrãtẽ pro quarta, hoc est pro nouẽ horis, & pro tribus. Pli. lib. XVIII. Iustum est proscindi sulco dodrantali iugerũ uno die, iterari sesquiiugerũ, si sit facultas soli. si minus, proscindi semissem, iterari assem: quãdo & animalium labori natura leges statuit. Quadrantẽ Græci τεταρτημόριον dicũt, & τριτημόριον trientẽ, Δίμοιρον bessem, dodrãtẽ τρίμοιρον, sextantem ἑκτημόριον. unciã δωδεκατημόριον Plato uocat li. VI. de legibus. ὃ δὴ τῶν παντὸς ἔθεμεν δωδεκατημόριον. Sunt & hæc uocabula signatæ pecuniæ nomina, ut docet Varro.

Τεταρτημόριον.
Τριτημόριον.
Δίμοιρον.
Τρίμοιρον.

Varro. As nummus erat libralis, dupondius nummus bilibris, sestertius nummus duarum & semis librarum, dictus quasi semistertius, Græcorum imitatione, qui τρίτον ἡμίδραχμον dicunt duas drachmas & semis, & ἕβδομον ἡμιτάλαντον pro talentis sex & semis. Herodotus in primo, ἕλκων ςαθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον. Pollux, τρίτον ἡμίδραχμον αἱ δύο ἡμισεῖαι δραχμαὶ, id est pendens sex talenta & semissem. & apud eundem τέταρτον ἡμιτάλαντον, id est quartum semitalentum, pro eo quod est tria & semis talẽta. Denarius, decem librarum nummus erat, cuius quarta pars sestertius, eo tempore scilicet, quo denarius decußi ualebat. Erat autem denarius argenteus nummus quatuor & uiginti siliquas pendens. Apud Priscianum ita legitur, Siliquæ tres obolũ faciũt, duo autẽ oboli scrupulũ, tria scrupula drachmã. ita duodeuiginti siliquæ in drachma. sic quatuor drachmæ in tribus denarijs, hoc est duæ et septuaginta siliquæ. Hactenus apud Priscianũ legitur. Quadrãs etiã nũmus erat, ut apud Iuuenalẽ,

Cædere Syluano porcum, quadrãte lauare. & centum quadrantes sæpe apud Martialem. Sic etiam sextans nummus erat, cùm populus Romanus in funere Menenij sextantes contulisse dicatur à Valerio & Plinio. Sũt & uasorum nomina, ut apud Persium,

–Calidumq; trientem Excutit è manibus.–

Sunt & ponderum. Pli. lib. XXVII. Bibitur ad dolorem uuluæ & uitia. macerari oportet in sextarijs tribus quadrantem radicis tusæ per noctem & diem. & li. XXVIII. Ad tußim ueterem recens decoquitur quadrantis pondere, in uini sextarijs tribus. Idem, Ad hoc uitium immittitur butyrum heminis quatuor cum rhesinæ terebinthinæ sextante. Nec mirum est tam latè uerborum istorum signifi

Τρίτον ἡμίδραχμον.

Denarius. Sestertius.

Siliqua.

Quadrãs nummus.

Sextans.

Vasorum nomina.

Triens & Quadrans.

significationem patere, cum cognata sit & connexa ponderum ratio cum mẽsurarum ac numerorum rationibus: & ut aiunt illa carmina quæ Fauini esse dicuntur, si pondus mensuræ componimus, eadem est pars cyathi in sextario, quæ est in libra unciæ. & ut in ponderum minutijs ad scrupulum peruenimus, sic in mẽsuris ad cochlear. Quinquuncialis autẽ ordinum ratio in arbustis & uineis, & in quinquuncem arbores dispositæ cur dicantur, comminisci non potui: quid tamen sit, ex Fabio facilè intelligimus, apud quẽ hæc uerba lib. VIII. leguntur, Nullus ne etiam frugiferis adhibendus decor? Quis negat? nam & in ordinem certaq; interualla redigam eas arbores. Quid illo quinquunce speciosius, qui, in quãcunq; partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoq; prodest, ut terræ succum æqualiter trahant. Cicero in Catone, Cùm autem miraretur Lysander & proceritatem arborum, & directos in quinquũcem ordines, & humum subactam atque puram, & suauitatem odorum qui afflarentur è floribus: tum eum dixisse, mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius. Columella lib. IIII. Hæc in quinquuncem uinearum metatio, expeditißima ratione cõficitur. Hoc Demosthenes in ea oratione quæ πρὸς νικόςρατον inscribitur, ita expreßit, καὶ τὰς ἀναδενδράδας ἐξέκοψε, καὶ φυτευτήρια ἐλαιῶν περιςοίχων κατέκλασε. Arbustiuas uites excidit, & oliueta in uersus quo quouersum digesta confregit. Quod uerbum Suidas assequi non potuit. Xenophon ipse, ex quo Cicero trãstulit, ita scripsit, ἐπεὶ δὲ ἐθαύμαζεν αὐτὸν ὁ λύσανδρος, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, δι' ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ ςίχοι τῶν δένδρων· εὐγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη. Cum autẽ locũ consitum miraretur Lysander, quòd decoræ

Quiquuncialis ordinum ratio. Arbores in quinquuncem digestæ.

decoræ essent arbores, & stirpium consitarum æquabilis series ita in uersus directos configurata uideretur, ut ad angulos rectos pulchrè exacta essent omnia. Ex quibus uerbis cum Ciceronis collatis conijcere statim possumus quid sit quinquuncialis ordo, etiam si nondum intelligimus cur ita appellatus sit. Fortasse autem antiqui sic quinquuncem appellauerunt exactam plantarũ metationẽ, ut decussem exactam spatij diuisionem. Theodorus Gazes Ciceronis interpres directos in quinquuncẽ ordines græcè ita expressit, καὶ τὰς ὀρθὰς εἰς πεντάδια ἀνγώνιον σίχους. obseruato scilicet Xenophõte, Ciceronis uerba uertens. Eo anno quo hæc scripsi, uineam habebã sterilẽ, & multis iam annis decoctricem. Huic cum auctionẽ diu (ut fit) minitatus essem, nisi in posterũ paria saltẽ cum expẽsorum ratione faceret, nec impensiorẽ ipsa cultură sentire uideretur, proscripta etiam emptorẽ nõ inueniret (male enim ob id ipsum audire cœperat, quasi nõ damnosam uineam nunquã emãcipaturus essem) ad extremũ eousq; damnatæ succensui, ut in ortũ eã transformare meditarer arboribus consitũ, nondũ tamẽ extirpatã. Hoc cum primùm in mẽtẽ mihi uenisset, arboribusq; eam ad soli naturã accommodatis conseruassem, frugi me hominẽ existimabam, omniq; religione ac superstitione solutũ. nam ultimi anni calamitate perculsus, tot superiorũ annorum sterilitatem excipiente, temperare mihi nõ potueram quin præcipiti iureiurando negarẽ unquam me posteà teruncium in eius uineæ culturã impensurum. Quo iureiurãdo satis me defungi posse interpretabar, si ortum eam magis factam quàm adhucuineam colerem, præsertim cum nullus inueniretur tam aduerso Mercurio natus, qui sibi eam indicari peteret. Sic autem rationem impensæ subduxeram, uix ut uig

ut uiginti frãcicis eam mihi rem staturam existimarem. at consitoris solertia quæstuosa cò me sensim perduxit noua in dies communiscendo, uiscendumq; operis absoluti decorem speciemq; pollicendo, ut à tenui illo & simplici primordio iustum tandem pomarium instituerim iugerûm paulo minus quatuor. In quo mihi ita euênit, ut qui auctionem facere prius prædij mei meditabar, & nummo propemodum addicere paratus eram, idem subinde liceri magno cogerer particulas confinium agrorum, ne instituti pomarij modulatio, ambulationumq; metatio aliquo loco non quadraret. Intra id uillã ædificabam, simul & ipsum muro undenûm plus minus pedum cingebam crassitudine in summo sesquipedali, in medio atque imo proportione emodulata. Hoc Sammaurianum prædium mihi futurum instar amœni cuiuspiam Tusculani sperabã, quarto ab urbe lapide situm, in quo liberiores solutioresq; congressus cum dilectissima mihi philologia exercens, mecum ipse sæpius commodiusque uiuerem. Hoc faciens, didici duplicem quinquũcialis ordinis rationem esse. Alteram nostrates scacariam, quasi alueolatam appellant. Sumpsit enim formam à postica parte aluei in qua scrupos hodie lusitantes promouent & reducũt. altera ratio reticulata dici potest, nõ in quadras ut prior, sed in rhombos cõformata, ea forma qua specularia apud nos plerunq; uidentur in fenestris lumen uitro transmittentibus. Ego quadris usus sum pedum quoquouersus quaternûm denûm. Huiusmodi ordinum obseruatio Normannis solennis est instituendis pomarijs: quorum arboratores è seminarijs plantulas transferentes, ita stellatim decussare norunt ordines, ut in quãcunque partem te uerses, rectam semper seriem uideas, nusquam obliquante prospectu in longin-

Sammaurianũ Budæi.

quum. Hæc habui de his uocabulis quæ ſtrictim primùm dicerem, quæq; uelut proœmium huius operis eſſe uellem. Itaque quãdò de integro ſermonem inſtauraturi hac eadem de re ſumus, ut eorum uocabulorum uſum magna ex parte obſoletum latinitati reddamus (ſic enim futurum ſpero) facturum me operæprecium exiſtimaui, ſi nõ modò rem hanc totam latis per ſe ſatis finibus patentem proſequerer & abſoluerem, ſed etiam ſi diſputationem aliam ad hunc locum nonnihil pertinentem, & ueluti cognatam adiungerem, tametſi iam alto ſitu obſcuritatis erroriſq; ſqualentem, uix ut nitorem priſtinum lingua latina hac in parte receptura uideretur. Cùm enim de aſſe & libra pondoq; & rei nummariæ uocabulis multa ab enarratoribus neotericis dicta ſint, antiquorumq; monumenta ijſdem uocabulis ſcateant: nondum (quod ſcire aut ſuſpicari potuerim) à quoquam ſcriptorum noſtræ aut auorum longeq; ſuperioris memoriæ deprehendi potuit quem modum pecuniæ his uerbis ſtatuere debeamus. Proinde ita tulit animus, ut rem per ſe ſubobſcuram, & cum multa ambage auctoritatum implicitam, tum uerò gloſſulariorum errore perplexiorẽ factam, ſimul corruptis exemplaribus propemodũ comploratã, explicare nihilo ſecius improbo inſanoq; (ut dicitur) labore aggrederemur. ſiquidẽ ſcitum illud comici poëtæ memineram, nihil tam difficile eſſe, quin quærendo inueſtigari poſſit. & dignam rem prorſus exiſtimabam in quam toto pectore incumberẽ. Atqui cũ ad hanc ætatem, ex quo poſt tenebricoſa ſecula literis ſenſim lux affulgere cœpit, eò iam profectus labores eruditorũ hominũ euaſerint, ut ad linguæ latinæ inſtaurationẽ perpauca deſiderentur: nemo tamen (ut ſpero) inficiabitur hanc operam prorſus adhuc deſideratam

deratam eſſe. Planum enim facturum me confido, neminem intra octingentos annos, ac longè plures fortaſſe, recte hæc uocabula intellexiſſe, duntaxat eorum qui commẽtarios ediderũt, qui in uulgus emanarint, aut aliâs innotuerint. An autem id aſſecutus ſim quod anxiè perquiſiui, lectorum erit iudicium, non tamen quorumlibet. Verumenimuero eam à me ſuſpicionem lõgè amoliri uelim, quaſi aut ingenij ſingulari quodam acumine fretus, aut reconditæ doctrinæ fiducia eam rem totam ſuſceperim, quam uiri tot doctiſſimi ne primoribus quidem digitis ſine noxa tractauerũt: id quod mox apparebit. Iure autem meritoq; facturum me arbitror, ſi in ordinem lautiorẽ literis ſtudentium admittendũ me cenſeam: quibus aliquando ipſis liceat poſt emerita audiendi uel legendi ſtipẽdia (non enim tam fortunatus fui, ut in hac diſciplina uocalem præceptorem haberem) ſtylo ſpecimẽ ſui facere. Proinde cum aliorũ ſcriptis his in rebus adiutus ſim, quas ipſe per me aſſequi non potuiſſem, & in id uideam literatos ferè conſpiraſſe, ut uelut ſymbolam quiſq; quàm poſſet lautiſſimam in mediũ cõferret, quaſiq; in muſæo donarium aliquod poſteritati uiſendũ conſecraret: commotus & ipſe ſum, & æmulationis ſtimulis uſqueadeo exagitatus (neque nũc primùm) ut impenſiore ſtudio eum locum inter ſcribentes tenere poſſe nõ diffiderem, quem multi aut ingenij præſtantia freti, aut ingenti aliquo ſtudiorum adminiculo ſubnixi, certatim ſibi aſſerere quotidie uidebãtur. Itaq; alterã iam aleã iacimus, quandoquidẽ prior illa (de Annotationibus noſtris loquor quas in Pandectas edidimus) non incõmodiſſimè cecidit, tametſi incurſura ipſa in primorũ ordinũ offenſionẽ uidebatur. Quippe rem per ſe inuidioſam, ferocius quàm par erat, in iudiciũ quaſi in

theatrum adduximus scribendi tyrocinio: id quod tum demum sensimus, cum iam opere edito (quod domi simul nostræ, & in officina chalcographaria cudebatur) qui inferbuerat animus, paulatim deflagrauit. & hactenus tamen impune ferre nobis contigit ab ijs etiam ad quos ea res maximè pertinebat, nedum ab illis hominibus quibus cum necessitudo nobis humaniorum literarum nomine intercedit. quanquam impunitatem mihi stolidè fortasse promatterem, nisi etiam gratiam me iniisse ijsdem ab ipsis iuris peritissimis experimento didicissem. usqueadeo quod candido atque ingenuo proposito susceperis, etiam si in eo transigendo (ut est humana conditio) secus non nihil imprudens admiseris, non solet id ferè non bene tandem uertere. nisi si forsan id est ueritatis numen, ut rem principio inuisam, aduersoq; rumore explosam, ad extremum etiam popularem reddere plausibilemq; potuerit. Quorum enim hominum odium inexpiabile contraxisse musteo adhuc opere uidebar, eorum nũc occursum uix fero, de pollicitatione me reliqui uoluminis conuitiose appellantium. Quorum auctoritati tantum tribuo, ut rem depositam nescio an abiectam, retractare denuo coactus sim. In qua ipsa cum occupatus essem, animi causa (ut fit) auocamentum quærẽtis, parergon hoc arripui, initio quidem modulis diuerticuli destinatũ: rerum autem series perpetua aliã atq; aliam deinceps commẽtationem ingerente, eousq; progressum me esse sensi, ut ex parergo, id est operis instituti diuerticulo, plenum opus factũ sit, ut Græci dicunt, ὥστε καὶ τὸ παρέργον ἔργον γέγονε. Hæc satis ad exteros Italos, & alios ubicunq; gẽtium literatos, quibus cum sacris ijsdem initiati sumus. Quibus quidem ipsis in musei cella cõtigit incubare, non etiã qui ex pronão

nao (ut aiunt) Musas salutauere. Eorum enim nullum ex albo reijcimus: quando id fieri non posse putamus, ut qui literarum humaniorũ studio sint expoliti, non ijdem quoque sint iudices nobis æqui. Ab nostris autem metuẽdum nihil erat, nisi quosdã homines primariæ auctoritatis aut dictitare aut mussitare comperissem, cum unum tantũ genus hominũ literarum bonarũ studio aptũ, atq; etiam natum esse, tum uerò nos operam & oleum perdere, qui in eo uitæ instituto ingenia exerceamus: non aliter ac lienosos qui instituantur ad cursum. Hoc quũ nostratium quidam rescissent, primum mirari auctores, deinde eo magis succensere, postremò re planè intellecta fremere. Sed reliqua (ut arbitror) silentio nunc premẽda, ut omnia in potestate habeamus si fortè illi æquiores esse cœperint. Nisi uerò obscurum esse potest, cur homines Frãci externa ingenia sese exosculari dictitent, nec stomachi sui doctos in Gallia uidisse. Quos si ueritati inseruire potius, quã animo suo indulgere existimarem, aut ea esse eruditione, ut latinè loquentes intelligere sine magistri opera & præitoris possent: facilè (nisi fallor) ostenderẽ cur adhuc factũ sit ut dicendi facultas olim uernacula Galliarũ, literis iãdiu in Italia illustratis, in Galliã nõ reuersa sit, transalpinarũ ipsam rerum plus quàm & par est & utile cupidã. Qua (malũ) opinione fallere se in re tam clara hominum iudiciũ credũt, qui ne in ijs quidem fefellerũt, quæ integumẽtis omnibus compositi uultus speciosiq; sermonis egerunt? Vsqueadeò enim omnes hominum sensus iam innotuere in uulgus, ut fidem quidam non faciant uel si aram utraq; manu tenẽtes ausi sint sanctissimè deierare. Itáne uerò si Franci quidam homines aut malè obsequiosi, aut ex ingenio suo uiuentes, nec per istorum genium iurare

Dicendi facultas Gallis olim uernacula.

didicerunt, nec solitis hac ætate lenocinijs eorũ se potentiæ uẽditare: satis digna causa fuit quamobrẽ calcata charitate patriæ, odio transuersi aut liuore raperentur? mihi certè non uidetur. Atqui si ingeniorum ipsi & doctrinæ (quæ nos quoq; in externis mirificè agnoscimus) admiratores ueros credi sese uolebãt: benignè igitur uel exteris facerẽt, idq; eo nomine, ut intelligeretur cur uiros ipsi doctos præmijs adsciscerẽt. Sic enim eloquentiã & poëticã & literas elegantiores patriæ dicerentur uel dedisse, uel reddidisse. Nunc cũ id nõ faciunt, uideant quæso ne externis uerba dare potius, quàm nobis facundiã optare uideãtur: immò (ut planè loquar) ne subdolã mẽtem prodant, aut certè maleuolam, qui priuato uel studio uel odio instincti (nam quam aliam causam conijcere quisquam possit?) suggillationem patriæ inurere non timeant. De qua quàm bene alioqui sint meriti, publica fama uiderit. Sed criticam seueritatem cognoscere in hominibus imperitis precium est operæ: Galli omnino homines nec ad poëticã artem nec ad oratoriam nati. Quis hoc iudicium facit? homines germana in Francia nati, in sinu Franciæ aliti & educati, & nũc in gremio eiusdẽ hoc dictitantes. Qua igitur tandem fiducia hoc iudicare præsumũt? age quid tum postea? qui à patria honestissimum quodq; decus meriti, immeriti tulerunt. Egregios ciues, & patriæ amantissimos! Audiamus porrò, Solis hominũ Italis hæc studia capessere iure ac moribus licet. sic enim fert cæli soliq; natura, ut infantes etiã illic disertè numeroseq; uagiãt. O acre iudicium hominum, quibus tamen ipsis inter classica recitanteis Italos exaudire tantum uacauit. Sic cine Frãcos homines pituitosum fel habere ad iracundiam putant, & crassa quoque ad studia præcordia, eorum ut stomachum improb

improbitate tanta prouocare gaudeãt? quanquam latius patet hæc contumelia, quàm ut in literarũ studiosis consumatur. Ad eos enim etiã pertinet, qui literarũ ipsi imperiti, ingenioſos tamen liberos & spei magnæ genuisse se arbitrantur. Porrò etiam patet. solis enim Italis doctos esse licet ac disertos per iudices istos nostros, Musarum (credo) & Apollinis sanctissimos antistites: qui ea fiducia utriusq; facultatis, atque etiam linguæ utriusq; iudicium præsumunt, quòd ut Ascræus olim poëta ex tempore factus ad fontẽ Pegaseium creditur, sic se anno uno aut altero cum doctis super mensam loquitando, uberem harũ rerũ scientiã hausisse credi uolunt: quippe qui nasci in Italia doctos, non studio annorũ triginta & amplius fieri putent. En quibus te approbes, si Mineruæ suffragio doctus haberi uelis. Heu miserã conditionẽ nostram, qui intabescimus literis, hasq; indignitates exorbere ac uorare cogimur, quàm cõcoctu difficiles stomachis æstuãtibus & biliosis! idq; eo magis, quòd ius nobis non est ad primores aut principẽ prouocãdi, quorũ isti ignorantiæ impostura ex animi sui sententia facilitant. Illa autem illa singularis est temeritas uel amẽtia, obtrectationis (ut ita dicam) tragulas in uniuersos intorquere, si quosdã fortè priuatim incommodos atque inuisos obstinarint ferire. Illi ne ut irato animo tantũ indulgendũ putent esse, ut propter unũ aut alterum expungendos, à caluo (ut dicitur) ad caluum è numeris eximant? uel quod quidam eorum huius calumniæ architecti declitant, se, cum omnia studiosorum diuersoria lustrauerint, adhuc tamen quod quærunt, extra gentẽ Italam desiderare? Ecquod igitur capitalius uerbũ ullum hoc uerbo esse potest? Quasi uerò quisquam ignoret sic eos bonos doctosq; cis Alpes inqui-

rere, ut qui diuersissima uia congredi cum hostibus festinant. Deus te perdat si multas, quæ oculis clausis in hominum obtrectationem impingis, & uelut mēte capta propositum maleuolum tuū prodis. Tu ut tuorū ingenia damnes quorum partim nec periculum feceris, nec alium fecisse quenquam noris? partim ne facere quidem tu animo offirmaris, nec faciendum curare, cum tu id si uelis facere fortasse nō possis? tum deinde exteros (si dijs placet) commendatione inani quassáq; prosequare, ut licentiore calūnia possis in quos uelis desæuire? Hic hic nigræ succus loliginis, ut lepidè inquit poëta. Cedo igitur cui unquā doctrinæ nomine benignè tute feceris, aut cui omnino non tua causa bene tantum cupieris? Heu candor Mecœnatum eorū quos & uidere nobis & obseruare cōtigit: qui simul & studiosis sunt & Reip. desiderati, insigni ad posteros inclinatione rerum. Superi immortales, quantū inter animos hominum interesse dicemus? Illos ut heroicis annis editos, nihil appositius quàm uiscera charitatis appelles. ita uniuersas cogitationes suas ad homines nostros iuuandos contulerant. Isti huiusmodi animum rebus nostris exhibent, ut ad delendū Francici nominis splendorē incubuisse uideantur: quos tamen & ipsos non adeò liuidos esse crediderim, ut nisi trāsalpinis rebus oculos cupidius adiecissent, premendi nostrum gratia in cælum laudibus ferrent exteros. Quid enim consilij eos cepisse dicas? an ut eloquentiæ ac literarum gloriā desperare nos cogant? quid id eorum refert? quandoquidē huius ætatis decreto, nihil cum literis aulico comitatui. an ut gratiam ab Italis incant? Sed quò inter Gallos ab Italis gratiam? Restat igitur ut aut priuatis studijs indulserint, aut non modò proterui, sed etiam propemodum amentes iudicentur

Horat. sermo. lib. 1.

tur. Equidē libens ab ipsis audierim, utrum'ne studia literarū bonarū hodie flagrātissima quālibet iniquo tēpore, restinguere illa sua obtrectatione sperarint, an oblectandi sui gratia potius ingenia prouocarint? Illud certè obtinere nulla auctoritate possunt, ut oratorum uel poëtarum & historicorū libros nobis è manibus ut prophanis excutiant, quas bonis iandudum auctoribus contrectandis inauguratas habemus. Nam qui famæ dudum per ora hominum iure uel iniuria obstrepēti moderari nequiuerunt quo minus in circulis, in ambulationibus & sobrijs & basilicanis, pro castris, pro concione, nusquam nō denique actus eorū obtrectarent nō cauillabundè modò, sed etiam tumultuosè: ecquid se illi iuris habituros putant in eorum Mineruam qui literas didicerunt? Scilicet hoc illud est, hominibus uenustis cupido inceßit gallicum stylum prouocādi, à quo sibi metuendū nihil putant, ut quē hebetem esse & plumbeum dicitent. Nempe hac fiducia illudunt, Francicamq; Mineruā ut infantem & inermem despicantur, nec ægide terribilem. At ego ut Italos Francis ingeniorū acumine præstare nunc inficiari nolim, sic non facilè concesserim ut præsteat etiā docilitate. Quippe ut primis omnium Latinorū Italis post annos centum licuit stylum suum ad cotem priscæ uenæ exacutum, scribendo dicēdoq; explorare: sic nostris obuiū est, ut omnibus, & antiquos & recentiores scribēdo auctores æmulari. Nam salem eodem nobis precio quo Italis præberi, docere istos potuerunt actores theatrici, qui satyricis eos salibus totos sæpe perfricant, queis acriores non puto ultra Alpem aut Pyrenem inueniri. At enim innocentia succinctis omnium rerum securis esse licet. Equidē hoc fatebor, si intra uallum innocentiæ statiua se semper

per habuisse rebus gerendis administrandisq; contenderint. Dicere igitur hoc audeant, & ego illis ordines omneis iudices feram, ni constantis famæ testimonio reuincuntur, ut ne ad populum quidem prouocare audeant. Quare ego suaserim eis potius (si me auctorem non respuant) ut infenso animo uel alioqui malè affecto usqueadeo ne obsequantur, quin sese suumq; etiam fastigiũ respiciant, rationem anteactæ uitæ habeãt, nec in extremo summoq; actu sub persona primarũ partium indecorũ aliquid aut proloquantur, aut edant. Etenim quum sint eorũ nonnulli præteriti temporis continentia & grauitate ita obstricti, ut peccare ne tantulũ quidẽ sine crimine maximo nequeant: ij meminisse debent uitæ suæ cursum nõ ad amussim popularem exigi, sed ad eam quam sibi ipsi in mediocri fortuna præstituisse creduntur: ut si à pristinæ probitatis & integritatis orbita ingressum quoquo modo detorquere uideãtur, quicquid rectè ac præclarè antè fecerũt, protinus non uirtutis fuisse, sed ambitionis existimetur. Nã qui alijs moribus uiuere prouecta iam ætate, & ad instituta transire uidentur utilitati seruientiũ: ultimùm utiq; salutasse recta cõsilia & honesta credũtur atq; dicuntur: perinde atq; ij solent qui ad tẽporariam modestiam bellißimè cõpositi, si mul ac se euasisse ad res secundas sentiũt, tanquam emeritis simulationis stipẽdijs, ambitum & cupiditatẽ profiteri perfricta fronte obduratiq; non uerentur. Aut igitur sibi posthac imperent studiosos Galliæ non odisse, procul ambitione summotos: aut si malè loqui pergant, & utcunque doctis incommodare, quosdam etiã expectent iusto dolori tandem obsecuturos. Nec sibi eo nomine blandiantur, quasi in sinu Iouis positi malè audire nequeant, aut quasi dolorem animo quantumuis

tumuis inustum Gallica ingenia stylo exigere non possint. Qui enim Aristarchos se orationis latinæ aut etiam architectos intulerunt, quum minimè ipsi esse didicissent artifices dicendi, Gallicæ fortasse doctrinæ, Italicæ discipulæ, extremam propediem manum acceßisse sentient, quum ex atrio Libertatis, suis ipsi maledictis respondentes audient. Neque enim ex uno aut altero opere debuerunt omne genus structuræ omniũq; æstimare. Sed quid hoc ego crimen persequor, quum ijdem ipsi qui literas Gallis adimunt, non iam scientiam nobis elegantiorũ artium, sed etiam prudentiam omnino quasi sensum cõmunem abstulerint? Quæ contumelia non ad unũ tantũ eundemq; neglectum ordinem, sed ad singulos uniuersosq; pertinet. Notum est enim quòd eius societatis mancipes, quàm minimè decebat, nihil pensi habere dicũtur quo minus errata sua luculenta clauo ductitando admissa, ignominia patriæ obliterare nitantur. Pròh supreme seruator! Nonne satius erat nos culpã agnoscere quæ negari non potest, quàm clauum (ut dicitur) clauo protrudere, & culpam crimine expungere? Antiqui Romani dixerunt maiestatem in populo, auctoritatem in Senatu esse: inde crimina maiestatis appellata læse, aut imminutæ: at nunc inuenti esse dicuntur, qui non contenti Remp. non iuuisse, imminuere etiam maiestatem clarißimæ gentis cupiant: & qui doctos posse Gallos fieri cum negauerint, insuper prudentes in Gallia nec reperiri contendant, nec inueniri. Qui quum hæc dicunt, inexpiabili se inuidia flagrare non animaduertunt. Quasi uerò cuiquam persuaderi posßit quæstionem decretam de uiris bonis & prudentibus hoc tempore fuisse, quos uelut Optiones sibi in rebus transigendis constituendisq; cooptarent. Verùm

hos

hos paulisper mittamus, quibuscum ex æquo nõ licet hãc iniuriam expostulare, ac uideamus cuiusmodi Homerus poëtarum sapientissimus Achillem suũ finxerit, ut ex eo scire possimus an res nostra publica rectè atq; ordine hoc tempore constituta sit: & mirari homines desinant, quòd per hosce annos primùm hominibus Francis animus cum re simul concidisse uisus est. Ille igitur rerum humanarũ perspicacissimus æstimator, quum sub Achillis persona fortem ac strenuum militem eundemq; ducẽ formare statuisset, deam illi Mineruam instantem identidem finxit, quasiq; condocefacientẽ monitione postica, nonnunquam cæsarie reprehensantem cum præcipitem cum ferri, atq; ira excandescere sensit. Achillem autem suum inducit inter irã ratiocinationemq; alternãtes Mineruæ tandẽ monitis obtemperantem, strictum ensem in uaginam ira suppressa edomitaq; condentem. Videre est illam quidẽ imperiosè uetantem, hunc autem iram obsequiosè prementem. Illa ni pareat ipse numini, uindictam interminatur: hic ponit uim animi, ne non paruisse dicatur. Memorabile figmentum, ac memoria etiam atq; etiam tenendũ: quo quid aliud poëtam significasse arbitremur, quàm animæ duas partes, iram, & rationem? Siquidem ille furorẽ iræ ac ferociam animi ratus circa præcordia grassari, rationis principatum, ac moderamen animi in parte summa capitis sedere censuit & uigere, uelut speculatorem à natura præfectum, qui omnia circunspectaret, atq; ut auriga quadrigis, sic feruori ipse animi atque alacritati moderaretur. Proinde quum ille poëta fons ingeniorũ dictus, talem strenuum militem, eundemq; ducem fortissimum inducat, ut nusquam ita destitutus, ita deprehensus, sit quin præstò consilium & rationem habeat (hoc est enim Mineruam

Achilles. Homericus.

neruam uelut præstitem habere uel astitem) planum sit utique, qui sapientia & prudentia careant, res ab ijs maximas nec bello nec pace geri posse. Porrò prudẽtia ipsa aut summa dote naturæ datur, aut literarum cognitione cum sapientia comparatur: at utrunque nobis adimunt, qui nobis nec natura imbui, nec studio institui concedunt. Caput uerò erroris est, quòd nobilium natio indecoram esse literarum cognitionẽ claris penatibus ortis, semper existimauit. Hac enim opinione effectum est, ut rerũ nostrarum summa in tenebris plerũq; densissimis hallucinetur. Nam quum primores procerũ, ignorantiã literarum percupidè sibi uendicent, ac nihil sui muneris esse in pacis artibus credant: euenit ut plurima aulæ consulta ex paucorum commodo fiant, qui in rẽ ipsi suam suarumq; necessitudinum concipere edicta principis cõsultaq; didicerunt. Sic fit ut regio nomine paucorũ regimẽ obumbretur: nomen olim inuisum apud eos qui respublicas in populis & ciuitatibus condiderunt. Atenim quosdã regibus subseruire necesse est, qui ijs muneribus fungantur, quæ per se reges obire iam nequeunt. quis negat? Sed si eo amplius legitimũ iam & regiũ esse cœpit, illis omnia credere ac delegare, quibus ab latere & auribus principibus esse contigit: sint sanè omniũ potentes, quando eò deliciarum uentũ est. & inertiæ immunis & feriatæ: sed sint eiusmodi, qui optimates uocari & cupiãt & debeãt, quiq; latus principis cingentes, maiestatem eius augustiorem faciant. Nec dicatur unum omnium regem maximũ, solo corporum stipatu quasi adminiculo subnixum, non animi uirtute ac scientia niti. Delectum modò hominum principes habere instituant, literisq; & ingenijs & industriæ fauere: sic fiet ut nec doctorũ Francia nec prudẽtiũ

Procerũ ignorantia.

inops

inops reperiatur. Sed enim eo tempore doctos & sapientes necesse est latere & secedere, quo tempore dissimiles ijs hoyunes in lucẽ prodiere. Huius igitur mali causa est nobilium institutum, qui res cõsentaneas, & mutua openixas, generis claritatẽ, literarumq; peritiam, collidi inter se & dissidere putant: quo errore factum est, ut disciplinæ olim ingenuæ appellatæ, ad plebem iamdiu transierint, non tantum à nobilibus sed etiam (ô mores perditos) à sacricolis repudiatæ, ne non satis generosus esse & lautus antistitum ordo præsulumq; putaretur. Inde autẽ illa extitit indignitas, non tantum incõmoda, sed memoria nostra etiam ferè dira, quòd principes natura boni, sed blandimentis incuriæ capti atq; immunitatis, cui à pueris insueuerunt, auctoritatẽ regiam, rectè, perperã, dignè, indignè factis accommodant, quãdo semel omnia amicis permisere. Qui si literas scirent ipsi, gentilesque sceptrorum: nec sacrosancta utiq; nomina inuidiæ opponerentur, nec tam licenter ob oculos principales cercopũ præstigiæ ludificari pergerent, quarum semper impunitas moribus nostris fuit uel à iurisdictione summa. Adde quòd Senatus ille selectorũ prætorianus & castrẽsis, interpres principis placitorum, paucissimis sæpe uiris hominibus haud ita multis constat, partim literarũ nescijs, partim iuris sui magis quàm publici consultis: unde uisi sunt aliquando turbines ex caligine densa consiliorũ oborti, late spes popularium fortunasq; percellere, nequicquam superũm hominũq; fidẽ populo implorãte? Quid? illud quale est, quòd cũ omnia pro potestate arbitrentur, cũ ita comitijs nostris præsint, ut sine eorũ auspicijs pauci renũtientur: nõ satis eorũ quidã habuisse dicũtur, meritos & graues per multos, & secũdo rumore cõmẽdatos, aut

Nobilium culpa iacẽt literæ.

aut aliquo uirtutis specimine cognitos, præterire, nisi etiam capitali conniuentia transmissos, aut ignominia afficere conarentur, aut huiusmodi esse omnino scire se inficiari? Præterijsse dico? Quid si etiam obnuntiasse constat, quasi latens aliquod uitiũ obuenisset? siue id simulati datum est, siue ut ij tantum præficerẽtur, quos eis cõmodum fuit. Qui si de cœlo seruassent, ut existimari uolunt: pernicios as sæpe renuntiationes disturbare potuissent. Quantam autẽ indignitatẽ homines haurire cogũtur, cũ certo certius sit, nihil sapere principi posse, quod his prægustatoribus non antè placitum sit & probatum? Quinigitur urgemus ut confessionem ab inuitis exprimamus? Necesse est enim ut uel linguam palatumq; stupentia se habere fateantur, uel certè amori odioq; seruiẽtia, qui insulsos à sapientibus internoscere uel nolint, uel nequeant. tametsi huiusmodi hominum conatum non magis improbum esse quàm irritum puto, siquidem studij ardorem restinguere premendo, aut secundæ famæ splendorem obscurare nituntur. Nam ut palma arbor in pondus attolli dicitatur, sic uirtus suppressa, studio maiore erigitur. Opinionem autem nõ uanis rumusculis collectam, sed claris industriæ documentis emanantem, quis inhibere potest? Splendet enim, splendet, solidæ & expressæ uirtutis existimatio, etiã relictæ in umbraculis, aut procul ab ambitu remotæ: ut uicissim, in quibusdam fulgor adumbratæ uirtutis aut sapientiæ, obruitur plena luce, cum illustri magistratu gerẽdo, taquã ad radios ipsi solis aut ad fasces admouentur. Equidem (ut ad eos redeam quos interim omiseram) libens ipse suaserim, aut etiam postularim, si qui sunt ex ea secta Philoxeni superstites, qui rerum Gallicarum transactores ideo in Italiam

petendos esse duxit, ut nostrates homines rerũ actu summoueret, non quòd eorum solertiam præ nostrorum admiraretur: commodis ipsi ut immodicis comiter ornamentisq; perfruantur, quæ nostrarum rerum clade quæsita nullus est qui non norit: externosq; ita suauientur si placent, ut Francos non despuant. Satius enim id esse censeo, quàm offirmata iniquitate eorũ abrumpere patientiam, qui res tacendas effari Stentorea uoce possint. Neq; uerò negauerim sæpe è re Gallica fuisse, in rebus transalpinis externorum operam experiri. Quosdã enim adscititios nouimus non modò industrios, sed & exploratæ fidei, qui egregiam & singularem operam & in quietis consilijs & in bellicis rebus nobis nauasse dicuntur. Sed si in rebus domesticis non modò externo milite, ut iam fieri cœpit, sed etiam in omni parte Reipublicæ externorum operam adsciscendam censebimus, magis id adeò ut paucorum commodis seruiant, quàm ut publicè prosint: quæ tandem nostrorum erit functio, aut quando suæ tutelæ Francia restituenda dicetur? O tempora! ô mores! Francia quæ olim sibi, alijsq;, & summæ rei Christianæ superesse uisa est, nunc degener & infans, ne suis quidẽ rebus satis est uel agendis, uel eloquendis. Rem suapte natura indignam, auctores eius etiam fecerunt atrocem, indigni omnino ipsi qui uel intra uerba peccarent, nedum ut uiris studiosis omni ope incommodarent, quos suffragio suo (ut scimus) prærogatiuo benignè subleuare debebant. Quòd si homines innocenter industrios testimonio suo fraudasse, uiri boni existimatur officio non conuenire: quid causæ est quin magnum in sese dedecus admisisse uideantur, qui etiam cupidè fecerunt ut odisse crederentur? Vtinam autem fieri posset, ut cæcæ nostræ querelæ

relæ in eos tantum impingerent, qui culpæ auctores ipsi, aut affines esse dicuntur: liberius omnino nobis destomachari liceret: nunc autem uereri subinde mihi succurrit, ne aberrante hominum coniectura, in eos uis doloris incumbat, in quos minimè uellem. Sunt enim in quibus ne guttam quidem criminis huius hærere uelim, quanquam eorum culpa tolerabilior quàm aliorũ esset. Sed & eiusmodi nõnulli feruntur, ut si stomachum rursus mouerint, patientiam omnino tibi imperare non possis. Quo fit ut rem spinosam tractare uix innoxiè queas, & tamen tanta uis est numinis ad stylum manum urgentis, ut periclitari malis, quàm rumpi degeneri patientia. Næ ego satis admirari nequeo quorundã hominum amentiam, qui in rebus ipsis secundis famæ suæ consulere uel negligunt uel nesciunt. Nos tres uiros uidimus, qui ad magnos honores assumpti, cœlum nostrum impleuerunt nominum suorum celebritate: quorum duo tum æquales, tum simul in actu summo rerum Francicarum fuerunt. Hos ita inter se iunctos diceres, ut aërẽ & ætherem. Quicquid enim potentiæ alterutri accedebat, alteri id omnino decessisse uidebatur: ut inter illa duo elementa ea est uicissitudo, quicquid alteri deperit, in alterum ut infernè supernéque transeat. Verùm æthereus ille tum summa quæque sibi uendicans, tum ad cœlum hominum uoce obseruantiáque elatus, tam proximè etiam olympum euaserat, ut quicquid Iunoni Iupiter inter suauia diceret, latere cum uulgò non putaretur. Quum autem ille alter fastigio fortunæ inferior, libramento tantum suo staret, doctrina scilicet & industria ac maiestate, summo paribus magistratui: hic ui maiore fati supra omnium aspectum sublimè ferebatur. Qui cum uotis tan-

tum non suis Parcarũ fusos conuolui existimaret ac confideret, arrectissimas quasq; ceruices submitti sibi uolebat. Cum autem ille alter eruditione Varro, animo irrequieto & uersatili Porcius, libertate non obnoxia Cato, superioris magis illius succumberet impotẽtiæ, quàm animo satis æquo cedere uideretur: id ad huius felicitatẽ fortunæ deesse tandem uideri cœpit, ut ille uelut obex è medio tolleretur. Id quod decimo magistratus anno obitu eius fortuito quum euenisset, fatis iam haud dubiè nobis malè cogitantibus: ibi ille Seianus, ut uidebatur, gaudio immodico perfusus (quod alacritate futili & gestiente prodebat cum suo comitatu) omnia iam infrà suprà nutu uerti suo uolens, suffecit statim hominem in locum demortui, quem iamdiu designatum habebat siquid illi cõtigisset, ex cohorte obseruantium. quo facto cũ in omneis sese partes liberè uersare instituisset (nullum enim Catonem esse superstitem sciebat, cuius supercilium suprema fors aulæ uereretur) inde iam apertè domus eius, cupiditatis, ambitionis, obseruantiæ clientelaris diuersoriũ fuit. Cernere erat omnium ordinũ non colluuionem (nam id tolerabile esset) sed quicquid penè in quoq; ordine decoris esse uidebatur, certatim sese addicentes aut spei alicuius certæ, aut repræsentati præmij auctoramento, aut admissæ noxæ metu, si non assiduè ille cultus contemni uideretur: quæ ut minima numero, ita potissima pars erat. Nam qui omnia in potestate habebat, quæ tunc erant amplissima, is unus omnibus sufficere posse meritò credebatur. Quem autem plus iure ac legibus homines posse non dubiè intelligebant, extra eius præsidia agenti, securo uix esse hominũ opinione ius erat. Quin eousq; inualuit hominum opinio, huius ut impotentia, atque illius obitu, aculei

aculei seueritatis, summæ etiam iurisdictioni excussi esse uiderentur. Habuit pro cohorte prætoria non modò candidatos principis, sed etiam miniatos, quorum stipatus se maximè uir clarus mirabatur, fremente ipso Ioue Tarpeio hominum sacrosanctorũ miniatore, qui sibi eas operas à Briareo exprimi ægerrimè ferebat, id quod eũ ipse uidi audiuiq; in Vrbe dictitantem fremebundè, cũ apud eum essem. quæ res in exitium tandem penè uertit domnicæ familiæ, euentu primordijs congruo. Quis enim nescit uelamenta illa beata nõ tam cocco imbuta quàm cruore fuisse? O caram semper Franciæ mercem, & bellorũ precijs comparatam! Et sic quoq; (si dijs placet) nunc licemur, licebimurq; semper natalitia, ut uidetur, sceptrorum nostrorum necessitate? Verùm in eo ipsius in reliquoq; comitatu literatum nullum hominẽ agnouisses, nisi siquis erat fortè unus inter externas clientelas. tam procul enim id genus hominum ab eius uestibulo summouebatur, quàm ipse longè aberat ab eruditione iusta & liberali. Et alioquin nullus ei fermè eorũ cordi erat, quos ille uir egregius de medio sublatus fouisse uisus erat. Quippe ut ille uirtutis & doctrinæ columen, ijs fauerat præcipuè, qui aut ceruicem non obnoxiam, aut indolem ingenij præ se ferre uidebãtur: ita hic interioris aulæ mãceps & dictator in comitatu regio, in delicijs nunquam uisus est eos habere quos meritorum prærogatiua magis quàm suffragio aulicæ obseruantiæ fretos esse ac cõmendatos suspicabatur. Etenim cum prostitutæ frontis homines in fidem ferè libẽs recipiebat, sicut amare & scortari à lenone sunt qui iucundius esse putant, tum omnia beneficentiæ suæ accepta ferri uolebat, uir cætera egregius (ne meritis eum laudibus fraudem) & in primis cõ-

mendabilis animi sublimitate, sordibus auaritiæ, atque omni obscœna uoluptate maiore, dignusq; qui uiam uerã intelligeret assequendæ gloriæ, tantiq; fastigij sustinendi & perferendi, quod regium penè æquauit arbitrium: cæterùm soliuagus accipiter (ut est in hominũ prouerbio) nec in prædatu sociabilis, ut qui in rerũ actu collegã ferre non posset. nam qui genesim summã habere se arbitrabatur, nullum non fastigiũ sibi secundũ esse censuit. Hic cum fortunam perpetuo sibi fauore aspirantem multum iam fatigasset, tandem grandioribus inceptis obrutus, quàm quibus par esse posset (& neminẽ solitarius rerum arbiter, ut dictum est, in consortiũ admittebat) ipse quoq; fato cõcessit: unus (ut arbitror) omnium quos ætas nostra meminit, æstu perpetuo iactatus inusitatæ ante se felicitatis: quare præter omniũ ferme opinionem accidit quòd ei fortuna summã manum negauit, fauorisq; colophonẽ, destituta tot hominum spe, & præsertim cohortis miniatulæ iam ad comitia honorũ fastigij uerticisq; properantis, quæ longius ipsa expectatione hominum prorogata sunt. Tantæ autem potentiæ non unum aut alterum, sed cõplureis successores reliquit, ex sinu tamẽ suo ante mortem productos. Nullus enim adhuc posthumus successor mortuo agnatus est: tametsi eorũ unus fortunæ se litasse confidens, cuius alũnus erat, uelut solus summi rerũ arbitrij creuisset hæreditatẽ, tantos repẽtè spiritus sustulisse uisus est, ut præter insolentiã in uultu eminentẽ, ferociam quoq; territantẽ loquendo exhalaret. Is in summo magistratu dissimillimus sui factus, usq; adeo omnia sibi suscipere permisit, & ad extremũ tueri quicquid ipse suscepisset fouendũ, ut dignos indignos, quos sibi morigeros semel expertus esset, in omni parte Reip. præficiẽdos curarit

rarit. moratos uerò perinde ac morosos inutiles Reipub. existimãs, quàm potuit longissimè in secessus ablegauit. utrisq; enim iratos superos esse credebat. Videlicet fortunæ indulgẽtia corruptus, atq; immemor personæ quã gerebat, quod uirtuti debebatur, illiberali obsequio dandũ esse cẽsuit. Ex quo factũ est ut quã existimationẽ primis & secũdis uitæ actibus collegerat, eam ipse in ultimo eodemq; summo actu totã effudisse uideatur. Aliquãdiu autem auctoritate grassatus assectis suis promouẽdis, quum orbis formã nouã mundo stupente cœpisset architectari, subita manus iniectione uim Parcarũ expertus est: uir (ut omnes arbitrãtur) summo magistratu dignus, si summũ semper magistratũ expectauisset, ac nũquã adeptus esset. usq; adeo in secũda ei sorte consensisse, & uita perfunctũ esse præstabat. Sed qui fortunæ omnia tribueret, ut cuius præsentissimũ numẽ in rebus humanis esse existimabat, nec extremũ quidẽ fortunæ obsequiũ remittendũ esse censuit. Hic est ferè eorũ exitus qui modũ non nouerũt adhibere felicitati. Verũ ille quoq; mortuus est, cũ summi honoris conuulsa maiestate, tũ uerò summæ curiæ lacessita seueritate, seminibus earũ rerũ iactis, quæ insigni nostrarũ rerum clade postea expiatæ sunt: & ea tamen morte felix existimatus. Horũ uerò omniũ obitus, ut successorũ gaudio, ita secũdi & ultimi, risu & cauillis omniũ exceptus est, ueluti ludos sibi fortuna nobisq; facilitante. Nam primus ille & summus, uita suo tẽpore non etiam nostro excedens, orbam non dubiè rempublicã nostram reliquit & destitutã, alios uix statuas utrum ex rebus ipsorum prosperis raptos, an potius dedecori impendenti exemptos esse dicas. Tametsi secundus eo nomine desiderium sui non modicum reliquit, quòd eam rerum inclinatio-

nem quæ secuta est, morari uidebatur: etiã si ipsum eius fundamenta primũ iecisse cõcusso orbe nostro omnes opinabãtur. Sed tamẽ utcunq; intererat superstitem eũ esse. eo enim ueluti tibicine fultas res nostras creditũ est, quãuis inclinatas impulsasq;, tamen nondum sic collapsuras fuisse. Accedit quòd grãdiora incepta sic reliquisse uidebatur, ut Apelles Venerem, quæ manum nõ inuenit operis inchoati præscriptum excepturam. Verùm ô fluxam rerum humanarũ memoriam: hic cũ totũ occidentẽ nominis sui uel gloria, uel strepitu, uel elatis spiritibus impleuisset, sic anima repente cõcidit exhalata, ut nullius propemodum nũc in ore, ac ne in memoria quidem uersetur.

Cedrina stemmata.

In quo mihi post hoc regnum cõditum homo maximè falsus esse opinione usus est. Nam qui cedrina familiæ suæ stemmata quæsuisse sperabat & confidebat, ne sui quidẽ memoriam nisi exilem atq; fugacem reliquit posteritati. Sed scilicet communi principũ primorumq; Galliæ errore in quærendæ ueræ gloriæ curriculo ipse lapsus est. Nã qui beneficentia & suffragatione ingenia literatorũ excitare debebat, atq; ad omnia publicè cõmoda honestanda toto pectore incumbere, ut rerũ præclarè gestarũ ueluti quibusdam gradibus in cælum (id quod exoptabat) homi num ore ferretur, monumentisq; æternis scriptorum post

Aspendius citharistes.

mortem conderetur: is ut Aspendius ille citharistes, qui omnia sibi intus cecinisse dicitur, in libera penus amplissi mæ dispensatione, sibi suisq; prolixissimè frangens, publicæ opulentiæ dispendio se suosq; augendos esse cum cohorte amicorum assseclarumq; ratus est. Atque etiam (ô stultum hominem) libens fecit, ut ornandis assentatoribus, ac supprimẽdis uiris doctis & grauibus, auctoritatẽ, & extruendis insanis ac portentosis prætorijs opulentiam

tiam uanissimè consumeret, illam quidem (si superis placet) ex donatiuis uenialibus exuberãtem, uacationibusq; diuenditis sacrosanctorum munerum. Eorum non absimilis, qui ex materia cariosa & uermiculante statuas sibi erigentes, prorogare ijs sese in æuum, suiq; memoriam arbitrantur. Sic Bagoarum apud Persas immodica potentia, nihil post obitum eorum præter memoriam solam eunuchorum relinquebat. Deus immortalis, quãtum interest inter hominum cogitationes, actus, & instituta! Primus ille tot ingenij dotibus instructus, in muneribus obeundis remissus & compositus (nisi si iracunda seueritas uitio ei data est) ita se in magistratu gessit, ut in eius funere summi honoris maiestas, Franciciq; nominis splendor & claritas, elata fuisse uideãtur: cuius rei opinionem auxit secuta rerum inclinatio. At contrà secundus incitatus & uibrans, tertius eo amplius præceps, eo maximè nomine memoriam sui rebus Gallicis inussere, quòd felicitati & gloriæ Francicæ funus indixisse existimãtur. Hæc est enim omniũ opinio, hic sermo, quem fama tumultuosè his annis circumtulit. Cui opinioni etsi iudiciũ meũ nõ interpono, me tamẽ ipsorũ miseret, qui cum essent in loco præcelso cõspicuoq; positi, in sese nõ inquisiuerũt ipsi, nec obseruari se omniũ oculis tunc meminisse potuerunt. Viri alioquin cõmendabiles, si ferendo ipsi oneri maioris fati fuissent. Certè alter eorum, qua erat animi præstãtia, errore magis quàm proposito lapsus uideri potest. Præclarũ enim sibi esse uir literarũ nescius existimauit, cohorte millenaria futilium hominũ stipato ultro per Alpes citroq; cõmeare, quos partim annuis congiarijs à rationario publico principisq; donare instituerat, partim optimo quoque præmio uirtutis testatissimæ sacro profa-

Donatiua uenialia.

nóq; ornare. Qui si memoriam sui perpetuam cupiebat, monumẽtis utiq; præclarè rerum gestarũ eam fulcire debebat & stabilire. Ad eiusmodi autẽ monumenta condenda architectorũ manus adhibendas esse intellexisset, nisi planè nescius liberalis doctrinæ atque elegantis fuisset. Heu uana hominũ opinio, qui eorũ fortẽ suspiciunt ut beatam, qui rerum potiũtur in aula strepitu plausibili, quum nullã aut exilẽ ipsi sui relinquant memoriam post unũ aut alterũ quàm moriũtur diẽ. Ego quidẽ uel miserabiles esse puto, præsertim quum inclinationes temporũ & momenta rerum uelut Tantali saxũ capiti principũ ac fortunis eorũ impendeant. Quin & imperiũ ipsum quid est quod tantopere admiremur, ut numeris omnibus felicitatis ac beatæ uitæ coagmentatũ, nisi principes ipsi sibi memoriæ posteritatis inseruiendum esse censeant? quum postridie funeris inter regem uerũ perpetuumq;, & diurnum ludicrumq; nihil interesse putẽ, quales sunt aut personati reges in theatro, aut qui in peruigilio Epiphaniæ quum regalia agimus, regnum ad sesquihoram fabæ lusu sortiuntur. Refert igitur nõ quantum quisq; potẽtiæ assecutus sit, aut quàm numerosis hominum cultus sit clientelis: sed quid in uita memorabile gessisse, quos mores, quos homines fouisse ac promouisse prodatur. Enimuero si & principes & rerum potientes hoc intelligerent, tantum interesse inter utrunque fungendi uel principatus uel honoris institutum, atque si per uitæ agendæ curriculũ hos quadrigis albis sublimes, atq; ingenti plausu transuectos fuisse, illos plebeia & humili rheda, nec secundo populo, cursum peregisse diceremus: credo, ut est Gallorum animus gloriæ cupidissimus, nihil utiq; antiquius habituros fuisse, quàm ut bonorum & grauium existimationi approbare

probare se possent, & posteritati in alia atque alia secula ostentare, quæ hominum ipsa iudicium nec per sordes facere nec per ambitionem solet. Ecquem enim esse uel principem, uel à principe proximum aut secundum putamus, qui si germanæ gloriæ speciem intueri ac perspicere posset, eamq; regni uel potentiæ præmium unicum in hac uita propositum esse intelligeret, in flexu uel ætatis uel inclinationum rerum quoquo modo hæreret, ac non ad extremam usque metam sibi semper instaret? Equidem nullum nec regum esse arbitror, nec in aula prepotentium, duntaxat eorum qui simules sunt animo antedictorum. Age uerò si id quoque scirent, rerum gestarũ præmium solidum perpetuumq; esse nõ posse, nisi ab ijs decretum constitutumq;, qui dicendi præconio laudes ducũ clarissimorum pronũciare didicerũt: num etiã tum Galliam literatis & facũdis fuisse caritura putamus? Ego certè ita existimo, nostros ut alios quoq; nihil non assequi posse simul ut cœperint assequi uelle: & rerũ suarum præcones Franciã, non quoslibet, sed etiã Talthybiadas editurã, si modò hoc principes intellexerint, priscorũ regũ clarissima gesta ideo in obscuro iacere, quòd rite initiatos eloquẽtiæ scriptores nõ inuenerint ipsi, nec æqualeis, nec posteros. Quũ autẽ per literarũ ignorantiã incuriãq; hoc principibus scire uel intelligere nõ liceat, fit ut quãlibet sublimes ipsi & erecti, hoc præstare nequeãt, quin à recto cursu felicitatis gloriæq; exorbitent. Et enim cũ habenas ferè ignaris rectoribus cõmittãt, illiq; in temonẽ peritos admittere rarò in animũ inducãt: quî fieri tandẽ potest ut inoffenso cursu plaudẽdoq; ad metã perueniãt? Simul illa res alioquin illustres infuscat deformatq; indignitas, quòd in currum sæpe assumptos huiusmodi uidemus, qui si res

rectè

rectè atque ordine procederent, pedites ipsi quidem ad frenos adambulare deberent. Vtinam autem ex eius officina quem superius diximus, ut ex equo quondam Troiano, primores omnes uiri heroicis animis uisendi prodiissent! Quidam enim eorum arduos eius spiritus, & liuore auaritiaq; maiores, aliasq; eius uirtutes non æmulati, ut est natura humana docilis in sinistra, uitium illud eiusdem imitati sunt. Etenim uir ille animi nimius, admiratione summi apicis captus, quum externarum tribuum suffragia immensis pollicitationibus liceri institisset, hirudines illas bellorum ærario nostro admouisse cõpertus est, quæ exanguem ipsæ rei Francicæ opulẽtiã suctu iugi sorptuq; reddiderunt. Olim autẽ elusus cum peteret ut Cæsaris cãdidatus, didicit uti foro, ut tẽpora tum ferebãt. Quã cupiditatem nulli nõ notam, ut tamen prætextu aliquo obtegeret uel perlucente, quum emissarios emerendis obsequio centurijs ad capita classium dimittere statuisset, tum demũ externos admirari, & præmijs adscitos præferre nostris omni ope institit. Ex quibus internuncios, & spõsionum sequestres præproperè delegit, quosdam ita futileis, ut qui strophis maximè inclaruissent, eos ipse appositissimos transigendis negotijs arbitraretur. Nec nũc fando audita narramus. Oculis enim hanc indignitatẽ in Italia & in urbe haurire nobis contigit, cum minimè uidere putaremur quod nulli non oculato patebat: & præterea irrideteis uidebã Gallicam simplicitatẽ homines peracutos, qui hominũ delectum habere nõ nossemus tum etiam quum copia ingeniorum domestica nõ careremus. Et nos miramur iterum nos repulsam uerticis honorum sacræq; dictaturæ tulisse? Ex eo iam tempore motorios omneis actus atque etiam turbulentos uidimus in theatro ditionis Franci

Frãcicæ. O beatam futuram te Francia, si intra te tãtum felix esse uoluisses. Nam ex quo tempore extra fines auitos prosilire tibi uisum est, cum charissima pignora longissimè amandasti, ad te nunquam reditura, tum uelut abdicatis tuis, alienis sinum pandere destinasti. Quòd si in rem atque existimationem tuam futurum uidebatur, ut ad te aut gente aut cognatione potentatus pertineteis omni ope reposceres, idq; quandò nisi Marte disceptante atque arbitro cõsequi nullo modo posses, uirium tuarum specimen facere extra fines oportebat: oportuerit sanè, quandoquidem arduũ est rebus temperare prosperis. Sed quis te superũm infensus ita præposteram egit, ut choragis pastophoris pyrrhicham saltare præclarum esse duceres? uidelicet nõdum intelligebas nec rei nec famæ tuæ ita rationem habituros, quin quo iure quaq; iniuria corollarium illud belli assequi conniterentur, primùm uenerandissimum (ut uocant) & ad extremum beatissimum: nullisq; cancellis iudiciorum ambitionẽ perditam coërceri in ijs hominibus posse, quos fretos uertice sacrosancto uidemus iudices prouocare digitis argutulis. Verum ille primore impetu retroactus, quum ui maiore rem aggredi statuisset, omnesq; iã tribus aut laturus aut ablaturus uideretur (& erat tum Argyraspidũ cohorte succinctus, præter alas obequitanteis) ibi tum repẽte (ô lubricũ gradum felicitatis) à fortuna destitutus, uel ijs potius plagis indutus (ut est mens cæca mortalium) quas ipse texuerat, anxietati animi par esse non potuit, ut multi opinantur. deprehensa enim felicitas citò curis grauioribus angentibusq; succubuit, quarum insolens erat. Hic & alter immatura morte rapti, hoc lucri feciisse dicũtur, ne actuum suorũ catastrophẽ uiderẽt patriæ luctuosam. Vtinam autem

Digitos argutos & crepitantes præferre solent ij qui despicari se dicti tant.

Alæ sunt equites Franci quibus ille tum erat comitatus.

tem eius sequaces, quorum ad stomachum Gallica non facit oratio, non magis Italiam quàm Italos adamarent, aut certè Italicam doctrinã cum Italia: literæ (ut opinor) bonæ ex Italia non modò ad nos uenissent, sed etiam propemodum in Franciã cõmigrassent, & iam Franci homines essent capaces eloquentiæ. Sed quoto cuique unquam in Francia stipendium datum est duntaxat non pudendum? Amicos ipse ex Italia habui, à quibus non sine lachrymis diuulsus sum, quũ prouincia paucorũ crimine ingrata facessere se dicerent. Neque uerò, neq; inquam Gallorũ ingenia ad literas perdiscendas sunt inepta: sed quia literæ lautiores nihil ad rem ampliandã patrimoniaq; factitanda hodie pertinere noscuntur, elegãtiæ suæ frugem hominibus quæstuarijs atq; ambitiosis approbare nequeũt. Rẽ autẽ facere, quàm res gerere, aut gestas res scribere, maioris multo artificij, magisq; expetendi, apud nos esse creditur. Quò igitur tantopere Italos, si nõ ad eruditionem Gallorũ? At res ipsa clamitare uidetur, nõ Italicã doctrinam ex Italia, sed commoda, sed ornamẽtta, sed quod dicere nunc mußito, paucis hominibus quæri, quorum hiãti cupiditati fortuna quãuis profusa satisfacere nequit. Habeant illi sanè sibi omnia, quod absq; captione nostra fiat: abstineant modò uerborum contumelia, & alium prætextum consilijs suis inueniant. Sed quàm præclare natura, quæ simulationi sedem in fronte, sermoni in ore dedit! conspicuo ut in loco diu fallere ne possent. fit enim perrarò, frons ut ita sermoni subseruiat, aut uerba fronti congruãt, quin malè tandem conscia mens quoquo modo prodatur. Scitum etiam illud aiunt, diu neminem personam ferre posse. Verumenimuero quandò ad cardinem huius causæ peruenisse me sentio, atq; ad id aperiendum quod in aliud

in aliud tempus reseruandum esse duxi, uela iam querelæ mihi contrahenda sunt. Qua de re enim agitur, explicare amplius non statui. Ignosci autẽ dolori nostro (cui nonnihil datum esse non nego) ab omnibus æquum est, qui uel patriæ iusta charitate ducuntur, uel quos omnino nõ pœnitet quantum in literis discẽdo profecerint, uel certè qui ingeniosos liberos sperant sese genuisse, olimq; gentem illustraturos. Ego ne ut patriæ, quæ me genuit, quæ me aluit, quæ me utcunque docuit, denique cui obsides liberos dedi, ignominia affectæ, non condolescerẽ? non ijs natalibus ortus sum. Calumniam passæ, non patrocinio quolecunque præstarem? haud ita ad hæc studia incubuisse uisus sum. Immo uerò quum in patria literas didicerim, non actione populari potißimùm experirer an usui patriæ & ciuibus esse possem? Ecquæ autem tandem popularior esse potest actio, quàm quæ suum populi ius tuetur? quæ ignominiam popularem singulorumq; propulsat? Equidem sic contendo: qui ingenuis ipse parentibus natus sit, auumq; ac proauum ciere non ignobiliß imos poßit, nec se in seruitutem aliquando abduci à plagiarijs hominibus passus sit, ut inter uenalitios in catasta illiberalis obseruatiæ seruili precio indicaretur, idemq; ijs ornamẽtis quæ nec uirtute nec ingenio, sed potentibus in aula supparasitando quæruntur, literarum studium antiquius duxerit, si nec aduersa Minerua hoc se facere confidat, dicendiq; stipendia non grauetur implere: illustrãdi quoquo modo nominis sui ius ei esse debere, si quid ipse fortasse in medium comminisci & prosequi stylo poßit: neq; ea spe illũ prohiberi citra iniuriam posse. Hoc ius sit sanè Italorum ciuile aut proprium, modò nobis eo uelut trãslatitio liceat uti: quãquam reliquæ fere gentes melius de se meritæ, id

Indicare est uẽditantis.

ius non

ius non magis Italicum esse quàm prouinciale cõtendunt. At Italorum extant opera quæ priscam literarum elegãtiam instaurasse nobis ac retulisse iure creduntur. Quid tum? num per eos qui iam scripserunt, consumptum omne argumentum ostentandi ingenij putamus? aut num Itali quia primi hoc certamen instituerunt, ideo solis eis gloriam hãc sperare iure occupationis licet? Ego uerò quod ad hoc pertinet, sic propemodum censeo, Italos hactenus meruisse ut iure (ut ita dicam) suo, literis lautioribus studere uideantur. neque inuitus fecerim ut Italiæ alumnis uelut maiorum gentium scriptoribus sedendi in Orchestra huius theatri ius tribuam: sed quis iam omni gradu atque in quintã classem deiectos aut summotos Gallos esse patiatur? aut quisnam est eorum qui edicto quidem ignauioris metus non prohibeantur postulare, quiq; iniuriarum possint reos uel in tyrocinio quoquo modo insimulare, qui libens hoc committat, ut ad se delatam certis auctoribus contumeliam, transmittens silentio, socordi etiam animo remisisse uideatur? tametsi quod ad me pertinet, absit ut quenquam ea de re reum deferre uelim aut postulare, eorum quidem quos alijs nominibus & ueneror & probo, si tamen secum agi ciuili animo pati sibi persuaserint. Nec nunc eos mihi uideor postulare, sed insignem iniuriam apud eos ipsos expostulare: si quidem audire ipsis uacat, & exaudire nos possunt. Verùm esto (quod tamen pace dictum aliarum prouinciarum uelim) Itali hominum soli hactenus hoc nomine in cœlo esse dicuntur aliarum gentium opinione, hoc est enim Italos hodie omnium ore celebrari: sed si Herculem & Liberum & Castores in cœlum ingentia merita subuexisse tradũtur, cur non possint olim & alij scribendi industria parem & rem & similem Italis laudem mereri, atq; adeò ius ipsum sperare Quiritium? Neq; enim maiorum illi dij gentium, quos etiã selectos antiqui uocauere, conscriptos illos deos meritorum suffragijs in cœlum admisere: Itali in doctorũ ordinem laudemq; adoptare grauabuntur, qui ingenij aut doctrinæ cõmendatione uidebũtur inclaruisse? Sed etiam mediusfidius etiamq; uereor ne ineptire uidear, qui tanquam ad palum magno sudore depugnem. Quis enim aut Italus aut alius quenquam unquam aut Gallum, aut alium ex iure manu consertum uocauit ob id quòd hanc spem laudis usurpasse diceretur, quasi in alienam possessionem temerarius inuasisset? Nostrum est hoc crimen, qui etiam nullo uindicante, ius omnibus commune, Francis abiudicamus. etenim externis quàm nostris iustioribus utimur, quos tamen ut iudices iniquos, ita minimè infestos aduersarios in re ipsa disceptanda experiemur, ut spero. Nam quibus ingenia nostra probare non possumus, si in certamen dicendi ueniretur, ij ne uelitari quidem & lacessere pugnam Latino more, nedum pugnare iusto marte possent ac certamine: nisi si eorum fortasse quispiã hastas (ut dicitur) amẽtatas à comitatu suo mutuaretur. quo minus nobis anxiè hæc causa agenda fuit. Apud hos enim si quid uel scitum dixeris uel non insulsum, stupida id aure ut fatuum deuorant & transmittunt. Enimuero hæc actio etsi ita mihi competit quasi caput & fortunas meas, ut & omnium Gallorum, in ea agi putem: tamen ita occupaui, non ut cupidè anteuerterim, sed ita res nata tulit, primæ ut essent meæ partes, non etiã ut posthac amplissimæ futuræ. Erat & alioquin si cuiusquam, certè meum, in hanc causam quoquo modo descẽdere, qui in his studijs bonam partem ætatis iam cõtriuissem, nullius spe aucupij lucriq;

prouocatus. Proinde ita existimari ab omnibus uelim, tantum non integram à me causam relictam esse successoribus, ut ne libatu quidem magnopere præflorata uideatur. Nam neque mihi ipsi ita præscribi potest, quasi omnem aquam meam dicendo cõsumpserim, ut si reos eosdem, aut alios repetere olim in mentem ipsi uenerit, non multæ iterum horæ indulgeri mihi debeant. Cùm enim sic agendum duxi, ne rei cardinem attingerem, tum uerò sic temperandum, ne iugulum causæ quoquo modo peterem. nam quos & merita & fasces alioquin reuerendos faciunt, eorum sartam (ut aiunt) & tectam esse existimationem decebat. Tametsi quî fieri potest ut styli modũ teneas, qui etiam hominum patientia irritati, nihil sibi uidentur reliqui fecisse (in hac re quidẽ) quo nocentiores fiant? Quotus autem quisque faceret, ut à quibus alioquin læsus, publico etiã nomine iniuria affectus esset, nec se hilum profecisse modestia ac silentio intellexisset, ab ijs gratiã inire turpi patictia cuperet? atq; iniuriã propulsare quum posset, commodis ipse suis potius quàm existimationi patriæ consulendũ esse duceret? Equidem ipse eousque Aristippeus esse non poßim. Proinde ut sit penes eos arbitrium quo quisque in numero in Francia esse debeat: malim tamen non nescios literarum oderint quàm despiciãt. Quid enim agas ubi tute aquam fluere tibi noris, & aut crimen agnoscere, aut respondere cogaris? Atque equidem propè est ut dicam tanti esse in Gyarum ablegari, aut in Seryphum, dum aculeo dimisso libertas intereat. Qui si indignatione iusta orationis meæ uela implere uoluissem: rerum dicendarum copia facundum me fortasse ut quemlibet, indignitas etiam reddere uehementẽ potuisset. Quin & libertatis fines bono & populari principe tam latè patêre quàm ueritatis puto: intra quos tanquam intra liberius præscriptum expatiari licebat, nisi reorum magis quàm rei rationem mihi habendam esse meminissem. Nec uerò fortuna quamlibet improba tanta se flagrare inuidia diutius sustinebit, tantã ut in magnis uiris iniquitatem fauore immodico prosequi nõ desinat, si illi in posterum incommodi ac molesti esse pergant. Aderit enim aderit uotis euocata Nemesis: cui animaduersionem eorum antiqui consecrantes, qui rebus secũdis insolescunt, Adrastian cognomento quasi ineuitabilẽ uocauerũt. Interim nos æquitate animi fretos, suaui secundarum rerum aduersarumq; condimento deuoratas omneis indignitates concoquere oportebit, nec à laudabili uitæ instituto hominũ iniquitate aut temporum abstinere. Huiusmodi enim stomacho eos esse conuenit, qui ad literarũ studia amore sapientiæ, non quæstus gratia incubuisse se dicunt. Quippe huius uitæ institutum maius habere potest, quod quidem ab hominibus pẽdeat, aut à fortuna. Is quidem certè studiosi nomine indignus est, qui sese frui in studio non arbitratur optabilius esse, quàm se in ius ditionemq; fortunæ atque istorum per ambitum permittere. Proinde hæc & huiuscemodi non Catonis animo (ut aiunt) sed Ciceronis stomacho ferenda sunt. Ita autem mihi superos omneis propitios esse uelim (nulla enim religione maiore adstringere fidem meã possum) ut rerum indignitate, non cuiusquam odio incensus, hactenus stylo indulsi. Quare in primis eam mentem potentibus atque auctoritate præditis dari opto, ut in uniuersum prodesse uelint, ac singulis nõ obesse. Nihil enim nec generosius uelle nec innocẽtius poßũt. Sin (quod absit) id fieri nequit, id nobis diuinitus dari, ut aut nc poß-

Nemesis Adrastia.

 sint

sint studijs nostris incommodare, aut certè incommodando ne possint nos ab æquanimitatis gradu quoquo modo deturbare, in quo hactenus securitate felices acquieuimus. Erit tamen aliquando (interim enim ariolari iuuat) principum prouidentiæ cauere, ne eorũ nomina factiosè supprimantur, qui publicè aut honorifici aut utiles esse possunt: & prudentiæ, uidere, siquæ familiæ ciuile fastigium præpetes excesserint, ut in classes, circuncisis (ut dicunt) alis, in ordines q; redigãtur. Nunc perorationis loco ingenia Gallorum qualia sint, antiquitatis auctoritate docebimus, solertis æstimatricis ingeniorũ gentium: ne Gallomastiges Franci nimium posthac sibi placeant, quasi soli inter nescios iudicio præditi. Quo citius autem hoc documento perfungar, unum tantum eius rei auctorem laudabo, nec Italum ipsum, nec Gallum, & classicum alioqui testem, ne à quoquam refelli tantum elogium possit. is erit potissimũ Strabo, genere Cappadox, eruditione Græcus, iudicio priscus, conuersatione incolatuq; Romanus, terrarum multarum peragrator, ut ex geographia eius patet: in cuius lib. IIII. de Gallis loquẽs ita inquit, τὸ δὲ σύμπαν φῦλον ὅ νυν γαλλικόντε καὶ γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρειμάνειόντε ἐστὶ, καὶ θυμικὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἄλλως τε ἁπλοῦν καὶ ἀκάκους. Διὰ τοῦτο ἐρεθισθέντες μὲν, ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, καὶ φανερῶς, καὶ ἀμετὰ σκέψεως. Vniuersa autem (inquit) natio eorum hominum qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis studio flagrans, animo est strenuo & celeri ad conserenda prælia: alioqui mente candida & simplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque iniuria lacessiti, conferti coëunt in certamina, apertè, nulloq; periculi adeundi respectu. eam ob rem tractabiles se præbent primo cuique

Strabo.

Gallorum elogium.

que stratagemate uincere eos uolenti. Idẽ inferius, πλὴν βίας καὶ τόλμης ἀλλὰ ἔχοντες τὸ συναγωνιζόμενον. παραπεσόντες δὲ ὁμαρῶς ἐνδιδόασι πρὸς τὸ χρήσιμον. ὥστε καὶ παιδείας ἅπτεσθαι καὶ λόγων. Præter uim & præsentiã animi nihil ad certamina adhibentes. Quòd si quid temere susceperint, facilè utilitati cedunt. ob quod & doctrinæ institutionem, & literarum studia capessunt. Et rursus de gymnasio Massilienssi, ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους ἑωμαίων ἀντὶ τῶν εἰς ἀθλώνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας. ὁρῶντες δὲ τούτους οἱ γαλάται, καὶ ἅμα εἰρήνην ἄγοντες, τῶν σχολῶν ἄσμενοι πρὸς τοὺς τοιούτους διατίθενται βίους, ὁ κατ' ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσία. σοφιστὰς γοῦν ἀποδέχονται, τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ πόλεις κοινῇ μισθούμενοι, καθάπερ καὶ ἰατρούς. Hæc autem Massilienssium institutio, Romanorũ hodie nobilissimum quẽq; pellexit adeò, ut pro peregrinatione quam studiorũ causa Athenas pridẽ suscipiebant disciplinarũ cupidi, nunc illuc se cõferant. quorũ æmulatio Gallos quoq; excitauit, ut pace per Galliã composita, ipsi ociũ à rebus bellicis amplectẽtes, ad discẽdi institutũ animũ appellerẽt, non uiritim modo, sed etiam uniuersim per urbes: quippe qui dicendi magistros (quos Sophistas appellant) priuato publicoq; impendio oppidatim suscipiant, salariũ illis statuentes perinde ac medicis. Nec literas Gallis Strabo, nec animum studijs liberalibus aptum promptumq; negat, etiam si eis ad prælia animos gestientes tribuat. Quanto igitur nostri maligniores, qui Francos præcipuã Gallorum partem in orbem barbariæ redigentes, studiosorũ industriæ summissim obtrectant? fidem apud uulgus comitatus regij faciẽtes, quod ne nominaquidem disciplinarum unquã suspicari potuit. Quòd si olim

Galli literis apti fuerunt, quæ tandem inuidia est, nunc quoque in Gallia literarum bonarum studium cum successu excitari, si quidem publicè nunc honos facundiæ ut quondam habeatur? Nisi uerò Strabonis ætate, quo tempore hominem deus induit, fieri id potuit, Gallis adhuc semiferis: id nunc nō poterit, quo tempore gens nulla moribus aut mansuetioribus aut elegantioribus uiuit. Quibus si ipsis disciplinarum expolitio, & naturæ præstantis condimentum adderetur, undiq; certè & lauti Franci & perpoliti fuissent. Ex illo autem prisco Galliarum instituto emanauit illud Satyrici poëtæ,

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Galli olim facundiæ studiosi. Notum est etiam certamen græcæ latinæq; facundiæ Lugduni olim institutum ad aram diuo Augusto consecratam: ad quam idē Satyricus alludens in prima Satyra inquit,

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Proinde nunc quum totus Graias Latiasq; habet orbis Athenas, digna tantū merces artibus statuatur, & spondebo non modò oratoriam & poëticam in Galliam, sed etiam Gallograeciam postliminio redituram, & istos futuros ridiculos, qui nullum exemplum esse contendunt hominis Franci in literis latinis prisci q; eruditi. Qui si quando quis existat utraq; lingua se scire profitens, Anacharsin (ut opinor) in Scythia esse dicent, aut etiam prodigiosum, indictisq; supplicationibus procurandum & expiandum. Hos uix statuas utrum ignorantiæ damnes, an potius temeritatis, qui se nobis Aristarchos tam fidenter ingerant. Quis enim præter eos ignorat linguæ olim Græcæ studiū tam solenne in Gallia fuisse, quàm nunc est linguæ latinæ? Cuius rei iterū eūdē auctorē citabimus, his uerbis de Massilia scribentē, ἡ φιλέλληνας κατεσκεύασε τοὺς γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφειν. Eadē urbs Massilia Gallos linguæ græcæ studiosos fecit, & eousq; amātes, ut cōtractus & conuēta apud eos Græco sermone cōcipiantur. Hæc Strabo auctor grauissimus de maioribus nostris scripsit. Quòd igitur nec eloquētia nec studia elegātiora atq; humaniora in Gallia hactenus celebrata magnopere fuerūt: nec cœlo imputari clementissimo, nec naturæ omnino Gallicæ eidēq; humanissimæ debet, sed quorūdā hominū rusticitati, aut potius iniquitati, qui primos ordines in rerū nostrarum administratione duxerūt: eorumq; qui hoc dicunt, ignorantiæ, uel (ut Græci appellant) apirocaliæ, quod uitiū est eorū qui nec bona sua nouerunt, nec eorū usu acquiescunt qui seriis in rebus operā bonā ac strenuam nauare didicerūt. Neq; uerò quo nomine appellem, nunc habeo, quibus nihil nō accersitum placet: nisi si mirari nō debemus ijs omnia uernacula sordere, quos Trāsalpina cōmercia nimium iuuare fama est, nec iuuare tantum, sed etiā adiuuare. Habet nimirū quippiam externorum admiratio, quod nec fronte promi uidetur, nec orc ab istis laudando fascinātibus: quod utinam in rem tandem nostram atq; existimationem exeat. Cæterùm illi mihi uchementer falli uidentur opinione, qui cordatos uiros in Gallia ideo desiderari putant, quòd innatā in arma alacritas, parū prudentiæ in consilijs agitādis habeat. Hoc quum uulgò nostrates homines dicunt, euenta rerum considerantes, tum dogma iam esse cœpit ab eadem secta cum superiore constitutum. utrumq; enim adstruere maximè refert eorū. Quasi uerò natura dissidiū inter cor & manus ingenerarit. Ego uerò in utranq; partem uires animorum ualere puto, quum rectè animi ipsi formātur doctrina & institutis, & præsertim in ijs gētibus,

{Philellenes

Apirocalia.

Galli, id est lin guæ græcæ cupidi.

bus, quæ naturæ plena dote præditæ, & corpora & mentes ad omnia uersatiles habent: cuius rei quũ Gallis Strabo testimonium præbet, tum usus ipse docet. Argumentum huius rei ualidißimum afferre possem ex Græcorum Romanorumq; imperio. nam & Macedones inter Græcos adnumero. Vtrunq; autem imperium non minus animis excolendis, quàm corporibus exercendis quæsitũ est, & retentum. quippe idem numen Palladis & Mineruæ, & Martios animos loricatis pectoribus, & togatis præcordijs aut palliatis uim iudicandi censendiq; inspirare creditum est: neque id quidem modò, sed etiam studiosis uim illã numerosa solutaq; oratione dicendi. Quare antiqui Enthusiasmum appellauerunt uim dicendi scribẽdiq; diuinitus inferuefactã. Eodem id pertinet quod à Catullo & Vergilio dictum est, ciuitatum arces Palladi esse sacratas. Vrbes enim prisci tam prudẽtia & literarum scientia, quàm robore & fortitudine capi retineriq;, hoc figmento significare uoluerunt. Aegyptij uerò in ijs quæ Hieroglyphica apud eos dicebantur (id est sacra quædã monumenta, non literis uocabula, sed scalptis rerum animaliumq; figuris significantia) Mineruam hemisphærio cœli superiore, Iunonem inferiore intellexisse dicuntur. Macrobius etiam auctor est priscos summam ætheris partem, quam ætherem dicimus, Mineruam appellasse, ex qua mundi parte solari uirtute homini prudentia ingenerari putatur: propter quod Palladem Iouis capite editam poëtæ fabulati sunt. Ex quo intelligimus prudẽtiã et sapientiã ueluti iure suo cæteris uel rebus uel hominibus eminere. Quî igitur fieri potest, ut ampla imperia, quæ supra modũ ulnarũ inimicis nos cõplecti uidemur, manibusq; nõ cõsertis, quæri et retineri sine prudẽtia poßint?

Enthusiasmos.

Arces ciuitatũ Palladi sacræ.

Hieroglyphica.

Minerua Pallas cur fingatur cerebro Iouis nata.

Prud

Prudentia porrò (ut Græci dicunt) est ἀκρίβεια νοῦ, mentis consummatio, seu mentis exacta constitutio. Aristoteles, ἡ μὴ γὰρ σοφία ἐστὶ περὶ τὰ μετ' ἀποδείξεως, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ὄντα. ἡ δὲ φρόνησις οὐ περὶ ταῦτα, ἀλλὰ περὶ τὰ ἐν μεταβολῇ ὄντα. Sapientia, inquit, uersatur in ijs quæ demonstratione constant, & semper eodem statu manent: prudentia non item, sed in ijs quæ uicißitudinẽ admittunt. Et rursus, ἔστι δὲ χείρων φρόνησις τῆς σοφίας. περὶ χείρω γάρ ἐστιν. ἡ μὲν γὰρ σοφία περὶ τὸ ἀΐδιον καὶ τὸ θεῖον, ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὸ συμφέρον ἀνθρώπῳ. Sapientia autem (inquit) præstantior est prudentia, utpote quæ circa æterna diuinaq; uersetur: quum prudentia circa deteriora occupata sit, scilicet circa ea contemplanda quæ homini commoda sunt. Et rursus, αἱ γὰρ ἀρεταὶ πᾶσαι πρακτικαί εἰσιν, ἡ δὲ φρόνησις ὥσπερ ἀρχιτέκτων αὐτῶν ἐστιν. ὅπως γὰρ αὕτη προστάσσει, οὕτως αἱ ἀρεταὶ καὶ οἱ κατ' αὐτὰς πράττουσιν. Cũ autem uirtutes omnes sint administratiuæ, prudentia illis architecti uicẽ præbet. nã quo modo illa agendum iußit, sic ipsæ administrant, & qui secundum eas agunt. Ex dictis satis liquet sapiẽtiam & prudentiã cognatas esse uirtutes, prudentiamq; aliarum uirtutum moderamen tenere. Quo fit ut omnia nobis tollant, qui ciuilium disciplinarũ scientiã nobis cũ iudicio utilitatis negant. Hoc est enim tollere sapientiã & prudentiam, quas ciuitatum conditores uno nomine complexi sunt eloquentiæ. Nisi uerò nobiscum eos agere benignè ob id putemus, quòd uelut uecordi Galliæ strenuã manũ gestientẽq; cum gladio relinquant. Quid enim est aliud Gallos ad prælia promptos dictitare, bellis autẽ gerendis aut opportunè suscipiẽdis consiliũ ipsis nõ suppetere? Quod ipsum quid est aliud quàm hominẽ (ut dicitur)

Prudentia.

Sapientia.

ex homine tollere? Nonne si animæ principẽ partẽ à corpore humano sustuleris: quæ remanebunt, communia cũ

Memorabilis locus.

simijs nobis erunt? E quidẽ ut heroum olim gesta memorabilia non sine Theseo facta fuisse dicuntur, id etiam apud Græcos prouerbio attestante: ita sine sapientia & literarum peritia contendere & asserere nõ dubitauerim nullos unquam populos rerum potitos esse. Siquidẽ nec Assyrij Chaldæis, nec Persæ Magis, nec Macedones literis Græcis, nec Alexander Aristotele præceptore, caruisse

Alexander Magnus Homeri studiosus.

memorantur: qui etiã ipse Homero quasi puluino indormire gaudebat, capiteq; incumbere eius poësi: eiusdemq; Iliadẽ gloriæ armis assequendæ instrumentũ esse dicitabat, & uiaticũ. Eant igitur illi quouis gentiũ, nec patriæ sese posthac imputent, qui humanarũ rerũ intelligentiã, earumq; dicendo explicationem, regno Franciæ explodunt, ultra Alpes & Pyrenen proterue summouentes, tanquam ferre cœlum nostrum eximiæ illæ dotes humanæ mẽtis nequeant, sacrarũ literarũ tantum studio iurisq; accõmodatum. utrunq; enim studiũ nobis homines benigni religiosiq; largiuntur. Atqui si uerum fateri licet, huiusmodi elogia Gallorũ, paucorum hominũ crimine inualuerũt, quorũ maximè interfuit pauca consultò ac ciuiliter agi, quibus ut quidq; uisum est ipsis, ita pro disceptato, consulto, decreto atq; etiã transacto habitum est plerunq;. Est autẽ artis aulicæ inuentũ, in ijs quæ paucis placita sunt, imperiosa placita principum adumbrare. Ita fit ut quæ priuatim paucis conducunt, ea regni totius ciuibus capitali licentia iniungantur, ut ne gemere quidẽ populo oneri succumbenti liceat. Hoc cum nunc omnes & sciant, & obscurè non ferant (mos enim iam noster & nostris & exteris innotescit,) ridiculũ est quòd acuti quidam

quidam homines fucum se facere perinde ordinibus ut plebi arbitrantur. Ego autem sic contendo, si acreis rerum consultos decretis aulicis faciendis adhiberi moris fuisset, & quidem bona fide adhiberi, non ut arbitri tantum oculati & spectatores essent rerum præiudicio sanctiore transactarũ (id enim iamdiu trãslatitium esse constat) haud dubiè non magnopere consilio peregrino accersito que egeremus. Quod genus nonnulli homines graues festiuè amplecti feruntur, rei magis suæ (ut dicitur) quàm publicæ prouidentes. quod tamen ipsa uiderit prouidentia. nunc enim earum rerum iudicium libens sustinuerim. Quanto uerò deteriores priscis Gallis nunc sumus, quorum tantum fuisse studium audiendi attente quicquid in medium consuleretur, auctor est idem Strabo, ut si quis censente alio committeret ut interfari uel aliter obturbare uideretur, uiator illico magistratus, minitabundus ense stricto in eum insurgeret? ἴδιον δὲ τὸ ἐν τοῖς συνεδρίοις συμβαῖνον. ἂν γάρ τις θορυβῇ τὸν λέγοντα καὶ ὑποκρέσηται προσιὼν ὁ ὑπηρέτης ἐσπασμένῳ τὸ ξίφει κελεύει σιγᾶν μετ' ἀπειλῆς. Sed tunc apud Gallos in medium consilia agitabantur, sicut & non ita pridem homines cõsulti censere in consessu liberè iubebantur: nunc mos inoleuisse fertur ita publica scita faciendi, ut in potentiorum sententiam omnes pedibus eant. Consilij (ut fertur) est una mens, & eadẽ sentẽtia: tanta est inter homines cõcordia & charitas, quando in collegium nemo assumitur nisi à collegis adoptatus, in uerbaq; collegarum adactus, uel salutator ferentarius (ut utar nunc uerbo comico) uel ui fati cuiusdam mirifici admissus. Hoc siue uerũ fortasse, siue (quod malim uideri) mendacio permixtũ est, indignũ certè est, quòd famam id circumferentem ultra Alpes &

Memorabilia Gallorum priscorũ consilia.

Pyrenen

Pyrenen, compescere negligimus. id enim referre rerum nostrarũ puto. Sed enim illud (ut aiunt) maro præconio dignum, omniq; memoria prædicandũ, quòd paludatos duces uidimus rerum bellicarũ callentißimos imperia à togatis accipere coactos, qui nunquã castra antè uidißent. Togatis dico? quid si etiam ab infulatis? adeo Martios omnes spiritus homines Franci gerimus. Euge memorabile exemplum, & insignẽ in omne æuum memoriã huius seculi facturũ. sed infensum Martis numẽ (ut exitu tandẽ patuit) præposterũ ordinẽ rerum auersatum est, & tantum indignitatẽ secutæ euestigio clades expiauerũt. Ecquo nam unquã tempore post uiuorũ memoriã congruentius rerum euenta cœptis respondere uisa sunt? Vt enim nil non præposterè gestum est, ita nihil nõ exitũ dirum habuit: unde æterna nota (quod refero mœrẽs) patriæ est inusta: fatis certè, non nostris moribus imputanda: ut intemperijs actos tum fuisse nos putẽ, qui nec ius nec fas respiceremus, diras q; imprecãteis oppressos obaudiremus. Eorum fortasse uicem dolere nos debemus, si qui sunt qui in communi crimine insontes, aliena inuidia uel flagrarint, uel afflati sint. Sunt enim & mortui & superstites quos uariè fama premit eodem in reatu, ad posteros etiã non dubiè transitura. Quo magis mirũ esse potest, quòd omnes nunc uultus nostri uelut sordibus excußis ferocem etiam præferunt securitatem: nec de ore famæ componendo laborare quoquo modo uidemur. Verùm hoc tempus mittamus, quod Tragicos penè euentus omneis habuit, & humana fortasse maiores prouidentia: quod utinam ipsum eximi hominum memoriæ posset, ne tragœdias excitare libens rebus iam lætioribus uideat. Quod enim bene cœptum est agi, spero deum approbaturum. Quo fit ut

Sordes reorũ hic intelligi puto.

fit ut hilarius etiam nunc uelut in portu naufragiũ commemorẽ, ut naufragi rasi ac pileati solent, præterito facti periculo loquaciores. Vtinam igitur fatalibus minis semel defuncti simus, nec uersuram fecerimus (quod ominari nolim) mutato creditore. Qua in re si spes non fefellerit, & bene omnia eueniant, nullas mortaliũ partes consiliq; nostri omnino fuisse credam, sed omnia prouidentiæ supernæ accepta referẽda censebo, quæ priuatu (ut arbitror) pietate, non publica exorata, luxatum rerũ nostrarum summam, molli (ut aiunt) & facili articulo nec opinantibus nostris reposuit in sedem. quippe admoto tẽpestiui laxamenti fomento, tantißper utriq; partibus respirare, quietisq; consilijs animum intendere appellereq; licuit: tametsi nonnulli sunt qui obnixè & refractariè contendunt res Francicas non posse in eodem cardine uersari gloriæ atque felicitatis, si ijsdem manibus usura sit resurgens, quibus è gradu deiecta esse dicitatur. Quod si omnibus itidem persuasum esset, adiurãdos per charißima pignora quosdam esse dixissem, ut paulißper istinc facessentes, ualidiores manus, ne dicam tersiores, habenas rerum tenere paterentur: præsertim quum quorundam aut ætas aut ratio uitæ receptui canere iamdiu uideatur. Sed si eodem capite (ut speramus) ijsdemq; manibus dominus in gradũ nos reponat: erit omnino cur diuinum beneficium grandius existimare poßimus. Quare in eam spem sigillatim concipere uota debemus, quandoquidẽ ea publicè nuncupare non solemus: & fortasse præstat (quod aiebat Augustus) contentos esse hoc Catone, quandoquidem spes iam hilarior affulsit diuina benignitate. tanta est enim cõtagio in illo cercopũ conuenticulo, uix ut inuenias qui fidẽ bonã illuc adoptatus agnoscat.

alios

alios confestim eosdem esse credas: ita sui dissimiles fiunt homines triduo uersipelles: & quasi ad fluuium Lethen biberint, pristinæ suæ sortis omnino obliuiscuntur, imò uerò humanitatis ipsius atque mortalitatis: hominũ uerò ueneficorum atque fascinatorum conciliabulum dirum auersandumq́; usqueadeo sensus omneis humanos afficere aulica illa delenimenta cernuntur, quasi uenena Circeia atq; magica, partim ut honestatis & officij, partim ut actus omnis liberalis obliti esse uideãtur. Quotus enim quisq; eorũ qui in adytum semel illud beatum ascenderit, ad familiaris postea & ciuilis amicitiæ officia, aut omnino ad æqui boniq; intelligentiam descendit, priusquã præceps ruit, aut inde depulsus est? Tum demum autem placidos eos uideas & mansuetos, uitam execranteis aulicã, seq; ipsos deuouenteis inferis, si unquam impostrici pellaciq; remoræ crediderint, perditeq; tenaci, cuius olim uisendæ cupido ignaris incesserat. uidelicet quasi ab aula sibi exilium conscisscere præoptarint, quàm in ea consenescere morum atq; animorum certissima internecione, quum sciamus neminẽ adhuc eorũ quibus in eam nassam ambitionis penitus insinuasse contigit, ad quietem municipalem ciuiliaq; instituta nisi retrogradum atq; itidem restitantem reuertisse. Vnde ioci basilicani, unde circulares conuiuialesq; in oppidis excitantur fabulæ: quum ij quos excuriatos uocant, uelut ciuitate donati inter municipes cœpere profiteri. hos cernere est aulæ relictæ desiderio uultuosos, animosq; conspicuè despondẽteis, ut qui tabifico dolore ægrescentes, ad extremam maciem lenta tabe desiderij perarescant. Vtinam igitur ij magistratus qui rebus iã accisis in id tẽpus pertracti sunt, quo pacificatoriæ legationis & pronubæ mẽtio auspice (ut spero) prouid

Adytum primã in aula auctoritatem intelligit, ad quã paucis accedere contingit.

Aula impostrix pellacissima, morũ animorumque internecio.

Pronuba legatio in Britanniam missa est ob connubium Ludouici Regis cum sorore Regis Angliæ.

prouidentia excitata est: (cordi enim id superis quoq; fœdus esse credendum est, qui omnia in unum congruentia tempus appositè temperarũt) utinã inquam ijs magistratibus instinctu quoq; diuino ueniat in mentẽ, nunc nobis omnia esse prona, si ad pristinam concupimus & cõtendimus reuolui felicitatẽ. hoc modo meminerint futuris benefactis præterita errata esse obliterãda, ut uelut in Telephio uulnere fabulantur, sic in nostrarum rerum clade eadem manus uulnifica medicaq; cõmemoretur fuisse. Sic enim per me licebit eis coronã quoq; gramineã sperare: quo nullum honorificentius præmium esse potest. Est in antiquorum prouerbio, serò Phryges sapere. nos igitur ab ijs (ut fertur) oriundi, sero saltẽ resipiscamus. Sed per deum superosq; omneis inter cæsa (ut solemus) & porrecta, alias res agere aut nugari desinamus. Quis nam autem nostrum nouit an diuinæ satis misericordiæ ijs clam dibus litatum sit? At nos rei uoti tanti pariter & damnati existimatione nostra sumus, nec exoluere animos religione in præteritũ magnopere laboramus. Tũ hoc Gallicum semper fuit eritq;, accinctos statim ut discinctos gloriari, ut est in prouerbio consecrato. Hic me interdũ meticulus securum esse nõ sinit, ut qui sciã ex propugnatoribus prima quaque occasione oppugnatores futuros. Verumeni muero ne odiosus esse uidear religione nimia & ominosa, præsertim quum maioribus auspicijs (ut fama est) & lustratiore exercitu res gesturi posthac simus, tandem ad institutum cum spe noua reuertar. Iuuenalis Satyra quarta.

Suspicari aliquid incommodũ uidetur ex aulæ innouatione.

Auguratur tertiam in Italiã expeditionẽ.

—Mullum sex milibus emit

Aequantẽ sanè paribus sestertia libris. id est, (inquit Merula) pendentẽ libras sex pro numero sestertiorũ. nã mille

mille nummos sestertius ualebat. Scribit enim Plinius Asinium Celerẽ sestertijs octo mullum emisse, quod pretium fuisse octo millium nummûm Macrobius tradit. Cõprobari etiam hoc ab Horatio potest, illo in loco,

Si quadringentis sex septẽ millia desunt, Plebs eris.

Equestris census. Erat enim legitimus census equestris, quadringentorum millium. Merula in hoc lapsus, singulos sestertios mille nummos esse dixit. Tranquillus in Cæsare: Annuam etiã habitationẽ Romæ usq; ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. Sestertios quingenos pro quingẽtis nummis posuit. Quo in loco Philippus Beroaldus, Interdũ (inquit) hæc obseruatio apud eruditos custoditur, ut sestertios genere masculino usurpent, significantes minutulam summam: sestertij uerò neutro genere pro maioribus summis, ut quadringenta sestertia pro quadringentis millibus capiantur, quæ summa est cẽsus equestris. Sed hæc non semper ad regulã (inquit) sunt exigenda. Antonius uerò Sabellicus quantum eo in loco addubitauerit, facilè intelliget qui eius commentarios legerit. Idem Tranquillus in Augusto, Senatorum censum ampliauit, ac pro octingẽtorum milliũ summa duodecies sestertiũ taxauit, suppleuitq; non habẽtibus. Quo loco idem Sabellicus, Sic omnes (inquit) Tranquilliani codices, quos uidimus, habent: sed minuere id fuisset censum, non augere, si ex octingentis millibus nummûm ad duodecies sestertium contraxisset. Quare aut hæc nostra, aut nulla (quod uideã) alia quadrare poterit lectio. Erit igitur uera lectio, nõ duodecies sestertium, sed duodecies centies sestertiũ: ut ex parte tertia auctus sit cẽsus. quod idem ualet ac si dicas, Voluit Augustus ut singuli Senatores qui octingẽta possederant sestertia, mille & ducenta

possiderent. Habuit enim sestertiũ mille nummos Hadrianus ille: cuius uerba Beroaldus dissimulans, duodecies centies legit, & itidem ut Sabellicus interpretatur, ut sit sestertium pro mille nummis. Hæc eius emendatio cuiusmodi sit, postea uiderimus. nunc ad reliquas auctoritates pergamus. Idem Tranquil. in Cæs. Ludis Decius Laberius eques Romanus mimum suiũ egit, donatusq; quingentis sestertijs & annulo aureo sessum in quatuordecim ex scena per Orchestram transijt. Quingenta sestertia haud dubiè pro equestri censu posuit sed qui iam auctus esset. Sallustius in Catil. Ad hoc siquis indicauisset de cõiuratione quæ contra Rempublicã facta erat, præmia decreuerunt seruo centum sestertia & libertatem, libero impunitatem eius rei, & ducenta millia sestertiûm. Vbi interpres, Laurentius (ut arbitror) Valla, sestertiũ duas libras & semis significare dixit, & nihil præterea addidit. Plinius libro nono: Duo fuere maximi uniones per omne æuum. utrunq; possedit Cleopatra Aegypti regina rum nouissima, per manus orientis Regum sibi traditos. Hæc, cùm exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix, lautitiam eius omnem apparatumq; obtrectans, quærente eo quid adstrui magificẽtiæ posset, respõdit una se cœna centies sestertium absumpturã. Cupiebat discere Antonius, sed fieri nõ posse arbitrabatur. Et paulò inferius, At illa absumpturam se ea in cœna taxationem confirmans, solamq; se centies sestertiũ cœnaturã, inferri mensam secundã iussit. Ex præcepto, ministri unũ tantũ uas posuere ante eam, aceti, cuius asperitas uisq; in tabẽ margaritas resoluit. Gerebat auribus tum maximè singulare illud & uerè unicum naturæ opus. Itaque spectante Antonio

tonio quid'nam esset actura, detractũ alterũ mersit, ac liquefactũ absorbuit. Sic in omnibus exẽplaribus legitur. Iam primũ Plinius his uerbis significat centies sestertiũ immensam esse summã, ut quã Imperator prodigentissimus Antonius una cœna absumi posse non crederet, quãti unio æstimatus sit toto orbe nobilissimus. Quomodo igitur credibile illud Tranquilli in Vitel. Indicebat autẽ aliud alij prandiũ eadẽ die: nec cuiquam minus singuli apparatus quadringentis millibus nummũm constiterunt? Sic enim ibi legitur, nõ quadragenis: ut in Nerone, Quadringentis in punctum sestertijs aleã lusit. Plin. eodẽ lib. Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, nec serio quidem aut solenni cæremoniarũ aliquo apparatu, sed mediocriũ etiam sponsalium cœna, uidi smaragdis margaritisq; opertam, alterno textu, fulgentibus toto capite crinibus spiris, collo monilibus, digitisq;: quæ summa quadringenties sestertiũ colligebat, ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare: nec dona prodigi principis fuerãt, sed auitæ opes, prouinciarum scilicet spolijs partæ. Hic est rapinarũ exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus Regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia à C. Cæsare Augusti filio, uenenum biberet, ut neptis eius quadringenties sestertio operta sphæraretur ad lucernas. Ego ex antiquis exemplaribus non nuncupationẽ, sed aucupationem lego, hoc sensu, Lolliã parată ex tabulis domesticæ rationis aui sui probare quo titulo Lollius unumquẽq; lapillorũ unionumq; cõparasset. Aucupatio enim lucrũ significat. In antiquis etiã libris nõ spiris sed spira legitur, id est, crinium conuolutorum orbe. Cicero in Prætura urbana, Dixi in prima actione me planum esse facturum, C. Verrem sestertium quadringenties contra legem abstulisse. Atrocia autem furta Verris fuisse in Sicilia, quam rapinis propemodum exhausit, ex actionibus ipsis Verrinis licet plane conijcere: quorum tamen summam Cicero non ultra quadringenties taxauit cum omnia oratoriè augeret: quanti scilicet Plinius rapinas orientis in M. Lollio æstimatas dixit: quod omnino dissonum est ab eo quod Tranquillus de cœnis Vitellianis dixit, & alea Neronis, si sestertium quadringenties & sestertia quadringenta idẽ esse intelligamus, ut Tranquilli enarratores uoluerũt. Tranquil. de Claudio loquens antequam ad principatum assumeretur. Postremò etiam sestertium octogies pro introitu noui sacerdotij coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cũ obligatum ærario fidẽ liberare non posset, in uacuum lege prædiatoriâ uenalis pependerit. Vix hoc conuenire potest cum eo quod Sallustius dicit de centum sestertijs quæ ex præmio indicij seruo decreta sunt publicè, ut ducenta libero. Quid illud eiusdem Plin. lib. xxix. ubi de medicorũ stipẽdijs loquitur? Quintus uerò Stertinius imputauit principibus quòd sestertijs quingenis annuis cõtentus esset. Sexcena enim sibi quæstu urbis fuisse numeratis domibus ostendebat. par & fratri eius merces à Claudio Cæsare infusa est. Quingena sestertia annuam mercedem fuisse dicit medicis sub Romanis principibus: & quadringentics sestertium ut immensas rapinas in Lolliũ criminosè extulit. Quid illud Trãquilli de testamẽto Augusti, quo'nã modo explicari poterit? aut quid animi tandẽ eo in loco interpretes habuerũt? Legauit (inquit) populo Ro. quadringenties, tribubus tricies quinquies sestertium, prætorianis militibus singula millia nummũm, cohortibus urbanis quingenos, legionarijs

Plinij locus.

Aucupatio.

Furta Verris.

Medicorum stipendia.

rijs trecenos nummos. Ex hoc certè loco admoneri illi debuerunt. Quomodo enim populo Romano satisfacere quadringenta sestertia potuissent (id est, tertia pars census Senatorij) præsertim cum in singulos legionarios trecenos sestertios legaret? Magnum autem militum numerum tunc fuisse, ex eiusdem auctoris lectione nouimus, qui in eodem Augusto quodam loco, sic inquit, Ex militaribus copijs legiones & auxilia prouinciatim distribuit, classem Miseni, & alteram Rauennæ ad tutelam superi & inferi maris collocauit. Hunc principem Orosius libro sexto scribit quatuor & quadraginta legiones habuisse ad tutamen orbis, id est imperij Romani. Eusebius autem auctor est, censu sub Augusto acto, Romanorum capitum quadragies semel centena millia censa fuisse.

Copiæ Romanæ.

Age transeamus ad reliqua quæ sequuntur in eodem loco Tranquilli: Reliqua (inquit) legata uariè dedit, produxitq; quædam ad uicena sestertia, quibus soluēdis annuā diem finijt excusata rei familiaris mediocritate nec plus peruenturum ad hæredes suos, quàm millies & quingenties professus: quāuis uiginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset, quod penè omne cum duobus paternis patrimonijs, cæterisq; hæreditatibus in Rempublicam absumpsisset. O dignū etiam atque etiā locum qui planè enarretur: quod hactenus factum non est. Idem de Nerone, Diuitiarū & pecuniæ fructum non aliū putabat, quàm profusionē: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret. Laudabat mirabaturq; auunculum Caiū nullo magis nomine, quàm quòd ingētes à Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset: quare nec largiēdi nec absumendi modū tenuit. In Tiridatem, quod uix credibile uideatur, octingenta

genta nummûm millia diurna erogauit, abeuntiq; super sestertium millies contulit. Quæro quo nā modo cōsentaneum fuit, Neronem principē profusissimū Tiridati Armeniorum regi in patriā abeunti non plus quàm mille sestertia dono dedisse, cum manenti diu in urbe octingēta diurna pensitaret? Idem de Caligula loquens, Nepotinis sumptibus omnium prodigorū ingenia superauit: in exstructionibus prætoriorū atq; uillarū omni ratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Et paulò infrà, Ac ne singula enumerē, immēsas opes, totumq; illud Tyberij Cæsaris uicies ac septies millies sestertium, nō toto uertente anno absumpsit. Quò autē intelligere possimus immensam quandam pecuniæ congeriē his uerbis significari, addemus id quod idē de Tyberio in uita eius scripsit, Procedente (inquit) demū tēpore ad rapinas cōuertit animum. Galliarum & Hispaniarū Syriæq; & Græciæ principes cōfiscatos constat ob tam impudēs calumniarū genus, ut quibusdā non aliud sit obiectū, quā quòd partē rei familiaris in pecunia haberēt. quātæ uerò pecuniæ ex ijs cōfiscationibus exaggerari potuerint, uno patebit exēplo apud eundē in Caligula, qui Tyberij successor fuit: de quo in initio principatus cū optimum principē simularet, ita inquit, Si quibus regna restituit, adiecit & fructū omnium uectigaliorū & reddituū medij tēporis, ut Antiocho Comageno sestertium millies cōfiscatū. quæ quāta sit summa, mox fortasse cōstabit. Age uerò porrò etiā etiāq; pergamus, & auctores alios linguæ latinæ percenseamus, ut & rei difficultas appareat, & huius susceptī laboris necessitas, ac pretium operæ, si diuina tandem benignitate propositi compos euaserim, & huius ærumnæ (ut ita dicam) umbratilis

Hercules. Iam primum Tacitus lib. XII. Fixum est ære publico Senatusconsultum, quo libertinus sestertij ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur. de Pallante liberto Claudij principis loquens cuius immodicas opes intelligimus ex illo satyrici loco Satyra prima,

Ego possideo plus Pallante & Licinis.

Et ex Tranquil. uerbis in Claud. Libertorũ ante omnes suspexit Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoq; Senatus non præmijs modò ingentibus, sed & quæstorijs prætorijsq; ornamentis ornari libenter passus est, tantum præterea acquirere & rapere, ut quærente eo quondam de fisci exiguitate, nõ absurdè sit dictum, abundaturũ, si à duobus libertis in consortium reciperetur. Eius autem Senatusconsulti in Pallantis gratiam à Senatu expressi meminit Plinius iunior ad Montanum scribens, his uerbis indignabundus, Videbis, deinde indignaberis, si legeris: quod nisi legeris, non potes credere. Est uia Tyburtina intra primum lapidẽ, proximè adnotaui, monumentũ Pallantis ita scriptum, Huic Senatus ob fidem pietatemq; erga patronos, ornamenta prætoria decreuit, & sestertiũ centies quinquagies, cuius honore contentus fuit. Equidẽ nunquam sum miratus quæ sæpius à fortuna quàm à iudicio proficiscerentur: maximè tamen hic me titulus admonuit quàm essent mimica & inepta quæ interdum in cœnũ, in has sordes abijcerentur, quæ deniq; ille furcifer & recipere ausus est, & recusare. Tranq. rursus in Othone, Nec quicquam prius pro potestate subscripsit, quàm quingenties sestertium ad peragendam aureã domum. de aurea domo Neronis loquens, qui iam sese interemerat. Et in Galba, Ad Neronis

Neronis medium principatum in secessu plurimũ uixit: ne ad gestandum quidem unquam aliter iter ingressus, quàm ut secum uehiculo proximo decies sestertiũ in auro efferret. Idem Tacitus libro itidem supradicto. Eodẽ Nerone oratore Bononiensi coloniæ igni haustæ subuentum centies sestertij largitione. Cicero in Philippica illa nobili, Vbi est septies millies sestertium quod in tabulis quæ sunt ad Opis, patebat? funestæ quidẽ illius pecuniæ: sed tamen si ijs, quorum erat, non redderetur, quæ nos à tributis posset uindicare. Tu autem sestertium quadringenties quod Idibus Martijs debuisti, quo modo ante Calend. Aprilis debere desijsti? Et rursus, Syngrapha sestertij centies per legatos uiros bonos, sed timidos & imperitos, sine sua, sine reliquorum hospitum Regis sententia, facta in gynæceo. Ex syngrapha quid sis acturus, meditere censeo. Et pro Flacco, Vel quod ait Luceius L. Flaccum sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, sestertiũ uicies: & eum tu accusas auaritiæ, quem dicis uicies uoluisse perdere? Tacitus lib. XIII. de Nerone loquẽs, Sed nobili familiæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sestertijs, quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret. Aureo quoq; Cottæ & Aetherio Antonio annuam pecuniam statuit princeps, quanquam perluxum habitas opes dissipassent. Quo in loco ne quinquagenis legendũ putetur, Tranquillus de eodem, Senatorũ (inquit) nobilissimo cuiq;, & à re familiari destituto, annua salaria, & quibusdã quingena cõstituit. Et de Vesp. Expleuit cẽsum Senatorũ, cõsulares inopes quingenis sestertijs annuis sustẽtauit. Et rursus in Nerone, Põpeium Paulinũ uecligalibus publicis præposuit cũ insectatione priorũ principũ, qui grauitate sumptuũ iustos redditus

anteiissent, se annuum sexcenties sestertium Reip. largiri. Et rursus, Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponerent. Et iterũ, Bis & uicies mille sestertiũ donationibus Nero effuderat. ubi nõ mille, sed millies contra fidẽ exemplarium lego. Verumenimuero quandoquidem immensa ac caliginosa auctoritatũ sylua restat apud iuratissimum quẽq; auctorum linguæ latinæ sparsarum, tempus iam uersandi cardinem ipsum obscuritatis esse duco, & illud fortasse præfandi per parodiam,

Suetonij lo.

Pandite nunc Helicona deæ. Ne si in densiores sensim tenebras insinuemus, nulla (ut sic dicam) face explicationis prælucente, interim lectores magis in hallucinationem inducere, quàm lucem aliquam afferre tenebricosis locis uidear. proinde ut rem obscuram illustrare quoquo modo possim, lucem ab ipso capite rei accersendã habeo.

As nummulus.

As igitur, qui & assis dicitur, ut antea dictũ est, libralis nummulus erat, quod nomẽ inditũ est nummo iam inde ab eo tempore quo Romanus populus ære graui pro nummo utebatur. Plin. lib. xxi. de Scipione cognomento Suarione loquens, Nec ei fuit in bonis funeris impensa. asses ergo contulit populus, ac funus elocauit: quaq; parte ferebatur, flores è prospectu omni sparsit. Tranq. in Augusto, Ex nocturno uisu stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manũ asses porrigentibus

Libella.

præbens. Idẽ nummus libella dicitur, per diminutionem à libra: quanquã libella argẽtea esset, ut auctor est Varro. Cicero in Verrẽ. act. iii. Ecquis Volcatio, si sua sponte uenisset, unã libellam dedisset. Libellam pro asse posuit, ex eo dictam, quòd libra æris ualebat, id est asse. Cum autem minimã pecuniolam significare uolebãt, assem & libellã dicebant

dicebant. Idem pro Roscio comœdo de pœna plus petentium loquens, Si petierit sester. liii. hic nisi planũ facit sester. liii. ad libellã sibi deberi, causam perdit. id est, si minimo quidem nummo minus debitum fuit, ex formula plus petitionis causa cadit. Plautus in Pseud. Si quidem hercle etiam supremi promptos thesauros Iouis, tibi libellam argenti nunquam credam. Libella autem argẽti ideo dicitur, quòd nummulus erat argenteus, ut prædiximus. Quin & signata statim argentea pecunia, cõstitutum ut denarius nummus libris decem æris ualeret, & sestertius dipõdio & semisse: qua ratione quaterni sestertij denariũ unũ æquabant, ut auctor est Festus. Diu autẽ populus Ro. æreo nũmo usus est, cuius rei testis Pli. li. xxxiii. his uerbis, Argentum signatum est anno Vrbis quingentesimo octogesimoquinto. Q. Fabio Cõsule, quinq; annis ante primum Punicum bellum: & placuit denarius pro x. libris, quinarius pro quinq;, sestertius pro dipondio ac semisse. Idem, Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum Regem deuictum usus est. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta, & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & pondera. Quin & militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in ijs emptionibus quæ mancupi sunt, etiam nunc libra interponitur. hactenus Plin. Ego in uerbis supradictis ex antiquis exẽplaribus duo uerba emẽdanda cẽseo, ut pro pondera depẽdere legatur, & pro mãcupi mãcipij. Quid autẽ sit dare & uẽdere mãcipio, nos primi, ut arbitror, docuimus in Annotationibus in Pandectas editis. Fuit aũt hic ordo rei nummariæ, ut primùm Romani ære graui, id est nũ-

Denarius. Sestertius.

Argentum signatum.

Expensa. Impendia.

Libripendes.

Plinij locus

Aes graue

mo rudi & informi usi sint: postea ære signato, quod fuit sub sexto demũ Rege: deinde argẽto signato anno Vrbis CCCCCLXXXV. auctore Pli. his uerbis, Seruius Rex primus signauit æs: antea rudi usos Romæ Remeus tradit.

Pecunia. signatũ est nota pecudũ: unde & pecunia appellata. Maximus cẽsus CX. millia aßium fuit illo rege: & ideo hæc

Idem nummus & sestertius. prima classis. Nummum autem & sestertiũ idẽ fuisse notius propè erat, quàm ut probari deberet, nisi in hoc Merula uir doctus falsus esset, ut suprà admonuimus: & Calderinus uir ingeniosus nummũ apud Iuuenalem Satyra. VI. denariũ esse dixisset. Cice. in Ver. act. IIII. Facta est sponsio sestertijs quinq;. coëgit Scandilius recuperatores aut iudicem postulare. Et paulo post, Coëgit enim (inquit) Scandilium quinq; illa millia nũmûm dare ac numerare Apronio. Et rursus inferius, Cogit Scandiliũ Apronio ob singularem improbitatem, atq; audaciam, prædationemq; nefariæ societatis, sestertiûm quinq; millia mercedis nomine ac præmij dare. Quinq; sestertia, quinque millia sestertiûm, & quinque millia nummûm pro eodem dixit. Vitruuius lib. I. Ab Senatu populoq; Ro. petijt, ut liceret transferre oppidum: constituitq; mœnia, & areas diuisit, nummoq; sestertio singulis municipibus mancipio dedit. id est, sestertijs singulis areas ædificaturis ciuibus uendidit, quæ res instar donationis, imaginẽ uẽditionis habet: quo modo & nũmo addicere Suetonio in Cæsare. Va-

Addicere nummo. lerius li. V. M. (inquit) Cornuto prætore funus Hircij & Pansæ iussu Senatus locãte, qui tunc libitinã exercebant, tum rerũ suarũ usum, tũ ministeriũ suũ gratuitum polliciti sunt, perseuerãtiq; postulatione extuderunt, ut exequiarũ apparatus sestertio nummo ipsis præbẽtibus adderetur. Ab huiusmodi cõsuetudine emanauit illud Vlpiani in

ni in. l. si quis, de acquirenda possess. Si quis cõduxerit, & rogauerit precariò uti posideret, si quidẽ nummo uno cõduxit, nulla dubitatio est quin & precarium solũ teneat. Columella li. IIII. Vinitor licet sit emptus sex uel potius sestertijs octo millibus, cum ipsum solũ septẽ iugerûm totidem millibus nummorum partum, uineasq; cum sua dote, id est cũ pedamentis & uimimbus binis millibus in singula iugera positas duco, fit tum in assem consummatum precium sestertiorum. XXIX. millium. Huc accedunt semisses usurarũ sestertia tria millia & quadringenti octoginta nummi biennij temporis, quo uelut infantia uinearum cessat à fructu. fit in assem summa sortis. XXXII. millium quadringentorũ octoginta nummorum: quod quasi nomen si ut fœnerator cum debitore, ita rusticus cum uineis fecerit, eius summæ ut in perpetuum prædictam usurã semißium dominus cõstituat, percipere debet in annos singulos mille nongẽtos quinquaginta sestertios. Mirum uideri nõ debebat pro septẽ iugerûm, octo iugerûm apud Columellam lectitari, nisi & apud Hermolaum in altera editione itidem legeretur, ea parte in qua castigationes condidit in librum decimumquartum Plinij, ubi hic locus citatur ad comprobationem eorum quæ de usuris semißibus trientibusq; & centesimis ipse doctißimè scripsit: ita ut primus errorem non modò iurisperitorum, sed & omnium neotericorum ostenderit. quem locum si ad calculum exigere uoluit, facile fuit animaduertere errorem exemplarium. Quonã modo enim ex octo millibus (quod precium serui uinitoris Columella statuit) & altero tanto, id est octo iugerûm precio, et octies binis millibus (quæ summa pro pedanda uinciendaq; uite iugerûm octo taxatur) confieri summa undetriginta millium posit? Quòd

Locus Hermolai de usuris.

si sol

si solum septem iugerûm legatur, cõueniet ratio. Id enim in promptu est uel in digitos calculum deducenti. Porrò cum in semußibus usuris millenarius quilibet sexagenarium pariat, & quingenarius tricenariũ: ex uiginti millibus summa fit usuræ mille ducenti nummi, & ex decem millibus sexcenti: ex quibus sexaginta ideo deducuntur, quòd sors non triginta, sed undetriginta sit millium. quare semißis usuræ summa erit annua mille septingenti quadraginta nummi: quæ in biẽnio duplicata, tria millia quadringentos octoginta nummos sestertios efficit. Sic fit assortis & usurarum triginta duo millia quadringenti octoginta nummi. Rursus si hanc summam sub semußibus usuris occupatam esse statuas: cum triginta millia ratione antedicta mille octingentos pariant: & duo millia centum & uiginti, id est mille & nongẽtos uiginti: & si quadringentos octoginta pro quingẽtis intelligas, ut ex ijs tricenni nummi annui pariantur: fiet summa usurarũ mille nongenti quinquaginta nummi. alioquin si scrupulosè exigas (quod Columella neglexit) tot nummi huic summæ deerunt, quot uiginti in anno pariunt, id est unus & circiter quadrans unius. id quod ideo explicare uoluimus, quia Hermolaus inexplicitũ reliquit, contẽtus admonuisse loci: nec aliquid præterea addidit, quàm id quod sequitur: Ex his uerbis (inquit ille) euidentißimè colligitur, ex usuris semißibus non quinquagenos de centenis, sed senos duntaxat in annũ redire creditoribus: sicuti quaternos ex trientibus. Hoc quoque, ut arbitror, addere debuit, si in mentẽ ei uenit, cur centesima usura diceretur: quãdo id plurimũ ualet ad fidem faciendam erroris deprehensi, qui perdiu fefellerat. Atqui cùm hæc ratio cẽtesimæ duodenos nummos annuos in singulos centenarios pariat, & menstruos singu

singulos: facilè patet ideo centesimam dictam, quòd centesimo mense sortem æquet. Vsurarum enim dies olim in singulos menses cedere existimabantur, ut hodie moribus huius urbis tertio quoque mense cedunt earum pensitationum dies, quæ precio legitimo accepto prædijs imponuntur, & mancipio dantur, & citra uitium fœnoris instar habent. Dicitur etiam centesima usura ideo (nisi fallor) quia centesimus nummus pro fœnore statuitur. Centum enim nummi sortis, pariunt singulos nummos menstruos. hæc à Græcis ἑκατοστὴ dicitur. Plutar. in Lucul. πρῶτον μὲν ἑκατοστῶν ἐκέλευσε. καὶ μὴ πλέον ἐς τοὺς τόκους λογίζεσθαι. Vbi τῶν μοριάδων subintelligo. Quòd autem menstruæ esse censerentur usuræ, calendarium uocabulum docet, quo iurisconsulti utũtur. Proinde cum centesima usura pro asse intelligatur, dimidiata centesima semißis dicitur: & semis rursus dimidiatus, quadrans. Similisq; ratio in trientario fœnore statuitur: quod Antoninus Pius Ro. princeps tanquam minimum exercuisse dicitur, ut patrimonio suo plurimos adiuuaret. Vidi homines iurisperitissimos qui adhuc centesimam usuram cum Accursio intelligerẽt, nec Hermolao assentirentur, nec ijs Iurisconsultis qui cum eo sentiunt, calculo (ut arbitror) offensi, quem nõ facilè expediunt homines eius artis ignari: quæ causa fuit ut eum locũ explanandum ducerẽ. Verùm ne de hoc post hac dubitetur, locus est apud Plinium in epistolis ad Traianum his uerbis rem manifestã reddens, Pecuniæ publicæ, domine prouidentia tua & ministerio nostro & iam exactæ sunt, & exiguntur: quæ uereor ne ociosæ iacẽat: nam & prædiorũ comparandorũ aut nulla aut rarißima occasio est, nec inueniuntur qui uelint debere Reipu. præsertim duodenis assibus, quãti à priuatis inueniãtur. Dispice ergo

Centesima usura.

Calendarium.

ergo domine nunquid minuendam usuram, ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes: & si nec sic reperiũtur, distribuendam inter Decuriones pecuniã ita ut rectè Rei pu. caueant. quod quanquam inuitis & recusantibus, minus acerbum erit, leuiore usura constituta. Duodenos asses appellat plenam centesimam, eo modo loquendi quo nunc in ea re utimur duodecimum denariũ uel decimum quintum dicẽtes. Cicero in Prætura urbana obijcit Verri quòd pecuniam sibi attributam ad coëmptionem frumẽti publici, apud publicanos relictã unde erat attributa, duabus cẽtesimis fœneratus sit. Duas centesimas Cicero quatuor & uiginti asses in centenarios singulos dixit. Demosthenes orator in ea oratione quam cõtra Aphobũ unum ex tutoribus suis habuit, hoc apertißimè docet. ait enim patrem suum Demosthenem Aphobo quem tutorem sibi dederat, in testamẽto octoginta minas reliquisse dotis nomine, ut uxorem suam Demosthenis matrem, uxorẽ duceret: quas cum ille accepisset, matrem tamen uxorem nõ habuit. Sic igitur inquit, τὼ μὲν τοι προῖκα τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε λαβὼν μὴ γήμαντ& δὲ αὐτὸς τὼ μητέρα τὼ ἐμὼ, ὁ μὲν νόμ& κελόυει τὼ προῖκα ὀφείλειν ἐπ' ὀγδόα ὀβολοῖς, ἐγὼ δ' ὠδὶ δραχμὴ μόνον τίθημι, γίνεται δὲ ἄν τις σιωθῇ τό, τε ἀρχαῖον καὶ τὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν· μάλιστα τρία τάλαντα. Verum iste dotẽ huiusce modi pacto habuit: quare cum matrẽ meam uxorem nõ duxerit, legi quidem iubẽte debet dotem cum usuris nouenũm obolũm restituere: sed fac drachmales tantum usuras eum debere. has si cum forte aliquis supputauerit, duodecim annorum spatio tria largè talenta inueniet. Ego cum hãc rationem inirem, sic colligebã, octoginta minæ cẽtenariæ, octo millia drachmarum ualent, siue octogies centenas. Cum autem

tem in centesimis usuris quilibet centenarius siue quælibet mina in anno duodenarium pariat: si octogies duodenas drachmas ducerem, futuras in summa drachmas nongentas sexaginta: quæ summa si duodecies ducatur, fient undecim millia drachmarum, & quingentæ præterea & uiginti, ex quibus centum & quindecim minæ fiunt, & uiginti drachmæ superant: quibus si octoginta minas, id est sortem addas, fiunt centum nonaginta quinque minæ. ita tria talenta fiunt, & quindecim minæ, cum. L X. minæ talentum faciant, ut infrà uidebimus. Propter quod Demosthenes exactè summã colligere nolens, largè uel prolixè tria talenta dixit pro tribus talentis & quadrante. nouem autem obolos pro sesquidrachma posuit, qua ratione sesquicentesima usura procederet, quã ipse, ut omnino aduersario defensionis ansam præcideret, ad centesimam retraxit. Vsuræ sesquicentesimæ taxatæ erãt ex lege decem tabularũ in rei uxoriæ actione, eodem auctore in oratione κατ' νεαίρας. ita enim inquit, Νόμ& κελόυει ἐὰν ἀποπέμπῃ τὼ γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὼ προῖκα. ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ὀγδόα ὀβολοῖς τοκοφορεῖν. Lex iubet eum qui uxorẽ repudiarit, dotem restituere, alioqui moræ tẽpore interusuriũ pẽdere sesquidrachmale. Ea autẽ actio σίτου δίκη uocata est à Solone, ut ex eodem oratore nouimus. Itidẽ alio loco, ταύτας τοίνυν ἔχει τὰς τριάκοντα μνᾶς ἀπὸ τῆς ἐργασηρίας, καὶ τὸ ἔργον αὐτῶν ὀκτὼ ἐτῶν, ἃ ἐὰν ὠδὶ δραχμὴ τις τιθῇ μόνον, ἄλλας ὁμοῦ τριάκοντα μνᾶς εὑρήσει. Has igitur (inquit) triginta minas habet ab officina, & partũ eorũ octo annorũ: quæ si qs drachmali usura occupatũ esse ponat, alteras pariter triginta minas inueniet. Triginta minæ quotannis tricies duodenas drachmas pariũt, id est trecẽtas et sexaginta, q̃ octies ductæ duo millia

Vsura sesquicentesima.

& oct

& octingentas octoginta drachmas ualent. Hoc in loco orator numerum auxit mina una, & quinta parte minæ: superiore autem exemplo numerum diminuit, uel quia exacti calculi tædium uitare uolebat, uel ut summas potius rotundas faceret: utrobiq; tamẽ clarum est cum drachmalem usuram dixisse, quam Latini centesimam dicunt.

Drachmalis usura, eadem & centesima.

Est enim drachma, centesima pars minæ. Sic fit ut centesima usura æquare sortem dicatur, quia centesimo mense drachma in minam euadit. ut enim Romani ab aßibus, sic Græci à drachmis usuras denominarunt, ut nos hodie à denarijs. Quòd autẽ menstruæ essent usuræ, apertius etiã ex oratione Aeschinis contra Ctesiphontem ostendetur. Criminosè enim obijciens Demostheni quòd pro quodam Atheniensiũ plebiscito (quod Græci psephisma appellãt) cuius ipse auctor fuerat, à tribus ciuitatibus, in quarũ gratiã id promulgatũ erat, talenta tria dari sibi stipulatus esset, cùm Oritæ (inquit) bello exhausti id dissoluere non possent, fœnus ei talenti spoponderunt quoad talentũ soluissent. ἀναγκαζόμενοι δ' οἱ ὠρεῖται, καὶ οὐκ εὐποροῦντες ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσσίας προσόδους, καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. id est, Coacti autem Oritæ, cùm pecunia inopia premerentur, uectigalia publica in talenti summam ipsi oppignerauere, & fœnus Demostheni sceleratæ mercedis interim pependerunt, drachmas menstruas in singulas minas, quoad sortem reddiderunt. Hoc unum exemplum maius est quàm ut altero adminiculo egeat: quanquã & alijs exemplis non caremus. Cicero ad Atticum lib. VI. Ei tamen sic nunc soluitur, tricesimo quoque die talenta Attica. XXXIII. & hoc ex tributis, nec id satis efficitur in usurã menstr

menstruam. Simile est illud apud Athenæum circa finem lib. XIII. ex oratione Lysiæ, οὗτος ὦ ἄνδρες δικαστὰ ὀφείλων ἀργύριον ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς σωσίμῳ τῷ τραπεζίτῃ, προσελθὼν πρὸς ἐμέ. ἐδεῖτο μὴ πορϊιδεῖν αὐτὸν Διὰ τοὺς τόκους ἐκ τῶν ὄντων ἐκπεσόντα. κατασκευάσομαι δὲ ἔφη τέχνην μυρεψικὴν, ἀφορμῆς δὲ δέομαι, καὶ ὄισω δέ σοι ἐννέα ὀβολοὺς τῆς μνᾶς τόκους. Hic est iudices qui cum uersuram fecisset à Sosimo trapezita ternis drachmis, ad me uenit orans ut se fœnore obrutum & facultatibus lapsum ne despicerem. Est mihi (inquit) in animo unguentariam factitare, sed facultas nõ suppetit. Si mihi mutuam pecuniam dederis, nouenos tibi obolos in singulas minas pensitabo. Hæc uerba ita intelligenda esse dico, ut ternas drachmas prius pro tribus centesimis, & nouenos obolos pro sesquicentesima accipiamus. Qui enim querebatur se graui fœnore ad inopiam redactum, & ad pignorum distractionem, ab amico postulat, ut dimidio leuiore usura pecuniã sibi mutuet, ut cum officinã unguentariã instituerit, liberare se eo quæstu ære alieno poßit. Siquidem singulæ drachmæ in singulas minas ac singulos mẽses pensitatæ, centesimã unã faciunt, quæ cẽtesimo mense sortem æquat. Ita ternæ drachmæ ternas centesimas faciunt. Noueni autẽ oboli sesquidrachmam tantũ ualent, cum drachma sex obolos penderet. Fœnoris autẽ nautici exemplum est apud Demosthenẽ in oratione quæ πρὸς λακρίτου παραγραφὴν dicitur, his uerbis, ἐδάνεισαν ἀνδροκλῆς καὶ ναυκράτης ἀρτέμωνι καὶ ἀπολλοδώρῳ φασηλίταις ἀργυρίου τρισχιλίας δραχμὰς, ἀθήνηθεν εἰς μένδην, καὶ ἐντεῦθεν εἰς βόσπορον, ἐὰν δὲ βούλωνται τῆς ἐπ' ἀριστερὰ μέχρι βορυσθένους, καὶ πάλιν ἀθήναζε, ἐπὶ Διακοσίαις εἰκοσιπέντε τὰς χιλίας, ἐὰν καὶ μετ' ἀρκτοῦρον ἐκπλεύσωσιν ἐκ

Drachma. Obolus.

h τοῦ πόν

τȣ̃ πόντȣ ἐφ' ἵδρον, ἐπὶ τριακοσίαις τὰς χιλίας. Id est. Androcles & Naucrates pecuniã fœnerati sunt Artemoni & Apollodoro Phaselitis ad tria millia drachmarum, hoc est triginta minas: conuenitq; ut Athenis pecuniã Mẽdan exportarẽt, indeq; in Bosphoron, aut etiam si placeret sinistrorsum nauigare ad Borysthenen usq;, & rursus Athenas cum mercibus redire. Statutus autem modus fœnoris in millenas drachmas ducentæ uicenæ quinæ drachmæ. Quòd si post arcturum portum exeant è Ponto ad sacrum promontorium nauigaturi, trecenæ in millenas. Hoc perinde est ac si diceret, in denas minas ternæ minæ, uel binæ cum quadrãte minæ: quæ ratio longè abest ab illa centesima Accursianorum. Hoc enim conuento fœnus non in mensen statutum intelligo, sed semel in maris commeatum remeatũq;, & in eius negotiationis exitum. Hæc autẽ quæ retuli, uerba sunt syngraphæ nauticæ. Ipse Demosthenes in oratione quæ παραγραφὴ πρὸς παραίνετον inscripta est, centum & quinq; minarum totidem drachmas menstruas τὸν γιγνόμενον τόκον esse dicit, hoc est iustam & legitimã usuram. μισθȣ̃ται δὲ παρ' ἡμῶν τȣ̃ γιγνομένȣ τόκȣ τῷ ἀργυρίῳ, πέντε καὶ ἑκατὸν δραχμῶν τȣ̃ μηνὸς ἑκάστȣ. Quibus uerbis circa principiũ eius orationis positis, significat, contractũ illũ nomine quidẽ conductionẽ fuisse, sed reuera mutuũ usurarium. Quem contractum ne quis improbandum cẽseret, addidit usuræ loco pensitationem menstruam se stipulatum, quantam scilicet usuram stipulari per leges liceret. Eam autem esse in singulas minas drachmas singulas. Idem ἐν τῷ πρὸς νικόστατον, τίσθημι οὖν τὴν συνοικίαν ἑκκαίδεκα μνῶν παμβωτάδῃ, ὧν αὐτὸς οὗτος προεξένησεν, ἐπὶ ὀκτὼ ὀβολοῖς τὴν μνᾶν δανείσαντι τȣ̃ μηνὸς ἑκάστȣ. Oppigneraui igitur

tur diuersorium meum in sedecim minas Pambotadæ qui eam pecuniam repræsentauit, in singulas minas octonis obolis quolibet mẽse creditori fœnoris nomine cõstitutis. atq; hæc & hoc ipso interprete & proxeneta facta est cõstitutio. Hæc usura centesimã triente excedit. Vsura autẽ apud antiquos duplex fuit, terrestris, & nautica. Terrestris, id est ἔγγειος, menstrua erat: nautica iterũ duplex fuit: una quæ in alteram tãtum nauigationem statuebatur (hæc à Græcis heteroplus dicitur) altera ita contrahebatur, ut non aliter deberetur nec ipsa, nec sors eius, quàm si nauis cum mercibus sospes domũ redijsset. Hanc amphoteroplum dicunt, quasi in commeatum remeatumq; taxatam. de quo locutus est Modestinus in l. prima de nautico fœnore. Demosthenes πρὸς φορμίωνα, καὶ οὗτος μὲν ἐδάνεισεν αὐτῷ δισχιλίας δραχμὰς ἀμφοτερόπλȣν, ὡς ἀπολαβεῖν ἀθήνησι δισχιλίας ἑξακοσίας δραχμάς. Et hic quidẽ (inquit) mutuò dedit duo millia drachmarũ pecuniæ utrobiq; traiectitiæ, ut Athenis duo millia drachmarũ & eo amplius sexcentas reciperet. His uerbis liquet id quod suprà diximus, usurã nauticã non menstruã fuisse, sed una in omne tẽpus nauigationis & negotiationis cõstitutione taxatã. Fuit enim pecunia à Lampide nauclero Phormioni fœneratò mutuata Athenis in Pontũ, & Ponto Athenas. Et hæc ratio maior est sesquiquarta, & iure Pãdectarũ nõ admissa. Nã legitima usura traiectitiæ pecuniæ nõ potest duplã cẽtesimã excedere, ut auctor est Papinianus in l. Nihil interest. A Græcis ephectos tocos uocatur, supersexta usura: cuius exemplum luculẽtum est in supradicta πρὸς φορμίωνα Demosthenis oratione. Nouissimum exemplum addemus ex Isæo in oratione περὶ τȣ̃ ἀγνίȣ κλήρȣ, in qua bona cuiusdam defuncti recensens, & nomina,

Vsuræ species.

Heteroplus.

Amphoteroplus.

mina, ita inquit, χρέα δὲ ἐνδὶ τόχοις ὀφειλόμενα περὶ τετρακισχιλίας, ὧν τὸ ἔργον ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς ἑπτακόσιαι καὶ εἴκοσοι δραχμαὶ γίνονται τῶν ἐνιαυτοῦ. Nomina autem usuraria ad quatuor millia drachmarum, cuius quæstus singulis annis septingentæ uiginti drachmæ fiunt fœnore nouenûm obolorum. Post hæc uerba quis cõtrouersiam referre audeat eorum quæ diximus? Cum enim cẽtesima in singulos millenarios centum & uiginti annuas pariat, sequitur ut sesquicẽtesima centum & octoginta pariat, qui numerus quadruplicatus septingentas & uiginti efficit. Nostra autem ratio hodie in pensitationibus & uectigalibus quæ prædijs imponuntur, bessales usuras referre quodãmodo uidetur: sed qui innocentius stipulari uolunt religione obstricti, aut ciuili fœnori detrahere aliquid, aut precio addere solent. Vnciaria usura est cum centenarius singulos parit, ut in l. Titiũ, de administratione tutorũ.

Epidecatum fœnus.

Qui autẽ religione soluti sunt, & hodie Epidecatũ probant, nos uectigal decimarium appellare possumus, quod nec boni uiri probãt, & inciuile iam existimatur: ex quo scilicet tempore idem Hermolaus rem usurariã male esse intellectam à iuris enarratoribus docuit. Quãdoquidem

Locus Pauli iuris consulti.

autẽ Pauli respõsum in capite, Si hæres ad legẽ Falcidiã, uideo à iuris enarratoribus absurdè esse intellectum: de eoq; ipse à uiris nõ mediocriter in eo studio eruditis interrogatus, Pauli sententiã penè ænigmaticã, Hermolai uerò interpretationẽ sensi planè uideri ieiunam, ipsoq; Pauli dicto illis obscuriorẽ, licet ipse aliter existimem: idcirco mei muneris esse duxi, institutoq; operi & proposito cõuenire, eius responsi uerba enarratius explanare. Item si Reip. (inquit Paulus) in annos singulos legatum sit, cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat tantũ uideri legat

legatum, quantũ sufficiat sorti ad usuras trientes eius summæ quæ legata est, colligendas. Hic primùm hoc præfandum habeo, quòd cum ad Falcidiam exercendam legatorum ratio initur, ut constare inde poßit an ultra dodrantem à testatore legata producta fuerint: ea legata quæ certam summam non habent, legitimo præcio æstimantur. Esto igitur exempli gratia ut seni aurei Reipub. relicti sint annui in perpetuum. notum est eius summæ redditum ab hærede alicunde comparandũ, reiq; publicæ ab eo mancipandum, unde stabilem obuentionem eius summæ habere quotannis poßit: aut pro eo pretium dandum. Nũc igitur si ratione legatorum ineunda quæratur quantum hæres eo nomine imputare in rationem debeat, respondere poßis ex Marcelli opinione, & Pauli sententia, non tantum imputandũ quanti sex aurei annui emi possunt translatitio & plerunque usitato precio, uel quãta est pecuniæ summa quæ si fœneratò collocetur, senos aureos quotannis parere potest ciuili & legitimo fœnore: sed uberius ac plenius huius legati æstimationem ideo esse faciendam, quòd Reip. relictum est. Nam cum per legem, Eos, in tractatu de usuris, Iustinianus Augustus sanxerit legitimam & ciuilẽ usurã esse semissem, si priuato ipse homini ponas aureos senos quotannis esse relictos à testatore: hæres tum non ultra centũ aureos pro eo legato deducere in eam rationem poterit. Siquidem centenarius sortis (ut ex prædictis apparet) duodenarium quotãnis parit fœnoris, tum quidem, cum usura procedit centesima: quare in usura semisse, quæ dimidia est centesimæ, senarius anniuersarius è centenario conficitur. Sic fit ut legatum senûm aureorum priuato homini relictum, non ultra centum aureos æstimari debeat, cum ea summa fœnori data, uulgo senos au-

reos pariat iuris concessione. At nunc cum Reipu. huiusmodi legatum esse relictum positum sit, opinione Marcelli æstimatio erit superioris sesquipla: quippe cum usura trientalis subsesquipla sit, id est ἡμιόλιος, semissis, hoc est tertia parte minor, ut quaternarius subsesquiplus est senarij. Senarius enim tertia sui parte superat quaternarium, hoc est binario: quod perinde est ac si dicas senarium continere quaternarium, & quaternarij semissem, propter quod hemiolius eius dicitur, & sesquiplus. In hac igitur specie aureos senos legatos, centum & quinquaginta aureis æstimabit hæres, tantumq; legatarijs eo nomine expensum feret. Quanto enim usuræ modus à testatore taxatus minor est unde legatum annuum percipiendum, tãto est summa maior quæ pretium est aut æstimatio legati. Hic autẽ licet testator non constituerit summã, tamen iuris interpretatione taxasse existimatur, Marcelli & Pauli opinione. ita enim constitui legatũ annuũ, fundariq; testatorem noluisse ipsi interpretantur, non ut plerũq; percipi posset, sed ut quouis tempore, id quod tum euenit cum pecunia leuissimo fœnore collocatur, uerbi gratia triẽtali. Siquidem ex ea promptum est quouis tempore nomen facere, mutuamq; eam accepturum hominem inuenire, ita ut inde conditionem suam longè meliorem efficiat, si frugi est debitor: idq; omnino est quod responsum Marcelli Pauliq; significat. Capitolinus in Antonino pio, Ipse fœnus (inquit) trientarium, hoc est minimis usuris exercuit, ut patrimonio suo plurimos adiuuaret. Hodie autem cum aut edicto aut lege municipali in hac urbe maximus pecuniæ fructus partusq; in emptitijs pensitationibus quas rentas quasi reditus aut reddentes aut reuenutas lingua uernacula uocat, rationem bessalis usuræ habeat, aut plusculo

sculo pleniorẽ, (octoni enim cũ triente è centenario cõficiũtur) tantiq; municipali priuilegio redimi quandocũq; possunt pensiones in urbis ædificia uẽditæ, quãticunq; emptæ sint. Verùm, ut dixi, hodie ubi legatum Reip. factum esset, ipse ex sententia Pauli censerem, si sententiam rogarer, octonorum aureorum legatũ paulo minùs centum & quinquaginta aureis æstimandum in ratione falcidiæ, aut alia consimili: quippe hæc summa sesquiplex est sortis, ex qua municipali lege octoni aurei ferè annui percipiũtur, in ijs contractibus quibus pensiones in prædia urbana aut rustica uẽditantur, ita ut redhiberi possint, duntaxat cum ita commodum est & libitum uẽditori, non etiam emptori. Sestertius igitur & nummus idẽ apud auctores significant, quoniam quaterni denarium ualent. Itaque Cicero in Ver. Act. IIII. cum ita dixisset, Nam cum ex Sicilia legibus frumentum in cellam sumere liceret, idq; frumentũ Senatus ita æstimasset, quaternis sestertijs tritici modiũ, binis ordei: iste numero ad summam tritici adiecto, tritici modios singulos cum aratoribus denarijs trinis æstimauit. Hæc autem uerba ipse ueluti declarans paulò pòst ita subdidit, Verumenimuero cũ esset frumentũ sestertijs binis aut etiam trinis quibusuis in locis prouinciæ, duodenos sestertios exegisti. & itidem hoc declarat multis alijs in locis eiusdẽ Actionis. At uerò denarius drachmæ pondus habebat duntaxat Atticæ. Plin. lib. XXI. Drachma Attica (ferè enim Attica obseruatione medici utuntur) denarij argẽtei habet pondus. Plutarch. in Sylla, Potitus rerũ Sylla, cũ multos occideret, & libertini generis homo quendam ex proscriptis occultare uideretur, ideoq; è saxo præcipitandus esset obiecit Syllæ quòd una simul in domo uitam egissent: cum interim ipse quidem prosu-

Denarius quaternis sestertijs ualuit.

Denarius drachmalis erat.

periore habitaculo duo millia nummûm, ille autem pro inferiore tria millia mercedẽ penderet: itaq; inter utriusque fortunam mille nummos interfuisse, qui drachmas Atticas ducentas & quinquaginta ualebãt, ὥστε τὸ τύχης αὐτῶν τὸ μεταξὺ χιλίους νόμους εἶναι, οἳ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς ἀττικὰς ἀνώναντο. Idem in Bruto, Testamento cum legasset Cæsar ciui cuilibet septuagintaquinq; drachmas, præterea reliquisset hortos qui trãs Tyberim erãt, ingens beneuolentia & admirabile desiderium omnes tenuit. De hoc apud Tranquil. in Cæs. ita legimus, Populo hortos circa Tyberim publicè, & uiritim trecenos sestertios legauit. Si septuagintaquinq; quater multiplices, trecẽtos efficies: qua ratiõe quinq; et uiginti drachmæ cẽtenos sestertios ualent. Idẽ Plutarchus in Antonio, C. Cæsar adolescens hæres à Cæsare scriptus, ex Apollonia rediit. debebat Romanorũ cuiq; drachmas quinq; & septuaginta ex testamento patris. Apud Appianum tamẽ in secundo bellorũ ciuilium ita legitur, Populo horti trãs Tyberim præbiti, singulis Romanorũ ciuibus qui in urbe aderant, quinque & octoginta drachmæ Atticæ collatæ. Sed errorẽ esse numeri non dubiè affirmauerim: quippe idem Appianus septuagintaquinq; drachmas pro trecenis nummis dixit, ubi de Cæsaris liberalitate loquens, Singulis (inquit) ex populo minam unam Atticam dedit. De quo Trãquillus, Trecenos quoq; nummos, quos pollicitus olim erat, uiritim diuisit. Quo ex loco probari uidetur minam Atticam quinq; & septuaginta drachmarum fuisse: id quod apud Priscianũ legitur, quod tamẽ postea explicabimus. Sed interim centenariam minam intelligere oportet. Nunc igitur causam tenemus cur sestertia singula, mille nummos sestertios significent. nam duæ libræ,

Sestertia singula,

bræ, & selibra, seu (quod idem est) mnæ duæ & hemimnæon ducentas & quinquaginta drachmas ualent: quæ si quaternario multiplicẽtur, mille nummos efficiũt. Quomodo igitur sestertij dicti sunt nummi, quòd duos asses & semissem singuli ualerẽt, id est, dipondiũ & semissem æris: ita sestertia ex eo dicta sunt, quòd duas libras singula & selibram argenti ualerent. Ita factum ut quadringenta sestertia, & quadringenta millia sestertiũm nummorum antiqui pro eodem ac sine discrimine significatus dicerent. Verùm id adnotandũ, quòd libram nunc & minam centenarias intelligimus, indifferenter utẽtes: quod pondo etiam identidem appellatur. Plin. lib. x x i. Mna, quam nostri minam uocant, pendet drachmas Atticas cẽtum. Quo in loco Hermolaus, mnam (inquit) libram, minam, pondo, pro eodem nostri dicunt, ut Græci μνᾶν, λίτραν, ὁλκὸν. quod dictum ut non usquequaq; uerũ est, ita in re nummaria libram & minam pro eodẽ ferè usurpari deprehendimus, uix ut differentiã animaduertere possis, quãlibet obserues accuratè & Latinos & Græcos. idq; cum ex eo uidetur quod de sestertijs diximus, tum uerò ex sequentibus magis comprobabitur. ὁλκὴ autem interdum pondus significat, ut cum Dioscorides dicit, ὁλκὴ ζιωβόλου, pondus trium obolorũ. aliquando drachmam, ut apud eundem Dioscoridem idẽtidem. Drachma igitur non modò pondus denarij Romani, sed etiã nummum significat eodẽ põdere percussum ab Atheniẽsibus, quod præter auctorũ exẽpla etiã uersus illi significant,

In scrupulis ternis drachmam, quo pondere doctis
Argenti facilis signatur pondus Athenis.

Ventum iam esse ad locum præcipitem, horrore quodam animi sentio, instantis & proximi periculi magnitudinẽ

millia singula nummorum significant.

Quadringẽta sestertia & quadringẽta millia sestertium nummorum.

Libra mina põdo pro eodem ponuntur.

ὁλκὴ

Drachma.

reputantis. hoc est enim caput eius rei quam agimus, hîc cardo totius operis, hæc denique alea ancipitis incepti, ut ostendere aggrediamur uel demonstrare potius, quid inter sestertia centum, & sestertiũ centies interſit. trãsitus omnino & lubricus & abruptus, ut aut in barathrũ quoddam errorum præcipitaturus sim, si in eo quicquam titubauerim: aut tenorem inoffensum seruare commentitio hæc nequeat, si inibi uel tantulum à ueritate deflexerim. Cum alioquin ita sit hoc opus coagmentatum, ita ex sese tractatus hic aptus, nulla ut ferè pars conuelli citra compaginis ipsius dissolutionẽ possit. Ac mihi quidẽ audendum omnino erat, & eorũ exẽplo periclitandum, qui res magni discriminis antea susceperunt, si non etiam ea esset huius libri ratio, ut genium nullum (ut dicitur) habiturus sit, nisi multarum ætatum & auitarũ præcipuè placita deleuerit, ut si (quod abominor) propositi compos nõ euaserim, designatoris ridiculi atque temerarij opinionẽ subiturus sim. Sed quid agas ubi eò iam peruicaciæ uentum est, ut & moderari tibi nequeas, & consulere integrum non sit? Quum eorum occursum uitare non possis, quibus hoc fãcturũ te receperis, nisi si tibi publico interdixeris, id est, nisi domesticum tibi conscieris exilium, aut abstrusum secessum & lucifugũ? Agedũ ab stupore animi rursus inferuescamus, & stylum iam languentẽ ad reliqua suscitemus. Audeamus deniq; primi (quando eò uentũ est) affirmare, homines doctissimos, quibus alioquin omnia propemodũ debemus, toto (ut aiunt) cælo, id est, centuplicatò errasse. Iamprimũ Cicero in Prætura urbana, Dio quidã fuit Halesinus, qui cũ eius filio Prætore Sacerdote hæreditas à propinquo permagna uenisset, nihil habuit tũ neque negotij, neq; controuersiæ. Verres simul ac tetigit

Quid inter sestertia centum & cẽties sestertium interſit.

ac tetigit prouinciã, statim Messanã literas dedit, Dionẽ euocauit, calũniatores ex sinu suo apposuit qui illã hæreditatem Veneri Erycinæ cõmissam esse dicerent. Hac de re ostendit seipsum cogniturum. Possum deinceps totam rem expedire, deinde ad extremum id quod accidit dicere, Dionem sestertiũm decies centena millia numerasse ut causam certissimam obtineret. Hoc cum dicat Cicero in Prætura urbana, quæ secunda est in Verrem actio, idẽ in tertia actione hoc crimen repetens ita inquit, Simul atque è naui egressus est, dedit operam ut Halesinus ad se Dio continuò ueniret. Hic est Dio, Iudices, nunc beneficio Quinti Metelli ciuis Romanus factus, de quo multis uiris primarijs testibus, multorumq; tabulis uobis priore actione satisfactum est sestertium undecies numeratum esse, ut eam causam in qua ne tenuissima quidem dubitatio esset, isto cognoscente obtineret: ita sester. undecies Q. Dionem, quòd hæreditas ei obuenisset, nullamq; aliã ob causam, perdidisse. Ex horũ locorũ collatione intelligimus, quod decies centena millia sestertiũm dixerat in secunda actione, hoc in tertia undecies sestertiũ dixisse: quanquam in illa non decies centena, sed undecies legendum est, uel utrobiq; decies. Quare decies sestertium nõ decem sestertia significat, sed mille potius, hoc est decies centena millia: summa scilicet centuplicata. Quòd autem undecies sestertiũ amplior sit summa quàm quadringenta sestertia, ex eadem oratione liquet. Sequitur enim statim post illud Dionis crimen, & aliud, quod his uerbis prosequitur, Accipite aliam in minore pecunia non minus impudentem calumniam. Sosippus & Epicrates fratres sunt Agrigentenses. horum pater abhinc duo & uiginti annos mortuus est: in cuius testamento quodam

Ciceronis locus.

loco

loco si commissum quid esset, mulcta erat Veneri. ipsos xx. annos, cum tot interea prætores, tot quæstores, tot calumniatores in prouincia fuissent, hæreditas ab ijs Veneris nomine petita non est: causam Verres cognoscit per Volcatium: pecunias accepit ferè ad sester. quadringẽta millia ab duobus fratribus. Quadringenta sestertia Cicero minorem pecuniã decies uel undecies sestertio appellauit. Quare iam ferè planum factũ est decies sestertiũ, quadraginta partibus plus esse decẽ millibus sestertiûm. Et rursus statim infra, Quæ uis erat Volcatio tanta, ut sester. quadringenta millia duobus hominibus auferret? Ecquis Volcatio, si sua sponte uenisset, unam libellã dedisset? at ego amplius dico: sestertiũ quadringenties accepisse te arguo contra leges. Ex his uerbis liquidò apparere potest quadringenties sestertium longè ampliorem summam esse quàm sestertia quadringenta, cum omnia Verris furta quadringenties sestertiũ æstimauerit, quæ innumera & incredibilia ab eo recensentur, ab uno enim homine, uno nomine, uno furto decies centena sestertia accepisse dicit: à tota autẽ Sicilia triẽnio & uarijs furtorũ, expilationũ, rapinarũq; nominibus quadringẽties sestertiũ (tanquã rem fidem excedentẽ) abstulisse oratoriè uociferatur. tanti enim æstimari uoluit litem repetundarũ Verri ob iurisdictionis furta, ob negotia faceßita, ob improbas dinundinationes, ob interuersas pecunias in frumento imperando, in locandis decimis frumenti, & ob expilationes publicas priuatasq; signorum æreorum, & uasorum argenteorum: quæ crimina inusitata esse uidentur, & fidem excedentia ijs qui accusationes illas perlegunt. Quare ipse Cicero primam accusationem ita claudit, Dicimus C. Verrem, cũ multa libidinosè, multa crudeliter

Quadringenties sestertiũ.

deliter in ciues Romanos atque in socios, multa in deos hominesq; nefariè fecerit, tum præterea quadringenties sestertium ex Sicilia contra leges abstulisse. sic enim legit Asconius Pedianus, quãquam in exẽplaribus CCCC. sestertia legitur etiam manu scriptis. Quapropter admirari hic subijt id quod Plutarchus de hoc scripsit his uerbis, οὕτω δὲ τὴν βέρρου καταδικασθέντος, ἑβδομήκοντα πέντε μυριάδων τιμησάμενος τὴν δίκην ὁ κικέρων, διαβολὴν ἔσχεν ὡς ἐπ' ἀργυρίῳ τὸ τίμημα καθυφειμένος. Hac ratione Verre damnato, crimini datũ est Ciceroni quòd in litis æstimatione præuaricatus esset pecunia corruptus, ut qui quinq; & septuaginta myriadibus litẽ eam æstimasset. id perinde est ac si tricies sestertium dixisset. & hic myriades drachmarum intelligendũ, quæ tricies centena mill. sestert. ualent. Quare conijcio diu post exilium Verris Ciceronẽ orationes emendauisse, ut interdũ moris erat domi orationes limare & cõficere, ut ex Cicerone eodem intelligimus in Catone, apud quẽ Cato ipse ita inquit, Septimus mihi liber Originum est in manibus. omnia antiquitatis monumenta colligo. causarũ illustriũ quascunq; defendi, nunc quàm maximè cõficio orationes. & ex Plinio Iuniore in Epistolis. Existimo tamẽ potius apud Plutarchum ita legendum, τριακοσίων ἑβδομήκοντα πέντε μυριάδων. ut sit centies quinquagies sestertiũ. fortasse etiam maior summa errore librariorũ deest. Quod autem in diuinatione legitur, Sicilia tota si una uoce loqueretur, hoc diceret, Quod argenti, quod auri, quod ornamentorum, in meis urbibus, sedibus, delubris fuit, quod in unaquaque re beneficio Senatus populiq; Romani iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti: quo nomine abs te sestertium millies ex lege repeto. Hoc (inquit

Cicero ab accusationem Verris male audiuit.

Orationes domi emẽdabãt.

(inquit Asconius) per auxesim dictum est. Cicero enim postea hanc summam ad quadringenties contraxit, ut in multis locis repetit. Idem Cicero in eundē Act. 3. Heraclius est Hieronis filius, Syracusanus, homo in primis domi suæ nobilis, & ante hunc prætorē uel pecuniosissimus Syracusanorum, nūc nulla alia calamitate nisi istius auaritia atque iniuria pauperrimus. huic hæreditas facilè ad sestertium tricies uenit testamento propinqui sui Heraclij. plena domus cælati argēti optimi, multæq; stragulæ uestis, pretiosissimorumq; mancipiorum. erat in sermone, magnam Heraclio pecuniam uenisse: non solùm Heraclium diuitem, sed etiam ornatum supellectile, argento, ueste, mancipijs, futurū. Et inferius, Posteaquā (inquit) damnatus est absens Heraclius, non solum illius hæreditatis de qua ambigebatur, quæ erat tricies sestertium, sed omnium bonorū paternorū ipsius Heraclij (quæ non minor erat pecunia) palæstræ Syracusanorū, hoc est Syracusanis, possessio traditur. Et rursus inferius: Verùm est illud præclarum, Syracusani qui præfuerāt his Heraclij bonis uerbo redigendis, re dispertiendis, reddebant eorū negotiorū rationem in Senatu: dicebant scyphorū paria complura, hydrias argenteas, pretiosam uestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse: dicebant quantum cuiq; eius iussu nummorū esset datum. gemebāt Syracusani: sed tamē patiebantur. Repētè recitatur uno nomine sestertiūm ducenta quinquaginta millia iussu Prætoris data. fit maximus clamor omniū. Et paulò pòst de pecunia illa reddita à Verre loquens, Numerantur illa ducenta quinquaginta sestertia Syracusanis. Non'ne ex hoc loco patet clarissimè, ducenta quinquaginta sestertia, hoc est ducenta quinquaginta millia sestertiūm nummorum

morum particulam unam esse tricies sestertij? Quippe tricies sestertium significat tricies centena millia sestertiūm nummorum: quomodo & illud Suetonij Tranquilli in Augusto, Senatorum censum ampliauit, ac pro octingentorum millium summa duodecies sestertiūm taxauit, id est, duodecies centena millia sestertiūm. quod cum in omnibus exemplaribus legeretur, Antonius Sabellicus uir alioquin diligens & doctus emendasse se gloriatur, ut suprà dictum est, & pro duodecies sestertiūm, duodecies centies legendum esse contendit: cui etiam adstipulatus est Philippus Beroaldus, itidē ipse doctus, ac multæ lectionis: ambo nihil in ea re uidentes. Hoc & ex eodem auctore alio loco ostendi potest in Othone, Sperauerat (inquit) fore ut adoptaretur à Galba: idq; in dies expectabat. sed postquam Pisone prælato spe decidit, ad uim conuersus est, instigante super eum dolorem etiam magnitudine æris alieni. neq; enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse: nihilq; referre, ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet. ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispēsatione decies sestertiūm expressérat. hoc subsidium tanti cœpti fuit: ac primò quinque speculatoribus commissa est res, deinde decem alijs, quos singuli binos produxerāt. omnibus dena sestertia repræsentata, & quinquagena promissa. per hos solicitati reliqui. Insignis erat ille locus ad animaduertendā differētiam inter dena sestertia, & decies sestertiūm & tamē ibi quoq; Sabellicus decies sestertiūm dena sestertia interpretatus est, conniuēte Beroaldo. Si enim quindecim speculatoribus dena sestertia repræsentata, hoc est singulis decem, iam centū quinquaginta sestertia fiūt: & si quinquagena promissa, hoc est singulis quinquaginta:

Duodecies sestertium, census Senatorius.

Decies sestertium, & dena sestertia.

septing

septingenta quinquaginta in summa fiunt, quæ simul iuncta nongenta millia sestertiûm faciunt. At Tranquillus dicit decies sestertiûm subsidium tanti cœpti fuisse, id est inuasionis imperij Romani. Iam igitur effectũ habemus, decies sestertiûm non minus esse nongentis sestertijs. Martialis in primo Epigrammatum.

Millia pro puero centum me mango poposcit,
Risi ego, sed Phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet & queritur, dolet hoc mea mentula mecũ,
Laudaturq; meam Phœbus in inuidiam.
Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo
Bis decies: hoc da tu mihi, pluris emam.

Calderinus uir ingeniosus bis decies sestertiûm, x x. sestertia interpretatur, corrupto sensu epigrãmatis: cuius dubio procul huiusmodi sensus est, non mirũ esse si Phœbus puerum centum sestertijs licitatus esset, quanti Martialis emere non potuerat: quippe qui uicies cẽtena millia sestertiûm ex quæstu collegisset, hoc est uicies tantũ quãti puerum mercatus erat. alioquin sensus erit absurdissimus. Cicero. x i i i. Epist. ad filiũ scribens, Titi Pinnij filio mirè erudito, studioso, & modesto, pecuniã Nicæenses gradem debent, ad sestertiûm octogies: &, ut audio, in primis uolũt ei soluere. Ibi interpres epistolarum, sestertiũ (inquit) pro sestertiorũ ponitur, & subauditur millia, id est, ad octoginta millia sestertiûm. Elegãter autem in his sermonibus ponũt oratores & poëtæ aduerbia pro nominibus: ut, debes decies sestertiûm, quadragies sestertiûm, & sic in cæteris, & utuntur genitiuo syncopato in nominibus nummorũ. Dicimus etiam hoc sestertium, & hic sestertius. Hactenus ille. Ego autem octogies sestertium, octogies centena millia sestertiûm significare

ficare affirmo: & grandẽ ob id pecuniã à Cicerone dictam. Hoc etsi ex prædictis satis confirmatũ uidetur, non tamen scrupulo carebit, ut uideo si enim hoc uerum est (dicet aliquis circunspectus obseruator) quonam modo intelligi illud potest quod apud Tranquillum in Vespas. legitur, Sed & in funere Fauo archimimus personã eius ferens, imitansq; (ut est mos) facta ac dicta uiri, interrogatis palàm procuratoribus quãti funus & pompa constaret, ut audiuit sestertium centies, exclamauit, centũ sibi sestertia darent, ac se uel in Tyberim proijcerent? Hic locus (ut arbitror) Tranquilli interpretes fefellit, ut idem esse putarent sestertium centies, & sestertia centum: quẽ tamen corruptum esse necesse est intelligere ex ijs quæ antè demonstrauimus. Vtrobiq; autem sestertium centies legendum esse argumentis probari non leuissimis potest. Nam præterquam quòd ueritati non congruit ut funus imperatorum cẽtum sestertijs æstimaretur, quum Nero imperatorum omnium flagitiosissimus, qui destitutione conterritus, pugione sese interemerat, furtim raptimq; à libertis sepultus, bis tantidem funeratus sit, de quo idem Tranquillus, Funeratus est (inquit) impensa ducẽtorum millium, stragulis albis auro intextis quibus usus calendis Ianuarijs fuerat. reliquias Ecloge & Alexandria nutrices cum Acte concubina, gentili Domitiorum monumento condiderunt. Cũ igitur id simile ueri non sit, ut poëta mimographus Vespasiani funus, ut deparci principis, ita optimi, centũ millibus nummorũ æstimarit, cũ princeps nequissimus ante eum Nero ducentis funeratus fuisset: tũ uerò sapientis poëtæ non fuisset, tam licenter illudere fastigio principali, ut ob paruam pecuniã eousq; commotũ fingeret, ut uel in Tyberim se abijci præoptaret, quàm Tranq. locus.

tantula pecunia funerari. Eodē igitur errore apud Tranquillum centum pro centies scriptum est librariorū temporumq; uitio, quomodo apud Ciceronē in actione prima in Verrem quadringenta pro quadringenties, ut suprà diximus: & apud Plinium non semel idem error deprehenditur, ut infrà ostendetur. Maioris est illud anxietatis, quod apud Plutarchum in Antonio legitur his uerbis, Antonij munificentia unū exemplum narrabo. Cuidam ex amicis dari iusserat millia uigintiquinq;. hoc Romani decies appellant. procuratore autem admirante, & ut magnitudinem donationis ostenderet, in cōspectu eius pecuniā depromēte rogauit Antonius quid hoc esset: illo autem respondente eam esse pecuniam quā dono dari iussisset, conspicatus hominis improbitatē, Equidē (inquit) arbitrabar ampliorem pecuniā decies sestertium continere. hoc uerò parum est, itaq; tantundem superadde. Sic in Plutarcho latino facto legitur, & ille locus uno in loco ab Antonio Sabellico citatur, & ab Roberto Vulturio in libro de re militari, & ab alijs itidem, qui de re nummaria scribētes, locum eum uere traductum existimauerunt: cuius tamen sensus pugnat cum eo quod omnes de sestertijs censuerunt. nam cū illi omnes concordi errore decies sestertium decē sestertia significare dixerint, Plutarchus, si locus ille non mendosus est, uigintiquinq; significare dixit. Ego cum in eo quod tuendū suscepi, pertinaciter hæream: poßim fortasse, si alium exitum rei nō inueniā, uel in hanc præcipitem defensionem erumpere, ut dicam Plutarchum hominem Græcum in Romanorū consuetudine falli nonnihil potuisse. Sed cum ueritatē tueri alia uia poßim, temerarium omnino esset, & inscitiæ plenum, futili uti umbone, & è medio sumpto, auctoris tanti

Plutarchi locus.

eleuata auctoritate, præsertim cū eius testimonio ut graui & irrefutabili usurus sim in sequentibus. Proinde eū Plutarchi locum accuratè mihi anxieq; uersanti, hoc etiā in mentem uenit, posse me & hoc quoq; eius dicto uti ad confirmandum id quod dixeram, & id quod mihi objici potest, in meā rem uertere. Primum igitur hoc dico, consentaneum ueritati nō esse, uigintiquinq; millia nummūm magnificā donationē à Plutarcho dictam esse præsertim eius imperatoris qui bonam partem imperij Ro. teneret, & in suos usus uerteret, ut infrà ostendemus. Paruā autem esse eam summam interim saltē ex eo liquebit, quòd Martialis puerum amasium cētum millibus emptum esse in eo epigrammate scribit, quod suprà retulimus. Deinde hoc dico, hunc errorem ex eo inualuisse, quòd hæc uerba quāuis mendosa, ueritati tamē magnopere alludūt. Quomodo enim sestertius duos & semis asses ualet, & sestertia singulas duas libras & selibram, ut antea docuimus: sic illud genus tertiū sestertij duo millia & quingentos nummos ualere posse uidebatur. Quare pulchrè ratio quadrare uidebatur, ut decies sestertium uicenaquina millia ualeret. Ego autem cū dixerim eius generis sestertium centum millia ualere, quod alij singula millia ualere dixerunt, sed apud Plutarchum tamen pro binis millibus & quingentis legi, (sic enim inquit Sabellicus) inuenienda ratio est, & quidem huic loco consentanea, quæ hunc scrupulum lectori eximere planè poßit. ut autē hoc fiat, necesse est accedere in singulas sestertij huius unitates nouagintaseptem millia & quingentos nummos. hoc uero pulchrè fiet si ita apud Plutarchum legamus, Cuidam ex amicis dari iusserat uigintiquinque myriadas drachmarū. Singulæ myriades, dena millia drachmarū, id est, de- Locus Plut.

nariorum ualent: quæ quinquies & uicies multiplicata, ducenta quinquaginta millia denariorum faciunt, quæ summa rursus quater ducta, cum quilibet denarius quaternos sestertios ualeat, mille sestertia efficit, id est decies centena millia sestertiûm. sic à Plutarcho Græcè scriptum esse aliquãdo ne dubitarẽ, antequã scilicet Plutarchi historiæ æreis formis editæ essent, fecit mos aliorum Græcorum, ipsiusq; Plutarchi, atq; ipsa rei ueritas, quã consertis manibus retentanti mihi, nec mendæ librariorũ eripere, nec errores interpretationũ possunt. argumento erit ille locus eiusdem Plutarchi in Galba, ὅλοκῆ δὲ μηδ' ἂν ὠδί τοῖς ἰδίοις μόνον ἐλέσθαι τὸν Ὄθωνα κληρόνομον, ἀκόλαστον ἰδιώτην καὶ πολυτελῆ, πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον, Videtur autem Galba Othonem ne in priuato quidem patrimonio successorem sibi destinasse, ut quem sciret & uitæ incontinentia luxuq; præditum, & insuper ære alieno mersum ad quinq; millia myriadum. Hoc ut rectè interpres quinquagies decies centena millia colligit, quod quidem ad numerũ reddendum attinet: sic ego latinè & usitatè quingenties sestertium uerterem, ita tamen, ut myriadas nummorũ intelligamus: quod genus loquendi assequi nemo recentiorum potuit. quæ causa est ut in libris è Græco uersis alias prorsus summas legamus quàm in libris antiquis Latinorum, ut apud Appianum idẽtidem, & apud Orosiũ uno in loco mox uidebimus: qui cum supra mille annos fuerit, priscum tamẽ morẽ non tenuit. Eum autẽ morem Græcorum fuisse, ut non per numerum nummorũ, nec per sestertia, sed per myriadas drachmarũ, omnes summas pecuniæ memoriæ traderent, duntaxat de Romanis scribentes, ex dicẽdis constabit, cũ eorũ auctoritatibus utemur.

Quingenties sestertium.

Sed

Sed & de hoc more loquẽdi libro III. uidebimus ex Demosthene. Cum autem post primam huius libri editionem legere mihi historiam Græcã eiusdem Plutarchi contigit, recens ex officinis Transalpinis publicatam, certam iam fidem habere cœpi eius quod cõiectura exacta antea collegeram. sic enim eo in loco historiæ legitur, τῶν φίλων τινὶ μυριάδας ἐπιδοῦναι τέτταρας καὶ εἴκοσι δοθῆναι, τέτταρα ἑκατοντάδας λέγεσι καλεῖν. Amicorum cuidam myriadas quinque & uiginti dari iusserat: hoc Romani decies appellant. Quanquam autẽ per ea quæ hactenus dicta sunt, satis demonstrasse uideri possim, quid sestertium decies à sestertijs decem differat, & ea quæ occurrere poterant dubia dissoluisse: iamq; (ut arbitror) lectores cum ad hũc locum accurata intentione legendo peruenerint, fidem dictis nostris accommodare non dubitaturi sint, ulteriorẽq; nobis probationem remissuri, quod ad hoc quidem attinet: hanc tamen in me legem ultro ferre planeq; sancire hoc in opere statui, ut nunquam perfunctius pollicitatione uidear, nisi ita omnia perspicua fecero, ut negare omnino quisquã ea quæ demõstrauero, citra improbitatem nequeat. Vt hoc autem efficere possim, utar rursus Ciceronis auctoritate, qui in Actione III. in Verrẽ, cũ multa Verri furta obiecisset per totam eam orationem, ad extremum uelut summam criminũ exaggerans, unius tantũ oppidi furta ac paucorum mensiũ colligere statuit, ut de uniuersis pecunijs per iniuriã ablatis documentum coniecturamq; daret. Ait igitur se publicanorũ tabulas conquisitas obsignasse, & ad iudiciũ illud Verris attulisse, ut ex perscriptis sub nomine Prætoris nauium commeatibus, constare iudicibus ratio posset earum merciũ quas Verres tũc Siciliæ Prætor in Italiã deportãdas curasset.

Locus Verrinæ tertiæ Ciceronis.

Eius igitur hæc uerba sunt circa finem orationis, Cum hæc paucorum mensium ratio in his libellis sit, facite ut uobis triennij totius ueniat in mentem. sic contendo, ex his paruis libellis apud unum magistrũ societatis repertis, uos iam coniectura assequi posse cuiusmodi prædo iste in illa prouincia fuit: quàm multas cupiditates, quàm uarias, quàm iufinitas habuerit: quantam pecuniam non solùm numeratam, uerùm etiam in huiuscemodi rebus positam confecerit, quæ uobis alio loco planius explicabuntur. nunc hoc attendite: His exportationibus quæ recitatæ sunt, scribit sestertia. LX. socios perdidisse ex uicesima portorij Syracusis. Pauculis igitur mensibus, ut hi pusilli & contempti libelli indicãt, furta Prætoris quæ essent sestertiũ duodecies, ex uno oppido solo exportata sunt. Nego quenquam esse acutum ac perspicacem lectorem, qui post hæc uerba Ciceronis dubitare potuerit de eo quod adstruimus. quod ut omnibus etiam crassioris Mineruæ lectoribus planũ fiat, paucis uerbis rem explicabo. Cum enim affirmet Cicero societatem publicanorum ex uicesima portorij sexaginta sestertia, id est sexaginta nummorum millia, ideo perdidisse, quòd Verres immunes merces tanquam prætorias nec tamen improfessas transportabat, & ex eo colligat furtiuas merces ad sestertium duodecies ex uno oppido abstulisse: certo iam certius habeo sestertium duodecies, mille ac ducenta sestertia significare. si enim sexagenarium uicenario multiplicaueris, mille & ducenta fient in summa. atqui Cicero furtorum summam à portorio uicesimæ probare facilè potuit. Si ergo uicesima pars sestertij duodecies, sexaginta sestertia esse ab eo dicitur, necessario sestertium duodecies, mille ac ducenta sestertia eodem auctore erit. Hoc etiam post Ciceronem Martialis libro primo Epigrammatum docere his uerbis potuit,

Si ded

Si dederint superi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques:
Qualiter ô uiuam, quàm largè, quamq; beatè!
Riserunt, faciles & tribuere dei.
In ius ô fallax atque inficiator eamus,
Aut uiue, aut decies Scæuola redde deis.

Sic enim & ipse & alij poëtæ loqui solent sine adiectione sestertij: ut idem ad Calenum,

Non plenum modò uicies habebas,
Sed tam prodigus atque liberalis,
Et tam lautus eras Calene, ut omnes
Optarent tibi centies amici.

Vbique enim sestertium subintelligendum. Et in tertio,

Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducentis,
Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens.
Collatum est decies: rogo, non potes ipse uideri
Incendisse tuam Tongiliane domum?

Nec poëtas modò decies absolutè, sed etiam prosa oratione loquentes solitos esse dicere Plutarchus in loco supradicto docet, ἐγὼ πλεῖον ὤμην, ἔφη τὸ δεκίες εἶναι. Docebunt & auctoritates priscæ quæ à nobis sparsim in sequentibus citandæ sunt. Verùm Martialis apertè docet decies sestertium maiorem multo pecuniam esse sestertijs ducentis: quo in loco Calderinus non ducenta sestertia, sed ducentos nummos ridiculo errore intellexit. sic enim ducenta absolutè dicuntur à Martiale, ut à Iuuenale quadringenta in 1. Satyra,

-Sed quinque tabernæ Quadringenta parant-

id est censum Equestrem. Et in quartadecima,

Sume duos equites, fac tertia quadringenta.

Oratores plerũq; adijciunt ſeſtertiũ. Rurſus Martialis,

Dederas Apiti bis trecenties uentri,
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum.

Quo in loco Calderinus, Apitius (inquit) habebat ſeptingenta millia: ſex conſumpſerat iuxu: & cum adhuc centum ſupereſſent, ueritus ne non poſſet explere gulam ea pecunia, uenenum bibit. Centies ille pro centum millibus intellexit, cẽtuplicatò ſcilicet (ut alij omnes) falſus. Martialis enim centies centena millia intellexit, id eſt, centies ſeſtertiũ. Ortus eſt enim apud antiquos ille loquẽdi modus ex compendio ſermonis. Nam cum primũ dicerent centies centena millia ſeſtertiũm nummũm, poſtea uſus obtinuit, ut compendiosè centies ſeſtertium dicerẽt: quem loquendi modum nonnulli recẽtioris memoriæ ſcriptores non percipiẽtes, centies talentũ protulerũt, quaſi ſeſtertium rectus aut accuſandi caſus ſit, & non potius genitiuus. Poẽtæ autẽ & alij interdum ſcriptores cõpendium illud iterum contrahentes, non centies ſeſtertium, ſed centies tantum dicunt, ut in exemplis ſuprà ſcriptis, ſubintelligi uolentes centena millia ſeſtertiũm: ut in illo Martialis Epigrammate in ſecundo libro,

Centies ſeſtertium, compendioſa locutio.

Illa dies mortua eſt Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Decies enim cẽtena millia intelligẽdũ: ut apud Iuuenalẽ,

Et ritu decies centena dabuntur Antiquo

Quam magnam eſſe pecuniam ex Horatio in primo Sermonum intelligimus,

_Decies centena dediſſes
Huic parco, paucis contento, quinq; diebus
Nil erat in loculis_

Aſconius quodam in loco, Luſcius notus Centurio Syllanus

nus, dies è uictoria factus, nam amplius centies poſſederat. Cæterùm ex obſeruatione antiquorum didici, nunquam infra denarium numerum ſic eſſe eos locutos, ut dicerent ſepties uel octies uel nouies ſeſtertium: ſed intra denarium per millia uel ſeſtertia loqui ſolitos. Cicero libro. 1. Epiſt. ad Atticum, Lucio Cincio ſeſtertia nongenta pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curaui. Et pro Cluentio, Initio permagnam pecuniam popoſcit, pòſt ad id peruenit quod confici potuit, & ſeſtertia ſexcenta quadraginta millia deferri ad ſe domum iuſſit. Idem, Sedecim dico Iudices, ut Oppianicus abſolueretur, corrumpendos fuiſſe: ad Stalenum ſexcenta & quadraginta millia nummũm eſſe delata. Et ad Ruffum ſcribens in quinto Epiſt. Nam de ſeſtertijs nongentis millibus certè ita relatum eſt, ut tu ſiue frater tuus referri uoluit. Supra decem per aduerbium et genitiuum antiqui ferè locuti ſunt, ut in exemplis omnibus ſuperius adnotatis. Non me latet apud Plinium lib. x x x v i. ad ſeſtertia mille legi, & ſeſtertijs mille ducentis: ſed uetuſta lectio non adſtipulatur impreſſis libris. Tranquil. in Cæſ. Seruiliam Bruti matrẽ ante alias dilexit, cui & proximo ſuo Conſulatu ſexagies ſeſtertium margaritam mercatus eſt. Sic Plin. lib. i x. de Lollio, Vt neptis eius quadringẽties ſeſtertiũ operta ſpectaretur ad lucernas. In quibuſdam tamen exemplaribus ſeſtertio legitur. Trãq. in Caligula: Nota res eſt, Aponio Saturnino inter ſubſellia dormitante, monitam præconem ne prætorium uirum crebro capitis motu nutantem ſibi, præteriret: nec dicendi finem factũ, quoad. x i i i. gladiatores ſeſtertium nonagies ignoranti addicerentur. Quo tamen in loco non dicendi ſed licendi lego contra fidem exemplarium, id eſt, licitandi in auctione. Verùm ſeſtertium

Mos loquendi priſcorum.

Suetonij locus.

tium in superioribus exemplis gignendi casu dicitur, ut apud Cice. in Verrem act. prima: Cognosceret ex me populus Ro. quid sit quod iudicijs ad Senatorium ordinem translatis, sublataq; populi Romani in unumquẽque nostrum potestate, Quintus Calidius damnatus dixerit, minoris sestertium tricies prætorium hominem honestè non posse damnari. Quæ uerba licet notis scripta sint in libris impressis, Asconius tamen ita legit. In quo more loquendi (ut suprà dixi) aliquid subaudiendum facilè intelligimus, ut sit integrum, hominem prætorium damnari minoris tricies centenis millibus sestertiûm. & quoad. XIII. gladiatores nonagies centenis millibus sestertiûm addicerentur Saturnino dormitanti. Sestertiûm enim per syncopam pro sestertiorum dicitur, ut auctor est Cic. in Oratore perfecto. Frequentius tamen per ablatiuum legitur, ut Tacitus lib. XVI. Cladem Lugdunẽsem quadragies sestertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponeret. Plinius ad Caluisium lib. III. Epist. Vt scias quanti uideantur posse emi, sestertio tricies: non quia nõ aliquãdo quinquagies fuerint: uerùm ex hac pœnuria colonorum, & temporis iniquitate, ut redditus agrorum, sic etiam pretium retro abijt. Tricies sestertio pro tricies centenis millibus dixit Plinius: tametsi uir alioquin & doctus & diligens, opinione inueterata omnium enarratorum ductus, triginta millibus id uerbum interpretatus est. Valerius lib. IX. de Cneo Domitio & L. Crasso loquens, Quẽ cum continuò Crassus quanti ipse domum suam æstimaret, interrogaret, atque ut respondit sexagies sestertio: Quo ergo eam (inquit) minoris fore æstimas, si decem arbusculas inde succidero? Ipse tricies sestertio, inquit Domitius. Apud Ciceronem in Philip. II. sestertij in genitiuo

Sestertio.

Sestertij.

nitiuo legitur, Syngrapha sestertij cẽties per legatos uiros bonos, sed timidos & imperitos facta in gynæceo. Sic apud Tacitum lib. XII. Fixum est ære publico Senatusconsultum quo libertinus sestertij ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur. Idem, Eodem oratore Bononiensi Coloniæ igni haustæ subuentum est centies sestertij largitione. In Tranquil. semel omnino legi, ubi in Tyberio sic inquit, Publicè munificentiam bis omnino exhibuit, proposito millies sestertio gratuito in triennij tempus. Illud apud Tacitum aut mendosum est, aut insolens, Bis & uicies mille sestertium donationibus Nero effuderat. Millies enim lego, non mille. Liuius poëtarum more absolutè dixit libro octauo de bello Maced. In L. (inquit) Scipione malim equidem mendum quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atq; argenti, & potius quadragies quàm ducenties quadragies litem æstimatam, eò magis quòd tantæ summæ rationẽ etiã ab ipso requisitam P. Scipione in Senatu tradũt, librumq; rationis eius cum L. fratrem afferre iussisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus compressisse, indignatum quòd cum bis millies in ærarium retulisset, quadragies ratio ab se poscceretur. ubi tamen non compressisse, sed concerpsisse lego. Sic Cicero in frumentaria, Sic per triennium ad hanc frumenti emptionem centies & tricies erogatum est. Illud Plinij ad Caluisium in quinto Epist. An cui de meo sedecies contuli, ita lego. An cui de meo sestertiûm decies contuli, huic. CCCC. millia paulo amplius tertiam partem ex aduentitio denegem? Quadringenta enim sestertia, tertia pars est duodecies sestertiûm, & paulo amplior tertia parte decies sestertiûm, id est mille sestertiorum. Fuit autem cum existimarem omnino ita loquend

Tacit. lo.

Liuij lo.

Plinij locus.

quendum esse, ut post aduerbium semper genitiuum plu-
ralem subiungeremus, hoc modo qui suprà relatus est,
Hominem prætorium minoris sestertiûm tricies damna-
ri non posse. &, Sexagies sestertiûm margaritam mer-
catus est. & apud Cornelium Nepo. in uita Pompo. Tan
taq; fuit moderatione, ut neque in sestertiûm uicies quod
à patre acceperat, parum se splendidè gesserit: neque
in sestertiûm centies affluentius uixerit. Aliquamdiu
igitur ita loquendum arbitratus sum, quoniam sermo in-
teger hoc poscere uidetur, in quem contracta oratio sic
resoluitur, sexagies centenis millibus sestertiûm num-
morum margaritam mercatus est. Quare illum loquen-
Sestertio quadragies. di modum, Quadragies sestertio solatus est: &, Liber-
tinus sestertij ter millies possessor, iudicabam errore le-
gentium, librariorumq; ignorantia in exemplaribus in-
ualuisse. Aliter tamen nunc censeo, quum huiusmodi lo-
cutione, etsi contra rationem recepta, tamen libri ma-
gnorum auctorum scateant, quale illud Ciceronis in Sal-
lustium simile supradictis, Ne causam diceret, sester-
tio duodecies cum Censore paciscitur. uel cum Cæsare
potius, ut in antiquo legimus. Vnum in prætura urbana
locum notaui pluraliter enunciatum, hoc modo, Hinc
sestertiûm quaterdecies P. Tadio numerata Athenis,
testibus planum faciam. Quod sic resoluitur, Quaterde-
cies centena millia sestertiûm numerata. quæ auctoritas
omni refutatione maior mihi uisa est. Contra tot tanto-
rumq; scriptorum auctoritatem mouere nos non potest
Lampridij dictum in Heliogabalo, Nunquam minus se-
stertijs centum cœnauit, hoc est argenti libris triginta.
aliquando autem tribus millibus sestertijs cœnauit, omni-
bus supputatis quæ impendit. Antiqui enim scriptores
non

non tria millia sestertia, sed tricies sestertiûm dicebant.
Inter classicos autem scriptores nec Lampridius, nec
Spartianus, nec Capitolinus numerari meruerunt. Au-
sim enim affirmare rarò antiquos ultra mille sestertia
scripsisse: ac nescio etiam an rarissime mille dixerint: quo
modo nunquam aduerbijs usi sunt infra denarium nume-
rum. alioquin ambiget sermo inter singulos mullenosq;
nummos. Quî enim minus intelligas his Lampridij uer-
bis Heliogabalũ tribus millibus nummûm cœnauisse, qua-
ter millies millibus, id est tricies centenis millibus? & ta-
men Lampridius plus omnino centenis millibus dicere
uoluit, id est centenis sestertijs. alioquin etiam parum la-
tinè dicitur tria millia sestertia, & tribus millibus sester-
tijs, etiam si apud Ciceronem ita legatur pro Cluẽtio uel Ciceronis pro Cluentio locus.
in libris membranaceis. Stalenus sestertia sexcenta qua-
draginta millia deferri ad se domum iussit. & sæpe alibi
apud Columellam, Plinium, & alios: quæ mendosa esse
facilè conijcimus. nam & apud Ciceronem post alteram
ab eo loco chartam sequitur, sexcenta & quadraginta
nummûm millia ad Stalenum esse delata. Sic pro Rabi- Ciceronis pro Rabirio, locus.
rio, Quid uociferabere, decem millia talenta Gabinio es-
se promissa? ubi talentûm gignendi casu lego, quomodo
legendum esse apud Curtium ex membranaceo codice
admonitus sum. hic enim error uolumina passim iam olim
occupauit, errore librariorum, qui ea uerba numero-
rum quæ notis scripta erãt, uel una aut altera syllaba di-
midiata, integra transcripserunt, nec numerandi ratio-
nem antiquam, nec latinè loquendi tenentes. & alio-
quin sestertius nummus & sestertium genere neutro cali-
ginem multam legentibus offuderunt. Namut pro num-
mo sestertium in recto dictum sit, mihi persuadere non Sestertium.
possum,

possum, etiam si apud Festum Pliniumq; semel legatur. Sed ex collatione antiquorum uoluminum suspectum locum Plinij animaduerti. Vt autem usquequaq; priscã elegantiam, multa iam rubigine ignorantiæ exesam, ita reddamus interpolem, ut ex pristino nitore desiderari nihil possit, unum tantum locum Ciceronis ex Prætura urbana citabimus, qui ad hoc ostendendum cum præcedẽtibus satis erit: in qua oratione de rationibus Quæsturæ prouincialis relatis à Verre loquens sic inquit uerba ipsa rationũ referens, Accepi uicies ducenta. xxxv. millia, quadringentos. xvii. nummos. dedi stipendio, frumento, legatis, Proquæstori, cohorti Prætoriæ, sester. mille sexcenta. xxxv. mil. quadringentos decem & septem nũmos. reliqui Arimini sestertium sexcenta millia. Hoc est rationes referre? hoc modo aut ego, aut tu Hortensi, aut quisquam hominum retulit? Quæ uerba ex collatione Asconij contra fidem exemplarium emendauimus, & nisi hoc modo legantur, ratio expẽsi acceptiq; nõ quadrabit, quã necesse est quadrare si sensum Ciceronis percipere uolumus. Siquidem ille Verrem Carbonis Quæstorem pecuniam publicam auertisse criminatur, falsis ac commẽtitijs rationibus ad ærarium relatis. Eas autẽ commẽtitias hoc argumento probat, quòd acceptorũ expensorumq; paginæ ad nummũ quadrarint, ita ut nihil superfuerit reliquamenti: quod fieri uix potuit nisi in confictis rationibus. Cũ igitur pagina accepti uicies centena millia & ducẽta triginta quinque millia & quadringentos decem & septem nummos habuisset, Verres sestertia (ut ita dicã) mille & sexcenta. xxxv. quadringentos. xvii. nummos, uarijs nominibus expensa reip. tulit, & sexcenta sestertia Arimini deposuisse sese adscripsit, ne de residuis pecunijs teneri

Cicer. Io.

neri uideretur. Notandus est ergo loquendi modus antiquorum, Accepi uicies & ducẽta, hoc est bis & uicies sestertium, quod Cicero uel Verres potius dixisset, nisi minores illas summas addendas habuisset, id est. xxxv. millia quadringentos nummos. Notandũ tamen quòd sestertia mille sexcenta dixit pro sedecies sester. Verris uerba referens, quod rarum est, ut uicies ducenta, pro bis & uicies. Cæterùm illum Lampridij locum alioquin mẽdosum esse ex sequentibus apparebit, ut pro. xxx. libris CCL. legi debeat: nisi fateri malim Lampridij tempore priscum illum morẽ loquendi iam obsoletum fuisse, ut & ipsam linguam propè Latinam. Interim tamen hoc uelim lectores sibi persuadeant, ita me omnia percepta, probata, cõprehensa, perspicua, indubitata, demonstrata deniq; ac planè non controuersa relicturum, ut posthac referri earum rerum quæstio ex ijs scriptoribus nõ possit, qui secula sua stylo nobilitauerunt. Verùm eò iam progressa est commentatio, ut primus hic liber finem accipere commodè possit. Assis enim partiumq; eius significatus, atque eorum uerborum usum quàm latissimè patentem apud antiquos, exposuimus, ita ut nihil addi ad prædicta (ut existimo) possit, quin à nobis in sequentibus expectandum sit. Diximus quid sit sestertius, quid sestertia, quid sestertium cum aduerbijs numeralibus iunctum: usumq; eorum uerborum oratoribus & poëtis multipliciter usurpatum addidimus, omniaq; (ut opinor) eodem pertinentia, citatis, enarratis, interdumq; emendatis scriptorum auctoritatibus, quæ in ordinem dicendorum incurrere uidebantur. Hac igitur fine librum primum claudemus, ut hoc uelut interspiratu recolligere impetum ad secundum actum non minus argumentosum possimus.

Guliel

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, CONSILIARII REGII, DE Asse & partibus eius, liber secundus.

RESTAT pars immensi laboris in hoc libro explicanda. etenim prima illa opera quasiq; ærumna exanclata, demum quod actum erat, parum uideri cœpit, nisi & altera lucubratio ei haud dubiè connexa & uelut è uestigio sequens, instauraretur. Et quidem existimaui (ut est animus humanus nullo inuento nisi suis numeris omnibus cumulato explebilis) qui à nobis hactenus dicta probassent, haud tamẽ ipsos in ijsdem acquieturos, nisi ut antiqui pecuniæ calculi deprehensa uocabula ego me tenere considerem: sic etiam eorum æstimationem colligerẽ. Etenim quonam tandem pacto commercium iustũ plenumq; cum ætatis priscæ monumẽtis habebimus, si eorum numismatis indicatio exactaq; æstimatio nos fugerit? Perinde atque si huius ætatis negotiatores in gentem exteram & incognitam merces petant, quæ quanti ab ea gẽte indicentur, non percipiãt, sed pro suo quisq; captu precium ijs statuant. Quare omnino faciendũ nobis est in hoc opere, ut nihil posthac memorabile aut apud quẽquã Latinorum, aut apud Græcos historicos de rerum precijs, aut de publicis priuatisq; opibus legatur, quin id à nobis ad nummum ære nobis æquali æstimetur. ac ne id quidem modò, sed etiam ut Atticũ argentum Romano permutemus, ac porrò etiã commentantes eousq; pergamus, ut uel corol

corollarium pronunciatæ dicendarum rerum summæ addidisse iudicemur. Quod cum effecerimus (facturũ enim omnino me recipio) quid iam causæ erit, quin omnes libri Græci in Latinam linguam, aut Latini in uernaculã uersi, hac omnino parte illustrati uideantur & explanati? Hoc autem ut assequamur, ab integro rursus ordiendam rem habemus. Itaq;, ut antea dictum est, Seruius rex primus æs signauit. signatũ est autẽ nota pecudũ, unde & pecunia appellata. Maximus autem census (inquit Plinius) centum & decẽ millia assium illo rege fuit. & ideo hæc prima classis. Cum igitur apud antiquos millia æris legimus, millia assiũ intelligere debemus. Liuius lib. v. ab Vrbe condita de Camilli exilio loquẽs, Absens (inquit) quindecim millibus grauis æris damnatur. De hoc loquẽs Plutarchus in eodẽ Camillo ita inquit, Ἐκεῖνον δὲ μὴ ὄν μεταπέμψασθαι τῶν πολιτῶν δρῆμυν, τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον, χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι, ἀσσάριον δὲν τὸ ἀργύριον· καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο πολιτάριον. Ille igitur cum solũ iam uertisset, indicta causa desertoq; iudicio damnatus est, cuius mulcta quindecim milliũ assium fuit: qua summa ad argẽti supputationẽ relata, fiunt mille & quingentæ drachmæ. As enim tũc erat pecunia, & ita decussis denarius uocabatur. Ex quo intelligimus denarium fuisse argenteũ, & denis assibus ualuisse. Assis autẽ à Plutarcho pro æreo nũmo ponitur. nã Latini assem nunquam argenteũ nomisma appellauerũt. Iam igitur habemus ex Plutarchi auctoritate centũ & decẽ millia æris, quæ olim prima classis, id est, summus census fuit, undecim millia drachmarũ ualuisse: & suprà probatũ est auctoritate Plinij drachmã & denariũ eodem pondere fuisse. ita iã con-

Millia æris.

Denarius.

Centum æris millia.

stat, centũ millia æris, quadraginta sestertiũm millia ualere, cum quaterni sestertij denos æris asses ualeant. Sic Camillus quum quindecim æris millia dissoluere nequiret, id est sex millia nummûm, exilij causa solum uertit. Appellatione autẽ æris assem intelligi constat ex Tranquillo in Augusto, Caium (inquit) & Lucium adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa. Quod Tranquillus per aßẽ & libr̃ dixit, lex. XII. tabularũ per æs & libr̃ dicebat: quæ uerba in secundo libro Institutionũ Iustiniani leguntur sub titulo de testamentis. Gellius lib. XIIII. Tertiũ (inquit) testamentorũ genus fiebat per familiæ emancipationẽ, cui æs & libra adhibebatur. Sed de hoc nos copiosè disseruimus in Annotationibus in Pandectas editis. As igitur æreus erat, et paruæ æstimationis, ut suprà demõstrauimus, & ex Catullo patet illis uersibus,

Viuamus mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresq; senum seueriorũm
Omnes unius æstimemus aßis.

Quinarius Sestertius. Quadrans Triuncis.

Denarius autem argenteus decem libris æris, id est aßibus decem ualebat. Et quinarius quinque, hoc est denarij dimidio, ut sestertius quinarium dimidiatum ualebat, hoc est duos asses & semiße. Erat & quadrans (auctore Plinio) nummulus, qui & triuncis uel triunx uocatus est à tribus uncijs. Vt enim sestertius quarta pars est denarij, ita quadrãs quarta pars aßis, hoc est libræ æreæ, quæ cum erat argẽtea, non aßis argenteus, sed libella dicebatur, ut

Triens.

suprà docuimus. Fuit etiam triens nummus tertia pars aßis. Cæterûm quem quadrantem Plinius & triuncem appellat, Cicero teruncium appellauit lib. III. de Finibus, his

Teruncius

uerbis: Interit enim magnitudine maris Aegæi, stilla muriæ, & in diuitijs Crœsi terũcij accessio. Et ad Atticum lib. V.

lib. V. Spero toto anno imperij nostri teruncium sumptus in prouincia nullum fore. Varro, Terũcius (inquit) à tribus uncijs dictus, quòd sit libellæ quarta pars, quomodo & quadrans aßis. Iam antea ostendimus libram & minã centum drachmarum ac totidem denariorum fuisse. qua ratione patet quadringẽtos sestertios in libra fuisse. Nũc centum sestertios uno aureo ualuisse docebo. Tranquillus in Othone, Nullo igitur officij aut ambitionis in quẽquã genere omisso, quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti uiritim diuidebat. Plutarch. in eodem χρυσῦν ἑκάστῳ διανέμων dixit, id est aureum singulis distribuens. Tacitus de eodem lib. XVII. Flagrantibus iam militũ animis uelut faces addiderat Mæuius Pudẽs è proximis Tigillini. is nobilißimũ quẽque ingenio, aut pecuniæ indigũ, & in nouas cupiditates præcipitem, allicien-

Sestertijs centenis aureus æstimatus.

do, eò paulatim progressus est, ut per speciem conuiuij, quotiẽs Galba apud Othonẽ epularetur, cohorti excubias agenti uiritim centenos nummos diuideret: quã uelut publicam largitionẽ Otho secretioribus apud singulos præmijs intendebat. Aureũ Tranquillus & Plutarchus dixerunt, quod Tacitus centenos nummos dixit. Ita tamen, ut intelligamus Othonem non manu sua (ne in suspicionẽ affectati imperij ueniret apud Galbã) sed per Mœuium Pudentem militibus dedisse. Sed quòd aureus cẽtum nummis ualuerit, facilè ex sequentibus constabit. Cum hoc dicto pugnat id quod à Iustiniano principe dicitur in Instit. iuris sub titulo De successione libertorum, his uerbis, Sed nostra constitutio ita causam definiuit, ut si quidem libertus uel liberta minores centenarijs sint, id est minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ac si pro mille sestertijs unus

aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione. Nos unum aureum cētum sestertijs æstimamus, Iustinianus mille. Sed huic obiectioni ita respondeo, æstimationē hoc in loco non iustam, & ut Græci appellant argyrognomonicam esse, hoc est à collybo uel nummulariorum taberna petitam, sed pro arbitrio legē condentis factam, cui hoc placitum est de centenarijs libertis sancire, quod pridem lex Papia de millenarijs statuerat. Id quod mihi satis indicare uidetur hæc particula, ac si. Si quis enim totum illū locum diligenter animaduertat, facile (ut opinor) iudicabit Iustinianum legi Papiæ non in eo tantum derogasse, quòd patronus olim liberto etiam liberis intra numerum ternariū extantibus in quadrantem succedebat, sed etiam in eo quòd qui liberti olim centenarij dicebantur à centum sestertijs, nunc centenarij dicuntur à centū aureis, quæ multo minor est summa. Potuit & numerus corrumpi, ut mille pro centū legatur, error ex notulis orto, ut infrà uidebimus. Potuit & mille sestertijs pro mille æris obrepere librarijs ab eadem causa. Leges Papiæ multæ fuerunt, uel una fuit multiplex. Meminit Cic. pro Archia legis Papiæ, Trāqui. in Claud. Tertul. & Lactantius lib. 1. Mouere igitur dictum illud Iustiniani neminem debet contra tot tantorumq; scriptorum auctoritates. Sestertius enim nunquā æreus fuit, sed ab initio statim duos asses & semissem ualuit. Assis uerò æreus erat. Plin. de Ladano lib. XII. Precia sunt laudatissimo in libras asses. XL. De Hammoniaco, Preciū optimi in libras asses. XL. In antiquissimis tamen utrobiq; asses. XXX. legitur. Quando autem nō addit nomē nummi, quisnam intelligendus sit hæsito, ut de Casia ibidem, Precia nulli diuersiora. optimæ in libras XL. cæteris. XV. Sic enim

Centenarij liberti.

Papiæ leges multæ.

Sestertius.

enim in antiquis omnibus legitur. Vtrum'ne igitur asses, an sestertios, an denarios intelligamus? Et rursus ibidē de Myrobalano, Precium in libras X. Sic enim in antiquis legitur, licet in impressis libras binas legatur. Sed obiter locus ille de Casia emendandus est, qui sic in impressis libris legitur, Frutex & Casia est, iuxtaq; cinnami campos nascitur: sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute, quem cōteri, atq; in cinnamomo leuari & exinaniri precium est. Ego ex antiquorum obseruatione lego, Quem cōtrà atq; in cinnamomo, labare & exinaniri preciū est. Suprà enim de cinnamomo loquens Plin. Vilissimum uirgulti, quod radicibus proximum, quoniā ibi minimū corticis, in quo summa gratia. Illud leuius erratum de Ladano supradicto, Sunt qui hærbam in Cypro ex qua id fiat, Ladam appellent. etenim illi Ladanum uocant. In eo loco sæpe hæsi, antequam ex antiquis Ledam & Ledanum legendum esse deprehendi. Eodem in libro de Bdellio, Precium syncero in libras decem tantū. In antiquis non tātum sed terni legitur, fortasse pro sestertij. Notum est enim sestertium duabus uirgulis erectis & semisse scribi solitū, ut hodie in Verrinis Ciceronis legitur: quod notam ternarij numeri librarij esse putauerunt, quantū conijcere possum. Verum asses. XL. Plinius pro quatuor denarijs dixit. Asses enim Plinius æreos nummos intelligit æris grauis libra ualentes. Cornelius Nepos de frugalitate Pōponij Attici loquens, Nec id (inquit) præteribo, quamquam nonnullis leue uisum iri putem: Cum in primis lautus esset Eques Ro. & non parum liberaliter domū suam omnium ordinum homines inuitaret, scimus non amplius quàm terna millia æris peræquè in singulos menses ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. atque hoc

Plinij locus.

non auditum, sed cognitum prædicamus. Millia æris dixit ad differentiam millium nummûm uel sestertiûm. Liuius libro ultimo de secundo bello Punico, de Scipione loquens, Argenti tulit in ærarium pondo cẽtum millia. militibus ex præda quadragenos æris diuisit. Et li. II. de bello Macedonico de triumpho Quintij, Duceni quinquageni æris in pedites diuisi. Et rursus lib. supradicto belli Punici, Legatis in singulos dona ne minus quinûm milliũ, comitibus eorum mille æris. Mille æris dixit pro centum drachmis, id est argenti libra: sed genus nummi dati exprimere noluit. Et libro nono de bello Macedonico: Senatusconsultum factum est ut singulis centena millia æris Quæstores urbani ex ærario darent. Hoc in loco quadragena millia sestertiûm intelligendum dico: quod nisi æris addidisset, ego centum sestertia intelligerem: quamquam si exempla in medium afferam, uix controuersias expediam. Plin. lib. XV. de copia olei loquens, Vrbis quidem anno quingentesimoquinto, Appio Claudio Cæci Nepote, L. Iunio Coss. olei libræ duodenæ assibus ueniere: & mox anno sexcentesimo octogesimo M. Seruius ædilis Curulis olei denas libras singulis assibus præstitit populo Rom. per totum annum. Idem lib. XVIII. de arborum frugiferarum precijs loquẽs, Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummûm, maiore singularũ redditu, quàm erat apud antiquos prædiorum. Fidem hoc dictum excedet, si uera sunt quæ diximus, ut nummi appellatione sestertium intelligere oporteat, & sic arboris unius usumfructum credamus in annos singulos duobus millibus sestertiûm conductum à propola, ut in eo quæstum faceret: & in eadem urbe denas olei libras aut etiam duodenas singu

Mille æris.

Mira precia pomorum Romę.

singulis assibus aliquando uenundatas, cum singuli sestertij dipondium & semissem ualuerint. Primum hoc respondeo, uilitatem illam olei semel aut iterum contigisse, quã quam non tam negotiationem aut uenditionem fuisse puto, quàm largitionẽ ædilitiam ad plebeium fauorem emerendum, ut alibi dicetur. Potest etiam numerus deesse in superiore loco Plinij, cum assibus tantum legatur, nõ singulis assibus, ut in sequenti. Potest etiã uilitas tanta fuisse aliquo anno eo liquore exuberante, qui ultra annum non seruabatur: id quod Plinius ipse his uerbis significat, Vetustas oleo tædium affert, non item ut uino: plurimumq; ætatis annuo est: prouida, si libeat intelligere, natura. Quippe temulentiæ nascentibus uinis uti necesse nõ est, quinimmo inuitat ad seruandum blanda inueterati caries. oleo noluit parci, fecitq; ea necessitate promiscuũ & uulgo. Memoria nostra Parisijs uno anno tanta fuit uilitas uini, ut inopia uasorum quidã donare uel effundere cogerentur: quidã qui grandioribus cuppis condiderãt, anno sequenti magno uendiderunt. Quod autem ad mercedem annuam singularum arborum attinet, non tam mirari id cõuenit, quàm id quod ab eodem lib. XV. de persicis duracinis dicitur, quod genus ætate Plinij insitione repertum est. Aestate (inquit ille) præcocia intra XXX annos reperta, & primò denarijs singulis uenundata. Et paulò inferius, Preciũ (inquit) singulis iam triceni nummi fuere, nullius maiore. quod miremur, quia nõ aliud fugacius. longissima nanque decerpto bidui mora est, cogitq; se uenundari. His uerbis planè significat singula persica sestertijs primûm quaternis uenundata, postea augescente gratia (ut fit) aliquando precium ad tricenos nummos euasisse. quare nõ mirum est singulas arbores bina millia nummûm

Duracina, persica.

mûm annuo redditu meruisse, cum septem & sexaginta poma hanc summam conficere potuerint, tricenis nummis singula uenundata. Causam autem assignans tanti precij subdit Plin. Vndiq; pomũ innocuum expetitur ægris, uel agris, ut in antiquis legitur. Huiusmodi hodie duracina (ut opinor) nomẽ retinent in Britannia Aremorica. Trãseamus ad reliqua. Idem Pli. lib. VIII. Asinum quadringentis nummis emptum Q. Asio Senatori auctor est M. Varro, haud scio an omniũ precio animalium uicto, opera sine dubio geruli mirifica arando quoq;, sed mularum maximè progeneratione. patria etiam spectatur in ijs, Arcadibus in Achaia, in Italia Reatinis. Sic omnia habent exemplaria etiam antiquissima. Plinius admiratur asinam Reatinam quadringentis nummis emptam, tametsi gerulam, & aratricem, & prolificam: existimatq; hoc precium maius esse omnium animalium precio, nedum ueterinorũ, & pluris tamen Romæ persica. XIIII. uenisse eodem auctore affirmauimus. Vereor ne hæc Plinij salebra huius inuenti nostri cursum hactenus (ut arbitror) inoffensum, aut moretur, aut plane interpellet: etsi quod sequitur, addã, ne commentarij nostri processus hæreat. Quæstus (inquit) ex ijs opima prædia exuperat. Notum est in Celtiberia singulas quadragenis millibus nummorũ emi, ad mularum maximè partus. Si nummi semper sestertij intelliguntur, quonã modo hæc loca duo conuenire possunt? Hic si dixero locũ mendosum esse, transultare utique confragosa loca, non æquabili gressu pertransire dicar. Quod tamen quia & alibi necessariò mihi faciendum est, hic à lectoribus impetrare illud habeo, mihi quidem non iniquis, ut si hoc institutum meum hoc in loco, haud dubiè insigni, approbauero, ualeat in futura quoque,

Memorabilis asinus.

Asina Reatina.

que siqua fortè auctorum interitu destituentur testimonio. Audiamus igitur Varronem ipsum lib. III. rerum rust. quem Plinius dicti sui auctorem locupletissimũ esse censuit: in cuius dialogis Appius Claudius Augur ad Axium Senatorem ita inquit, Quòd si ea ædificia uillæ non sunt, quæ asinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emptum ostendebas apud te, nunc habent, metuo ne pro uilla emam Ostiæ in littore Scianas ædes. Apud Plinium quadringentis nummis legitur, apud Varronem ipsum quadraginta millibus, utrobiq; corruptè. Vt enim nummis pro millibus illic legitur, sic quadraginta hic pro quadringentis: tametsi uix intra fidem id stabit cum ad æstimationem millium nummorum uenerimus. Hoc tamen cum ex Plinio uidetur, qui prius hoc pretiũ Romæ admiratus, mox translatitium in Celtiberia esse tradidit: tum uerò ex eodem Varrone libro secundo eiusdem operis his uerbis, Qui non habent cum asinum quem supposuerunt equæ, & asinum admissarium habere uolunt, de asinis quenq; amplissimũ & formosissimũ quàm possunt eligunt, quiq; seminio natus sit bono, Arcadico, ut antiqui dicebant: ut nos experti sumus, Reatino, ubi tricenis ac quadringentis millibus admissarij aliquot uenierunt. Quo in loco trecenis & quadringenis millibus lego. quanquam hic rursus æstuare necesse est, Idẽ enim Varro alibi de eligendo pecore loquens, Primùm (inquit) ut bonum pares pecus, scire oportet qua ætate quanque pecudem parare habereq; expediat. altera pars, cognitio formæ: tertia pars est, quo seminio quærendũ. Hoc enim nomine asini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, usq; eò, ut mea memoria asinus uenierit sestertijs millibus sexaginta, & unæ quadrigæ Romæ cõstiterint quadringentis

gentis millibus. Semel iam testati sumus, ubicunq; apud antiquos sestertijs & millibus coniunctim dicitur, non sestertijs sed sestertiûm legẽdum. Quare hic sestertiûm, non sestertijs lego. Sed loca sic citare necesse est, ut apud auctores leguntur: quod in uniuersum dictum esse uelim. Sed quod ad rẽ pertinet, Varro in persona Scrophæ miratur asinum memoria sua emptum sexaginta millibus, & asinos quatuor iugales quadringentis. Quare dubius maneat hic locus Plinij necesse est, ita tamẽ, ut lotos quidem pedes ex maculoso loco conflictatione nõ multa expedierim. Quanquam quis dubitet quadraginta millibus apud Plinium asserere, & tricenis ac quadragenis millibus apud Varronem, ne fidem alioquin abnegare antiquis monumentis cogamur? Atque eadem opera locũ Plinij inibi restituemus. quod enim in omnibus impressis libris legitur, Nec nisi spatio se incubant, alias atterũtur. Varia nanq; somnio uisa concipiunt, ictu pedum crebro: qui nisi per inane emicuerit, repulsu durioris materiæ clauditatẽ illico affert. ubi ego ex antiquis exẽplaribus lego. Nec nisi spatiosa incubitant laxitate. uaria nanque, & cætera. illa enim duo uerba, alias atteruntur, temere ab emendatoribus sunt addita: quæ superuacanea essẽ satis ex eo apparet quod sequitur, claudos illico fieri. Et hic Hermolaus Barbarus uir ingeniosissimus gloriabitur se Plinium emendasse, altera etiam castigatione repetitum? Sed pergamus porrò. Idẽ Plinius libro decimo. Maximè tamẽ insignis est in hac memoria Clodij Æsopi Tragici histrionis patina, sexcentis sestertijs taxata, in qua posuit aues cantu aliquo aut sermone uocales nummis sex singulas coëmptas, nulla alia inductus suauitate, nisi ut in ijs imitationem hominis manderet, ne quæstus quidem

Plinij locus.

Patina æsopi.

quidem suos reueritus illos opimos, & uoce meritos. Dignus prorsus filio, à quo diximus deuoratas margaritas. Ego antiquissimum exemplar habeo, in quo hoc uerbum nummis, deletitio loco scriptum erat, ut conijciã nõ nummis sed millibus prius scriptum fuisse. omnino enim sic legendum est. Centenariã enim patinã Æsopi fuisse intelligimus, id est, centenis auibus structam, millibus senis coëmptis, ut in summa sexcenta fierent sestertia: de qua idẽ Plin. lib. x x x v. Nam nos (inquit) cum unam patinam Æsopi Tragœdiarum histrionis in natura auiũ diceremus sestertijs sexcentis stetisse, non dubito indignatos legentes. Hæc & huiusce modi alia incredibilia omnino primore sensu uidebuntur, sed cum omnia in discussionẽ uenerint, inuicem sibi fidem ut faciant peruincemus. Opulentia enim Romana simul & luxuria intelligẽtur, quæ instar (ut arbitror) habebũt historiæ cuiusdam uariæ & admirandæ. Sic enim rem temperatam oportuit, ut non magis in abaculo manus occuparetur, quàm animus rerum intelligentia interim oblectaretur. Sed iã uideamus de columbis apud eundẽ Plin. lib. x. Harũ (inquit) amore insaniunt multi, ac super tecta exædificant turres ijs, nobilitatemq; singularum & origines narrant, uetere iam exemplo. Laxius Eques Ro. ante bellum ciuile Põpeianum denarijs quadringẽtis singula paria uendicauit, ut M. Varro tradit. Licet in omnibus exẽplaribus & Laxius & uẽdicauit legatur, tamẽ & L. Axius & uẽditauit lego, cũ Varro de pullis earũ loquẽs ita dicat, Romæ, si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula uulgò ueneũt ducenis nũmis: necnõ eximia singulis millibus nummûm: quas nuper cũ mercator tanti emere uellet à L. Axio Equite Rom. minoris quadringentis den

Huius libri lectio uicẽ præbet historiæ.

Columbarum precia.

Plinij locus.

tis denarijs daturum negauit. Hactenus Varro. Si ergo paria singula columbarũ non semel sed sæpe mille sestertijs nummis uendita sunt, aliquando etiã mille & sexcentis, id est, quadringentis denarijs, cur non & aues humano sermone uocales, sex millibus eadem in urbe uendi potuerunt? quas tamen apud Plinium sex nummis emptas legimus, errore eorum seculorũ, quæ in rei nummariæ uerbis prorsus nihil uiderũt. Huius rei irrefutabile argumẽtum ex eodem ipso auctore referemus, qui libro eodem de Luscinijs loquens ita inquit, Certant inter se, palamq; animosa contentio est. Victa, morte finit sæpe uitam, spiritu prius deficiente, quàm cantu. Meditantur aliæ iumiores, uersusq; quos imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna, ac reddit: uicibusq; reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædã reprehensio. Ergo seruorum illis precia sunt, & quidẽ ampliora quàm quibus olim armigeri parabantur. Ex his uerbis significatur luscinijarũ magna precia fuisse, cum apud Columellam uinitor seruus octo millibus æstimatus sit, & pluris armiger uenire uinitore solitus sit, ut qui præsidiũ uitæ domino afferre posset. Quòd si id quod sequitur statim apud Plinium, emendari à nobis potuisset, memorabile aliquod preciũ in mediũ attulissemus eius luscinię albæ quæ Agrippinæ dono data est. Id quoniã fieri non potuit, in uicem eius, locũ alium eiusdem capitis in principio statim restituemus. Noctuarũ genus in Creta insula non est, & etiã siqua inuecta sit, emoritur. Nam hæc quoq; mira naturæ differentia, alia alijs locis negat, tanquam genera frugum fruticumue, sic & animaliũ non nasci, trãslatitiorumq; inuecta mori. Mirum quidem est illud uniusgeneris aliti aduersum. quænam est ijs naturæ inuidia?

Luscinijarum precia.

Sic

Sic in omnibus impressis legitur, conniuente Hermolao, & hoc totum caput intactum transmittente. Quæ uerba cum mihi corrupta inter legendũ uiderẽtur, tandẽ aditis antiquis exemplaribus ita restituẽda duxi, ut post uerbũ animalium, distinctio fiat uelut sensu finito: deinde ita inferamus, Non nasci, translatitium: inuecta mori, mirum. Quid est enim unius generis saluti aduersum? Translatitium hic pro solito, & in multis usitato & cõmuni inter multos, ponitur: quod uerbum maximè Plinianũ est. Ita patet in uno uersu Plinij quatuor errata à castigatoribus relicta. De auiculis uocalibus Plinius alibi, Agrippina cõiunx Claudij Cæsaris turdũ habuit (quod nunquã antè) imitantem sermones hominũ. Cum hæc proderẽ, habebant & Cæsares iuuenes sturnum, item luscinias Græco atq; Latino sermone dociles, præterea meditantes in diem, & assiduè noua loquentes longiore etiam cõtextu. In diem autem, non in dies in omnibus libris legitur. ex quo intelligimus doceri solitas ut diebus diuersis non eadem, sed subinde nouum aliquid loquerẽtur. Summa igitur supradictorũ est mille sestertiũm, & mille nummũm, duo millia ac quingentos æris ualere, & mille drachmas decem millia assium, & quatuor M. sestertiũm. Porrò centum drachmas unam minam argẽti efficere, quæ & libra & pondo dicitur. At uerò libras duas argenti & semissem, seu ut ueteres dixerunt, duapondo & semissem mille nummũm ualuisse. Hoc etsi satis antea confirmatũ est, tamen & auctarium hoc addemus, ne cuiquam non satisfaciamus in ea re in qua ab omnibus dissentimus. Liuius lib. 11. de bel. Punico, In permutandis captiuis conuenerat inter duces Ro. Pœnumque, ut quæ pars plus reciperet quàm daret, argenti pondo bina & selibras in militem

Plin. locus restitutus.

Translatitiũ.

Turdus uocalis.

præst

præstaret. De quo conuento Plutarchus in Fabio loquens. Conuenerat (inquit) inter Ro. Pœnumq; ducem, ex captiuis uirum pro uiro commutare, & qui plureis reciperet quàm redderet, pro quolibet drachmas ducentas & quinquaginta solueret. Plutarchus quinquaginta drachmas pro semipondio dixit. Hic libens omiserim, si possim, errorem Nicolai Perotti hominis de lingua latina, ut illa ætate, bene meriti, qui in commentarijs suis de hac re loquens ita inquit, Pondo licet aliquando pro libra inueniatur, proprie tamen significat pondus duodecim librarũ. huiusq; dicti auctorem citat Liuium in loco suprà dicto, quasi Liuius pondo bina & sex libras non selibras uocabulo composito dixerit, quasiq; in capita statuerint Imperatores illi tricenas libras argẽti: quod longè abest à uero: quanquam Perottus homo elegantiarum obseruantissimus, uidere illud debuit, Liuiũ non pondo bina & sex libras dicturum unquã fuisse, sed senas potius libras. Hic nominare eos necesse non habui, qui eius errorem totidẽ uerbis in suos ipsi commentarios retulerunt. Idem Liuius lib. 1 x. de bello Maced. de censura Catoniana loquẽs, In censibus quoq; accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. ornamenta, & uestem muliebrem, & uehicula quæ pluris quàm quindecim milliũ æris essent, in censum referre uiatores iussit. Item mancipia minora annis uiginti, quæ post proximũ lustrum decem millibus æris aut eo pluris uenissent, ut ea quoque decies pluris quàm quanti essent æstimarentur. De hac item censura Plutarchus in eodem Catone, Vt igitur (inquit) in omnes animaduerteret: coẽgit uestis, carpenti, mundi muliebris, & domesticæ supellectilis decuplum amplius in censum referri, quàm earum rerum precium sineret, si mille & quingẽtas drachmas excessisset. His auctoritatibus fidem omnino facio, cẽtum drachmas mille æris ualere: & pondo, id est libram, centum drachmis, & mille æris par fuisse. At denarium & drachmã eundem fuisse nummum, aut eiusdem certè ponderis & æstimationis, auctore Plinio demonstratum est, & denariũ quaternos ualuisse sestertios. Quare in singula pondo & in singulas libras minasq; quadringentos sestertios intelligere necesse est. Proinde operis instituti partem profligatam habemus, uel materiem potius (ut Plautino uerbo loquar) exascea-tam: quam si coagmentare in instar operis absoluti uolumus, omnia scriptorũ dicta accommodare rebus iam explicatis necesse est: ita ut in opere tot auctoritatibus compacti li, nullus locus hiulcus, nulla commissura sit conspicua. Quod quanta uigilantia, quàm acri intentione, quãto labore sit effectum, quanto denique literarum amore susceptũ (nihil enim maius dicere de me possum) ex operis ipsius compage apparebit. Ego cũ hæc proderem, quò magis exactè omnia perpenderem, libellam & ponduscula in conspectu habui, nomismatq; antiqua aurea argenteaq; satis multa, iampridẽ ut minimè in hunc usum, parata, sic admiratione uisendæ antiquitatis in delicijs habita. Eorum lectissimum quodque expensare iustiti diligentia, ut arbitror, nummulariorum æmula. Quippe adulterata quædam uisuntur, & ad exemplar archetyporum fusim cusimq; ita efficta, ut pro archetypis fallant, cuiusdam (ut aiunt) pigmenti affricu uetustatem ementiẽtia. Vt igitur unumquodq; certissimam prisci æui notam habere uidebatur, charactere uel collybo detrito uel uetustate fugienti, & æui situ obscuro, ita in libella à me statuebatur. Inter argentea (ut auspicatò exordiar)

Nicolai Perotti erratũ.

Libra nummaria centũ drachmas ualet.

Nomismata prisca Budæus obseruare instituit & expendere.

Recensio nomismatum priscorum.

diar) unum erat Ciceronis, una parte integrum: in qua caput galeatũ, decora facie plenáq;, promissa cæsarie, & erecta è ceruice pendula. pone caput unicum hoc uerbũ Roma, scriptum erat, nihil in ambitu. ex altera parte, quæ semesa erat, currus triumphalis quadrigis trahebatur, subter quem inscripta hæc duo uerba, M. Tull. supra hæc uerba X. litera maiuscula, quam denarium significare arbitrabar ex Valerio Probo: unde decussare uerbũ uidetur esse deductum, de quo suprà dictum est. Nam in X litera, linea lineam in centro intersecat. Alterum fuit Cæsaris Dictatoris, in quo caput collecto ac redimito capillo, facie longiore, naso decorè prominenti, oblongáq; ceruice: à tergo sub charactere quodam obscuro Cæsaris nomen scriptũ erat, prænomine nullo: sed Dictatoris faciem ex scalptura antiqua noscitare didici, quam Romæ uidi, cuius etiam exemplum scitè effictum habebã in gemma. Erat etiam Augusti, ea facie quæ à Suetonio describitur, crispo capillo solutoq;, inscriptione Cæsaris Augusti: à tergo simulacrum uestibuli ædis sacræ ternis altrinsecus his literis, MAR. VLT. uidelicet ob Martis ultoris ædem ab eo extructam. Fuit & aliud eiusdẽ, cadẽ inscriptione, ijsdemq; lineamentis formæ, similiq; capillo: in quo adnotaui faciem læua parte prominentẽ contra aliorum nomismatum morem etiam eiusdem principis. ab altera parte erat stella radijs ad marginem usq; nomismatis expassis, crinito uno radio, transuersaria inscriptione, Diui Iulij. quod intelligimus percussum ab eo fuisse post ludos funebres Cæsari consecratos in honorẽ stellæ crinitæ quæ septem diebus apparuit. Tertij generis fuit etiam eiusdẽ, ijsdẽ lineamentis, habituq; eodẽ capitis, nisi quòd oculus dexter eminebat contrà quàm in secundo: à tergo

Nomisma Ciceronis.

Decussare.

tergo animal erat hircinis cornibus, ac villoso mẽto, duobus tantum cruribus, ijsdemq; bisulcis, quibus quasi brachijs orbẽ amplexabatur, omnino armorũ tenus hircus, cætera pisces, cuidam rei incumbens quam agnoscere non potui: inscriptione unius nominis Augusti. Id fuit genus nummi quod Augustus syderis Capricorni nota percutere instituit ob genituræ suæ honorem, quã ei olim Theogenes mathematicus Apolloniæ existenti uiuo adhuc Iulio Cæsare prædixerat imperatoriã esse. Quare cũ thema suum natalitium, id est, horoscopi configurationẽ inuulgari uellet, huiusmodi nummum percussit, ut auctor est Suetonius. Habebam unum à M. Agrippa ob Consulatum percussum, facie nec Iulij nec Augusti, hac inscriptione, Cæsar diui Iulij F. altera pars pura erat, in qua media hæc erant uerba scripta, M. Agrippa Cos. desig. Vnum insigne notaui Augusti & Antonij in Triumuiratu Reip. constituendæ. ex altera parte Augusti facies malè expressa, hoc lemmate, Cæsar Imp. III VIR. R.P.C. in auersa parte facies M. Antonij ea plenitudine oris quæ à Plutarcho describitur, & ex Cicerone intelligitur in secunda Antoniana, crispo solutoq; capillo, ea ceruicis crassitudine, ex qua illam firmitatẽ corporis conijcere posses, quam ei Cicero in ea oratione obijcit, hoc epigrammate, M. Antonius III VIR. R. P. C. reliqua legere non potui, nec coniectura assequi, quæ notis significabantur. cæterùm scitè expressa facies, & pulchrioribus literis circunscripta, quàm ea pars quæ Augusto dicata erat. Verùm (ut quod nũc agitur, agamus) cũ horũ aliorumq; nummorũ pondus ad libellam exigerẽ, id esse uerũ deprehendi quod auctore Plinio diximus, & ex Plutarcho & Appiano cõprobatur, drachmã scilicet Atticã

Genitura Augusti.

denarij Romani pondus habere. Quod ut docere posim, rem ad pondera nostra examinabo: sed ita, ut à nemine non intelligar. Libram nostrates duplicem habent. Zygo statica libra est quæ regia dicitur, qua negotiatores & pigmentarij aromatarijq; utuntur, omnesq; omnino qui appensas merces uenditant. Hæc senundenum unciarum est. Eius semissem monetarij & aurifices & uascularij libram sibi fecerunt, marcam eam uocantes. Hac nos libra nunc utemur ad id docendum quod suscepimus. Libram igitur Romani in XII. uncias distribuebant, & unciam in octo drachmas. Huius libræ bessem, selibram nostram regiam esse dico, cuius modus à zygostate publico statuitur Parisijs. Huius muneris fit mentio in l. altera de ponderatoribus lib. x. Codicis. Hoc besse nunc utemur pro libra quam marcam uocitamus, eamq; in uncias octonas distribuemus, unciamq; rursus in totidem drachmas, & drachmas singulas in terna scrupula: ita ut hemidrachmium sesquiscrupulum ualeat. Primum hoc dico, drachmam Romanã & Atticam à nostris uocitari grossum, & scrupulum denariũ, & semigrossum esse nobis semidrachmã Atticam: quam drachmã nostri sterlinos duos & dimidiatũ esse dicitant: qua ratione pondus nostrum facilè congruet cũ antiquo. hoc modò teneamus, libram nostram cũ Latina libra cõparatam, subsesquiplam proportionẽ habere, quam habet bes ad assem. quippe cum libra nostra (de octonaria semper loquor, quam marcã uocitari diximus) quatuor & sexaginta grossos capiat, id est, octies octo: si trientem addideris bessi, id est, duos & triginta grossos, seu quaternas uncias: libra utiq; efficies plenã antiquam, sex & nonaginta drachmis constantẽ, ut antea dictũ est: qui numerus exit ex unciarũ numero per drach

Libra Parisina.
Libra Zygostatica.
Libra nummularia.
Marca.
Grossus pro drachma Attica.
Sterlinus.
Scrupulus pro denario Gallico.

drachmarum numerũ multiplicato, hoc est ex duodenario in octonarium ducto. Hæc est exacta libræ ratio: cui tamen semunciam addere nos oportet, cum libra in ratione nummaria cum mina Græca exæquata sit, & planè sit cẽtenaria. Erit ergo libra Latina nõ modò sesquialtera nostræ libræ, id est, sesquilibra nostra, sed etiã præterea quatuor drachmas habuisse intelligetur. Sed nihil hoc conturbare nos debet. Satis est enim ad facilem huius rei explicationẽ quòd grossus noster cũ drachma Attica conuenit, & denarius cũ scrupulo. Grosso autem uocabulo utar nõ uerecũdè, cũ Latinũ uerbũ sit, licet alio significatu antiquis usurpatũ. Nõ me latet apud Plin. aliud de numero denariorũ in libra lectitari: sed illud mox uiderimus. nullã enim omnino aut præuaricationis suspicionẽ, aut conniuẽtiæ lectori relinquemus. omnia in disquisitionem uocabũtur, cũ omnia dissoluere posimus uel Herculis nodo perplexa: sustineant tantũ lectores iudicia quoad omnia perlegerint. Interim tamen hoc affirmamus, in singulas libras, cẽtenas drachmas statuẽdas esse: alioqui singula sestertia cõtra omniũ scriptorũ auctoritatẽ denarijs denis deficerentur, & singula millia quadragenis sestertijs nummis: cũ luce clarius ostensum sit quaternos sestertios in singulis denarijs drachmisq; Atticis fuisse. Verumeni muero cũ nomismata iã dicta cum alijs per multis exquisita libra pensitarẽ, deprehendi Tullianum illud, & illud Augusti Capricorno signatum, aliaq; nonnulla, ita pendere drachmam, id est, grossum nostrum, ut lanx ex æquilibrio facilè cum nomismate uergeret: contrà autem duo illa quorum alterum Cæsaris Dictatoris, & alterum Augusti stellatum erat, tam malignè grossum pendere, quàm illa priora prolixè: ut tantundem istis per-

Libra Romana eadem cum mina Græca.

cussorum auaritia deceßisse diceres, quantum illis accessisse benignitate seculorum, & bona fide. Triumuirale, æquilibrium faciebat, quasi seueris magis quàm benignis auctoribus. In Marci Agrippæ nummo bilanx raptim sidebat à pondusculo, quæ in iusto nomismate etiã surrigi debet. In eo quarta & uicesima pars (ut minimũ) non detrita, sed detracta uidebatur: in alijs itidẽ permultis parè deceßio, ut in eo Augusti, qui à postica facie hanc inscriptionẽ habet, Ob ciues seruatos: quam ambit corona graminea. sed tamen ut quiuis facilè iudicaret drachmæ pondere institutas eorũ formas fuisse, eaq; ipsa tantidem oblocabilia. Habebam & recentiorũ temporum, ut Maximini Imperatoris, & aliorum principũ, in queis & matris Alexandri, hoc lemmate, Iulia Mamea Aug. literis iã à Romanis degenerantibus, ac semibarbaris: cæterùm argento & pondere suprà dictis deteriora. Hæc sufficere arbitratus sum ad examinationẽ ponderis: quod non in meis tantum, sed etiam in alienis nummis exegi, quæ plurima & omnium propè Consulum atq; principũ uidi. Confectũ igitur iam habemus, libram Romanã centum grossos nostros habuisse. Quare si huius temporis æstimationem sequi uolumus, in singula pondo Romana, decem & septem Francicos, tres solidos turoneos, & nouem denariolos statuere necesse est. Aestimationem nunc legitimam sequor. & edictalem, nõ negotiatoriã & uulgarẽ. Edicto enim principali libra argenti undecim Francicis æstimata est, licet paßim duodecim iam ueneat. Cũ enim (ut diximus) libra antiqua sesquiplex fuerit nostræ, & præterea semunciam habeat: pro duodecim uncijs, sedecim frãcicos & decẽ solidos numerabimus: pro semuncia tredecim solidos, & nouem denarios. Ita fit, ut mille

Aestimatio prædictorum nomismatum.

nummi

nummũ, id est, singula sestertia, æstimari à nobis duobus & quadraginta frãcicis, unde uiginti solidis & quatuor denarijs debeant, uel (ut summa rotundetur, & minutiarum tædio liberemur) tribus & quadraginta francicis. hi porrò ducatos duos & uiginti, & trigintaquinq; solidos turoneos faciunt: quibus si duos solidos & semussem addas, fient ducati tres & uiginti. Ducatos legitima æstimatione accipio, ut triginta solidis Parisinis ualeant, id est, solidis turoneis triginta septem & semisse. Hactenus igitur legitimam iustamq; æstimationẽ in singula millia nummûm habemus: nisi quòd octo denariolos addidimus, id est bessem solidi. Huic summæ ad uulgarem æstimationem argenti paulo minus quatuor francisci desunt. nam cũ argenti libra octonaria uulgo duodenis francicis permutetur propter argenti inopiam, & nomismatis ieiunitatem, in singulas uncias ad legitimum pretium bini solidi & semis accedunt: quas uncias in sestertijs singulis tricenas singulas esse liquet ex ijs quæ suprà diximus: atque eo amplius quadrantem unciæ, id est, binos grossos, hi autem solidi paulo plus duobus ducatis ualent æstimatione antedicta: qua ratione fit, ut in singula sestertia, si extendere pretium uelis uulgari iudicio, quinq; & uiginti ducatos statuere, aut certè totidem nostros solatos aureos posßis. Ego tamen ad legitimam æstimationem nihil adderem, si commodum aliquem numerum in eo nactus essem, quo ueluti radice uti ad maiorum summarum cumulationẽ possem. id quoniã fieri nequit, quindecim tantum solidos adijciam, ut mille nũmûm, quinq; & uiginti aureis coronatis æstimetur, id est, quadraginta tribus frãcicis & dodrãte: cũ eo ut coronatũ quinq; & triginta solidis esse intelligamus, quanti scilicet locabatur ubere re

Sestertiorum æstimatio.

Ducati.

Quanti mille nummum æstimari debeat.

Coronatus. Solidus.

nummaria. Solidos autem semper appello qui duodenarij nunc dicũtur, in Italia nõ ignoti. Proinde tandem accedamus ad exempla, quasiq; pedem cum rerum explicatione conferamus: & primũ illud uideamus Tranquilli in Augusto, quod corruptum esse, non emendatũ ab enarratoribus diximus, Senatorũ censum ampliauit, ac pro octingentorũ milliũ summa duodecies sestertium taxauit. Sic enim legit Blondus in Roma triumphante, tametsi hoc tempore ea uerba intelligi nõ posse existimauit. Nos duodecies sestertiũ docuimus significare duodecies centena millia sestertiũm nummũm, & in singula millia, quinque & uiginti coronatos taxandos constituimus. Si igitur mille ac ducẽtos quinquies & uicies numeraueris, triginta millia coronatorum censum Senatoriũ fuisse cõperies: & ex Tranquillo hoc noueris, Augustum censum Senatorium ex uiginti millibus aureorũ huiusmodi ad triginta millia auxisse. Quò autem expeditius lector rationem eorũ quæ dicenda sunt, ineat, hoc tenere oportet, centum sestertia, duo millia & quingentos aureos coronatos ualere, hoc est centies uicenos quinos. Vt autẽ ad hũc locum ægrè & suspiriosè atq; anhelabundè euasimus, ita ab hoc loco iam per prona cadẽtẽq; amœna aliquãdiu euagari licebit. Idem Tranquillus in Cæsare, Ludis Decius Laberius Eques Ro. mimum suũ egit, donatusq; quingentis sestertijs & annulo, sessum in quatuordecim ex scena per Orchestram transijt. Laberius poëta donatus est cẽsu Equestri, id est, coronatorũ nostrorũ x II. millibus & quingẽtis. sic enim loqui mihi per anticipationẽ permittam, quasi iam tunc aurei nostri fuerint: quò expeditius hoc munere defungar. Macrobius lib. II. Satur. Laberiũ asperæ libertatis Equitẽ Ro. Cæsar quingentis millibus inuitauit ut prod

Sestertiũ duodecies.

Census Senatorius.

Centum sestertia.

Census equester.

ut prodiret in scenam, & ipse ageret mimos quos scriptitabat: sed potestas non solum si inuitet, sed etiam si supplicet, cogit: unde se Laberius à Cæsare coactum in prologo testatur his uerbis,

Necessitas, cuius cursus transuersi impetum
Voluerũt multi effugere, pauci potuerũt, & reliqua.

Idem Publius mimographus Romæ productus per Cæsaris ludos, omnes qui tunc scripta & operas suas locaucrant, prouocauit, ut singuli secum posita inuicẽ materia pro tempore contenderent: nec ullo recusante superauit omnes, in queis & Laberiũ: unde Cæsar arridens hoc modo pronũtiauit, Fauente tibi me uictus es Laberi à Syro. statimq; Publio palmam & Laberio annulum aureum cũ quingentis sestertijs dedit. Simile est apud eundem Tranquillum in Tyberio, Munus gladiatoriũ in memoriã patris, & alterum in aui Drusi dedit, diuersis tẽporibus ac locis: primum in foro, secundũ in amphitheatro, rudiarijs quoque quibusdã reuocatis auctoramento centũ millium. Non mirum Cæsarem mimographo poëtæ duodecim millia & quingentos aureos nostros dedisse, si Tyberius gladiatoribus qui iam immunitatẽ & missionẽ gladiaturæ uel meruerant uel impetrarant, duo millia & quingentos dedit in singulos, ut iterum depugnarent spectante populo. De censu Equestri Plinius libro trigesimotertio, Tyberij demum principatus nono anno in unitatem uenit equester ordo, annulorum'que auctoritati forma constituta est. Et paulo inferius, Hac de causa constitutum, ne cui ius annuli esset, nisi cui ingenio ipsi patri auo'que paterno sestertia quadringenta census fuissent, & lege Iulia theatrali in x IIII. ordinibus sedẽdi. Ex hoc dicto Tranquilli patet censum equestrem à quin-

Census equester.

gentis sestertijs ad quadringenta contractum, id est, ad pristinam formam reductũ. Plin. lib. 1. epist. P. Romano scribens. Esse autem tibi centum mil. censum satis indicat quòd apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione solum, uerùm etiã equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis facultates trecenta M. nummûm. te memorẽ huius muneris, amicitiæ nostræ diuturnitas spondet. Recenseamus exempla, Cladem Lugdunẽsem (inquit Tacitus) quadragies sestertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponerent. Ego quadragies sestertium ære nostro centum millia aureorũ fuisse dico, quam pecuniam Nero ad reparandum Lugdunum oppidum contulit. Et apud Plinium Aesopi tragici histrionis patina sexcentis sestertijs taxata est, id est, quindecim millibus coronatorum. Quo in loco ne incredibile sit quod supra diximus, aues centũ canoras, aut hominis sermone uocales, senis millibus singulas emptas, fidẽ faciet Macrobius, qui lib. 1. Satur. de liberalitate Augusti loquẽs, Sublimis (inquit) Actiaca uictoria reuertebatur. occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem instituerat hoc dicere, Aue Cæsar uictor Imperator. miratus Cæsar officiosam auẽ, x x. millibus nummûm emit. socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate prouenerat, affirmauit Cæsari habere illum & alium coruũ, quem ut afferre cogeret rogauit. allatus, uerba quæ didicerat expressit. Aue uictor Imperator Antoni. nihil exasperatus, satis duxit iubere illum diuidere donatiuum cũ contubernali. Coruũ ergo loquacem Augustus uiginti sestertijs emit, id est, quingẽtis aureis nostris. & Cleopatra Aegypti reginarũ nouissima, lautitiã epularũ Antonij, omnemq; eius apparatũ obtrectans, quærente eo quid adstrui magnificentiæ posset, respondit

Quadragies sestertium.

spondit una se cœna centies sestertium absumpturam. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse non arbitrabatur. Centies sestertium æstimatione supradicta ducenta quinquaginta millia aureorũ coronatorũ ualet: & quadringẽties sestertium, decies cẽtena millia aureorũ, quanti idem Pli. æstimauit ornatum Lolliæ Paulinæ, de qua suprà diximus, & Cicero furta Verris in prouincia. Quoniam uerò multa dicturi sumus fidẽ propemodũ excedentia, lectores præmonitos uelim ne Romanas priscasq; diuitias, huius temporis opulẽtia publica priuataq; metiãtur. Vrbem enim Romam totius propè orbis spolijs locupletem fuisse, historica fide planum fieri potest, ijs quidem certè qui Latinos Græcosq; scriptores rerum gestarum lectitarint: nõ modò enim duces Imperatoresq; Romani ui aperta & bellica in hostico, sed etiam Procõsules prouinciarumq; præsides in pacato furtis rapinisq; & expilationibus grassabantur, quà sacrum quà prophanum domum suam quisque auertentes. Inde illud Satyrographi poëtæ,

Inde Dolobella est, atque inde Antonius, inde
Sacrilegus Verres: referebant nauibus altis
Occulta spolia, & plures de pace triumphos.

Equidem (quod ad me attinet) cum hæc quæ in hoc opusculum congessi, animo reputarem, ea mihi species urbis Romæ animo obuersabatur, quasi arcem quandã expilatorum orbis terrarum uiderem, & ueluti commune gentium omniũ cimeliarchium (ut uerbo Iustiniani principis utar) id est sanctius conditoriũ rerũ toto orbe eximiarũ. Vidimus iã de Lollio uerba hæc Plinij, Nec dona prodigi principis fuerãt, sed auitæ opes, prouinciarũ scilicet spolijs partæ. Hic est rapinarũ exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus Regũ muneribus in toto oriẽte, interdicta

Centies sestertium.

De opulentia publica priuataq; Romanorum.

Cimeliarchium.

Lollius Paulinus.

amicitia à C. Cæsare Augusti filio, uenenũ biberet, ut neptis eius quadringenties sestertium operta spectaretur ad lucernas. Hactenus ille. Quantã igitur summã rapinarũ Lollij fuisse existimamus, cum decies centenis millibus aureorũ æstimarentur gemmæ quæ ad neptem eius peruenerunt? Vidimus & de Caio Verre, cui Cicero quadringẽties sestertium litem æstimandam esse contendit. Ingentia autem cõmoda Romanorum magistratuum etiam urbana fuisse, ex hoc cõijcere licet, quòd moris fuit, ut finito magistratu ludos ederẽt magnificos, & uenationes ac munera darẽt, id est gladiatorum multa paria ad uulgi oculos oblectandos depugnatura: quam ueluti mercedẽ populus & precium accipiebat collatorum suffragio suo magistratuum. quem morem commemorãs Cicero in. II. Officiorũ ita inquit, Quanquam intelligo in nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus ut splendor ædilitatum ab optimis uiris postuletur. Itaq; & Publius Crassus cum cognomine diues, tum copijs, functus est ædilitio maximo munere. Et paulum infrà, Hunc est Scaurus imitatus. magnificentißima uerò nostri Põpeij munera secundo Consulatu. in quibus omnibus quid mihi placeat, uides. uitanda tamen est suspicio auaritiæ. nam Mamerco homini ditißimo prætermißio ædilitatis, Consulatus repulsam attulit. Quare etsi postulatur à populo, bonis uiris si non desiderantibus, attamen approbantibus, faciendum est, modò pro facultatibus, ut nos ipsi fecimus. Etsi aliquando res aliqua maior atq; utilior populari largitione acquiritur, ut Horesti nuper prandia in semitis nomine decimæ, magno decori fuerunt. Ne M. quidem Seio id uitio datum est, quòd in caritate annonæ asse modium populo dedit. Magna enim se & inueterata inuidia, nec turpi iactura

De muneribus ædilitijs & uenationibus.

ctura (quandò erat ædilis) nec maxima liberauit. Pli. lib. VIII. de hoc loquens, Leonum simul pluriũ pugnam Romæ princeps dedit Q. Scæuola P. filius in curuli ædilitate: centũ autem iubatorũ primus omniũ L. Sylla, qui post ea Dictator fuit, in prætura: post eum Pompeius magnus in circo DC, ac in ijs iubatorũ CCCXV, Cæsar Dictator quadringentorum. Quanquam in antiquis libris uerbum DC non legitur: ex quorũ obseruatione locus ille mendosus esse uidetur. Idem de uarijs, id est pantheris loquens, Senatusconsultũ fuit uetus, ne liceret Aphricanas in Italiam aduehere. contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus pl. permisitq; Circensiũ gratia importare. Primus autẽ Scaurus ædilitate sua uarias CL uniuersas misit: deinde Pompeius Magnus quadringentas decem: diuus Augustus quadringentas uiginti. Ibidem emendandũ unũ uerbũ censeo, quanquam refragante antiquorũ exemplarium fide: Ferunt (inquit Pli.) colore earũ mirè solicitari quadrupedes cunctas, sed capitis toruitate terreri, quã obrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiũt. Hoc Plinij dictum cum ex Aristotele translatitium esse liqueat, nimirum ex eo emẽdari debet. Is enim li. nono de historia animaliũ, λέγουσι δὲ καὶ κατανενοηκεῖαν τὴν πάρδαλιν ὅτι τῇ ὀσμῇ αὐτῆς χαίρουσι τὰ θηρία, ἀποκρύπτουσαν ἑαυτὴν, θηρεύειν: προσιέναι γὰρ ἐγγὺς, καὶ λαμβάνειν, οὕτω καὶ τὰς ἐλάφους. Aiunt autem (inquit) pantheram intelligentem quòd odore sui animantes gaudeant, occultare sese, & ita eas captare: quippe accedẽtes propius rapere, in quibus & ceruam. Odore igitur non colore apud Plinium legendum: quòd ne à quoquam refelli possit, uel Plinio ipso iudice uincam, qui lib. XXI. de odoramentis loquens, Animalium (inquit) nullum odoratum, nisi

Plinij locus

niſi de pantheris quicquam dictum eſt, ſi credimus, Idem Pli. Annalibus notatum eſt, M. Piſone M. Meſſala Conſulibus, Domitium Aenobarbum ædilem curulem urſos Numidicos centum, & totidem uenatores Aethiopas in circo dediſſe. Idem lib. XXXIIII. In M. Scauri ædilitate tria millia ſignorum in ſcena tantùm fuere temporario theatro. Et rurſus lib. XXXVI. CCCLX columnas M. Scauri ædilitate ad ſcenã temporarij theatri, & uix uno menſe futuri in uſu, uiderunt portari ſilentio legũ. Et rurſus alibi, Scaurus fecit in ædilitate ſua opus maximum omnium quæ unquã fuere humana manu facta, non temporaria mora, uerùm etiam æternitatis deſtinatione. Quibus uerbis ſignificat Scaurum in ædilitate ſua ad populi oblectationem ſcenam temporariam, & ſtatim ludis factis diruendam, feciſſe: ſed quæ uinceret magnificentia clariſſimum opus omnium quæ unquam facta ſunt etiam eo animo ut perpetua eſſent. Vitruuius in præfatione decimi libri, ludorum & munerum huiuſcemodi meminit qui priuato ſumptu fiebant: qui etiam eorum ſumma induſtria & machinatione apparandorum, prætoribus ædilibuſq; neceſſitatem iniungit. Quanti autem ſtetiſſe Marco Seio liberalitatẽ putamus, qui in caritate annonæ modium frumenti aſſe populo uẽditauit? quod Cicero dixit in loco ſupradicto. Aſſes deni in denario fuerunt, & ſeſtertij quaterni. Hic æſtimatione à nobis inſtituta, tribus duodenarijs & ſemiſſe ualuiſſe deprehenditur, cum libra decẽ aureis æſtimetur: qua ratione ſeſtertius nummus decem denariolis & ſemiſſe, id eſt obolo noſtro ualet. ſic aſſes ſinguli quaternis denariolis æſtimabuntur. Quanti autẽ frumẽtum eſſet Romæ, ex Cicerone conijcere poſſumus, qui in Frumentaria actione ita inquit, Frumentum emere in Sicilia

Aeſtimatio denarij & ſeſtertij.

Sicilia debuit Verres ex Senatuſconſulto, & ex lege Terentia & Caſſia frumentaria. Emundi duo genera fuerũt, unum cæterarum decumarum, alterum quod præterea ciuitatibus æqualiter eſſet diſtributũ. illius decumani tantum, quãtum ex primis decumis fuiſſet: tritici modiũm DCCC. millia. precium autem conſtitutum decumano, in modios ſingulos ſeſtertijs ternis: imperato, ſeſtertijs quaternis. Ita in frumentum imperatum, ſeſtertiũ duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur, quod aratoribus ſolueret: in alteras decumas ferme ad nonagies. Sic per triennũ ad hanc frumenti emptionem Siciliẽſem propè centies & tricies erogatum eſt. Hanc pecuniã tantam tibi ex ærario inopi atque exhauſto datam ad frumentũ, datam ut Siculis aratoribus, quibus tanta onera Reſp. imponeret, ſolueretur: abs te laceratam ſic eſſe dico, ut poſſim illud probare ſi uelim, omnem te hãc pecuniã domum tuam auertiſſe. Hunc locum Ciceronis, qui longè aliter in exemplaribus legitur, ſic emendandum eſſe cenſui, quoad emendatiora reperiantur exemplaria: & eius hunc ſenſum eſſe, ut intelligamus triplicem frumẽtationem Sicilienſem fuiſſe. Primam uectigalẽ, quæ Decumana erat. alteram itidem Decumanam, non etiam gratuitam, ſed ut aratores Siculi alteram decumam darent, ternis ſeſtertijs in modios taxatam. has duas certas ſtatiq; numeri frumenti fuiſſe, id eſt octingenũm millium modiũm in ſingulas. tertiam non decumanã, ſed incertam, & pro neceſſitate Reip. indici ſolitam æqualiter ciuitatibus. propterea igitur decumani nomine Cicero quotãnis duodetricies ſeſtertium imputauit Verri. quippe cum frumẽti modius trinis ſeſtertijs æſtimatus eſſet, ſi ter octingenta millia numeres, fient uicies quater centena millia nummũm quotãnis.

quare

quare potius DCCCC. millia legendum uidetur, ut fiant ſepties & uicies centena milla nummûm: quæ ſi ter rurſus numeres, fient ſemel & octogies centena millia nummûm in triennio, ut ſit quod Cicero dixit ferme ad nonagies, omnia augens oratorie. Malim tamen locum mendoſum relinquere, quàm hanc ſententiam aſſerere: præſertim cum duodetricies non quadret in annos ſingulos. Non nihil tamen adminiculatur hic locus ad id quod de ſeſtertijs diximus, quũ centies & tricies ſeſtertiũ pro tanta pecunia dixerit. Verùm cũ publica & æterna frumenti æſtimatio quaternûm eſſet ſeſtertiûm in Sicilia frumẽti feracißima, quanti putamus fuiſſe Romæ in caritate annonæ? Et quantũ lucrum cõtempſiſſe eum qui aßibus uẽdiderit, ſi domi repoſitum habuit: aut iacturam feciſſe, ſi in Siciliã aut Carthaginem petijt? Nam ut in capita ciuium ſingulis modijs defunctus ſit (quod credibile non eſt, ut poſtea intelligetur) non minus quã trecenta millia hominũ plebcio rum fuerũt. Legimus apud Euſebium, quo tempore Cicero Quintium reum patrocinio ſuo defendit, cenſu Romæ acto inuenta eſſe hominum millia quadringenta ſexagintatria. Vt ergo trecẽta millia hominum fuerint tantum, & Seius tot modijs defunctus ſit, nec pluris Romæ frumẽtum in annonæ inopia quàm apud Siculos in ſolita ubertate fuerit: Seius in populum mille ac ducenta millia nummûm, id eſt duodecies ſeſtertium dilargitus eſt, niſi quòd in ſingulos modios aſſem ſeruauit. Quòd ſi ad ueriſimile exigere hoc uelis, minimum hæc ſumma duplicabitur. Itaque meritò Lactantius lib. VI. ita ſcribit, Quid enim dicendum eſt de ijs qui populari leuitate ducti, uel magnis urbibus ſuffecturas opes, exhibẽdis muneribus impẽdunt: niſi eos dementes ac furioſos, qui præſtent id populo, quod & ipſi

& ipſi perdant, & nemo eorum quibus præſtatur, accipiat? Et rurſus alibi, Quid prodeſt perditæ nequitiæ beſtiarios facere locupletes, et inſtruere ad flagitia? Plinius lib. XXXIII. Non erat apud antiquos numerus ultra centũ millia: itaq; & hodie multiplicãtur hæc, ut decies cẽtena millia, aut ſæpius dicantur. fœnus hoc fecit, num muſq; percuſſus, & ſic quoque æs alienũ etiamnum appellatur: poſtea diuites cognominati: dummodo notũ ſit, cum qui primus acceperit hoc nomen, decoxiſſe creditoribus ſuis. Ex eadẽ gente M. Craſſus negabat diuitẽ eſſe niſi qui reditu annuo legionẽ tueri poſſet. In agris ſuis ſeſtertiûm uiginti millia poſſedit, Quiritiũ poſt Syllam ditißimus. nec fuit ſatis, niſi totũ Parthorum eſuriſſet aurum. atq; ut nomen quidẽ optimũ occupauerit (iuuat enim inſectari in ex plebilẽ iſtam habendi cupiditatem) multos poſtea cognouimus ſeruitute liberatos opulẽtiores, pariterq; tres Claudij principatu, Pallantem, Calliſtum, & Narciſſum. Atq; ut hi omittantur tanquã adhuc rerum potiãtur, C. Aſinio Gallo, C. Martio Cenſorino Coſ. ad VI. Calend. Februarias Cæcilius Claudius Iſidorus teſtamento ſuo dixit, quãuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſeruorum quatuor millia centum ſedecim, iuga boum tria millia ſexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta ſeptem millia, in numerato pondo ſexcenta millia: qui funerari ſe iußit ſeſtertijs undecim millibus. Hæc uerba Plinij non modò ſic in impreßis exemplaribus, ſed etiam in antiquis quibuſdam leguntur: quæ ſi uerè leguntur, nugatoria ſunt quæ diximus, tametſi teſtatißima. In antiquiſſimo exemplari legimus, in agris ſeſtertium. M. M. Poſſedit: ita ut duæ. M. M. ſimilitudinem haberent literæ poſtremæ in Græcorũ alphabeto, ſed inuerſæ, cuiuſmodi &

Claudius Iſidorus.

di & alibi in antiquis libris legimus. Lego igitur, in agris sestertium bis millies possedit. hoc est ære nostro quinquagies centena millia aureorum coronatorum. Huius si uicesimam partem pro redditu annuo statuamus (siue in agris eum redditum, siue in mancipijs artificibus, siue in fœnore fuisse intelligimus) fient ducenta quinquaginta millia: quæ si ita dispensemus, ut gregarius miles quaternos in mensem aureos accipiat, duodequinquagenos in annum: decem cohortium quingenariarum legio ali potuit. Restabunt decem millia, quorum quinque millia in quinquaginta Centuriones statuimus pro duplicando stipendio: & quinque altera pro ijs qui à Græcis ἑκατόνταρχοι, id est superordinati dicuntur, ut cornicines, signiferi, caduceatores, & fabri qui machinas faciunt. Hunc Crassũ Cicero compellãs in ultimo Paradoxo, ita scribit, Multi enim audierũt ex te cum diceres, neminẽ esse diuitem, nisi qui exercitũ alere posset suis fructibus: quod populo Ro. ex tantis uectigalibus iampridẽ uix potest contingere. ergo hoc proposito nunquã eris diues antequã tibi ex tuis possessionibus tãtũ reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones & magna equitum ac peditũ auxilia possis. Iam fateris igitur te nõ esse diuitem. Quod autem sequitur in eodem Paradoxo, corruptũ esse censeo, Capit ille ex suis prædijs sexcena sestertia, ego centena ex meis. Quòd si apud Plinium uiginti millia sestertiũm legamus, significabũtur quingẽti aurei: si uicies sestertium, quinquaginta millia: si uicies millies, immẽsa summa. Errore igitur librariorum, lubrico quidem ipso in notis numerorum uel summarũ, ut postea uidebimus, factũ est ut pro sestertium bis millies, sestertium uiginti mil. legeretur, adstipulante scilicet tot ætatum ignorãtia, præsertim quod ad hæc uerba pertinet.

Diuitiæ Crassi.

pertinet. Cum hoc dicto pugnare uidetur id quod Seneca lib. de Vita beata his uerbis inquit, M. Cato cum laudaret Curium & Coruncanum, & seculum illud, in quo crimen erat paucæ argenti armillæ, possidebat ipse quadragies sestertiũ, minus sine dubio quàm Crassus, plus quàm Censorius Cato. maiore spatio proauum uicerat, quàm à Crasso uinceretur. Si igitur quadragies hìc rectè legitur, oportet M. Porcium minus octoginta sestertijs, hoc est duobus millibus aureûm nostrorum in censu habuisse: quũ quinquaginta partibus Crassus maiorem censum quadragies sestertio habuisse legatur, & tamẽ pluribus partibus quadragies sestertium maius fuisse cẽsu Porciano dicatur à Seneca. Verùm hoc esse fálsum facilè ex Plutarcho intelligimus, qui quæstu & parsimonia patrimoniũ auxisse Catonem seniorẽ testatur, ideoq; iuniorem Catonẽ hæreditatibus locupletatum esse narrat. Hoc ideo diximus, ne quid præterijsse consultò aut oscitanter uideremur. Sed & in sequẽtibus nõnihil de Crassi diuitijs dicetur. Quod autem sequitur de Cæcilio, In numerato pondo sexcenta millia, in antiquissimo lib. sestertiũ Ↄ legitur. Obseruaui autem in antiquis H & S cum apice significare sestertium: apicem autem porrectum super quencunque numerum, millia significare: ut $\overline{D}$ $\overline{C}$ cum apice sexcenta millia. Sexcenta autem millia pondo argenti æstimantur à nobis sexagies centena millia aureorũ: quæ cum immensa sit pecunia, & maior cẽsu Crassi, qui Quiritium post Syllam ditissimus ab eodem Plinio fuisse dicitur: legendum puto sestertium sexcenties, quod significat quindecies centena millia coronatorum. Non enim memini me legisse ut Latini pondo aut libras de numerata pecunia dicerẽt, etiam si minis Græci in hac significatione utuntur. Nam quod

Liuius, argenti pondo bina & selibras in militem præstaret dixit, ad argentum infectum retulisse mihi uidetur: quo etiam loquendi modo nunc utimur cum argenti marcam uel auri dicimus, tantam pecuniã significantes, quanti edicto principis æstimantur. Nec tamen me latet quod Plinius in mentione citrinarum dixit, qui locus in ordinem tandem incurret, & explicabitur à nobis. Illud quod sequitur, Qui funerari se iussit sestertijs. x i. lego sestertium undecies. Ne autem fide careat quod de Crasso diximus, citetur locus Plinij lib. x v i i i. apud quem de positione uillæ & modo agricolendi loquentem, sic in omnibus libris impressis legitur, Modum agri in primis seruãdum antiqui putauere. quippe ita censebãt, satius esse minus serere, & melius arare. Qua in sententia & Virgilium fuisse uideo, uerumq; confitẽtibus latifundia prodidere Italiam. Iam uerò & prouincias sex & semissem domini Africæ possidebant cũ interfecit eos Nero princeps. Nõ fraudabo magnitudine hac quoq; sua Cn. Pompeium, qui nunquam agrum mercatus est conterminum. Miror quid his uerbis significari Plinij emendatores intellexerint. Ego ita restituendũ locũ affirmo, Verũq; confitentibus, latifundia perdidere Italiã: iam uerò & prouincias. deinde post distinctionẽ inferẽdum, Sex domini semissem Africæ possidebãt, cum interfecit eos Nero princeps, non fraudando magnitudine hac quoq; sua Cn. Põpeio, & reliqua. Iã uerò, pro iam etiam & quinetiã, locutio est Pliniana: ut, illa uerò, pro immo etiam, uel quinimmo illa, li. x v i. cap. x x x i i i i. & lib. x i i i i. cap. x x i i. illi uero & uenientem, pro immo etiam. Sic apud Ciceronem, aut uerò, pro aut etiam: & nec uerò, pro nec etiam: apud Græcos, ἄλλα δὲ, & ἀ μὴν δὲ, sic dicitur: hoc est iam uerò, &

Plinij locus restitutus.

Iam uero.

Illa uero.

uerò, & neque uerò. Sensus est igitur latifundia perdidisse non modò Italiam, sed etiam prouincias, hoc est steriles reddidisse, cum solum frugiferum malè cultum, malignè quoq; fruges redderet, & Africæ propè dimidium ab hominibus sex opulentis obtinebatur, quo nomine à Nerone principe rapacissimo confiscati, insuper etiam capite pœnas luerunt. Hoc autem tum contigisse existimo, cum Nero spe destitutus quam de gaza antiqua Didonis conceperat, in Africa eruenda ad rapinas improbissimas & delationes excitandas animũ cõsceleratum intendit, ut auctor est Trãquillus. Vt autem sciamus quàm sint numeri apud Plinium mendosi, age conferamus Plinium cum reliquis auctoribus, atq; etiam ipsum secum. Iam primum lib. supra dicto ubi de ærario populi Romani ut copioso loquitur & opulento, Auri (inquit) in ærario populi Romani fuere Sex. Iulio, Lucio Aurelio Coss. septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo d c c. x v i. argenti nonagintaduo millia, & extra numerũ c c c. & l x x v. Si priuatus homo Cæcilius Isidorus sexcẽta millia pondo argenti habuit, quonam modo ærarium locuples existimabitur, quod centũ millia non habuit? Idem paulò pòst, Intulit & Aemilius Paulus Perseo Rege Macedonico deuicto, prædã pondo trium millium: à quo tempore populus Romanus tributũ pendere desijt. Plutarchus de triumpho Pauli loquens, Post armorum currus tria uirorum millia sequebantur, qui numismata ferebant argentea uasis trecentis quinquaginta. uas erat quodlibet trium talentorum. quatuor uiri singula uasa portabant: alij crateras argenteas, & phialas, calicesq; ornatissimos & ingẽtes certo ordine deferebant. Et paulo inferius, Postea sequebantur qui aurea numismata gerebant in uasis triũ talento

Mendosi numeri apud Pli.

lentorum, ut suprà de argenteis dictum est. numerus uasorum fuit tria & octoginta. His uerbis Plutarchus auctor est mille & quinquaginta talenta argenti, & ducenta undequinquaginta auri in ærarium illata esse, præter uasa aurea argenteaq; Plinius tria millia pondo non addito auri argentiue. At ego dico uicies maiorem numerum apud Plutarchum esse quàm apud Plinium: id quod ex dicendis apparebit. Alioqui quonam pacto populus Romanus tributa péndere propter ærarij opulẽtiam desiisset? Sequitur rursus eodẽ Plinij loco, Sexto Iulio, L. Martio Coss. hoc est belli Socialis initio, octingenta quadraginta sex auri pondo fuere in ærario. Cæsar primo introitu urbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorũ. XXVI. millia, & numero pondo trecẽta: nec fuit alijs temporibus Resp. locupletior. Hactenus ille. Quomodo memorabile Plinius existimauit in ærario Romano octingenta tunc auri pondo fuisse, cũ Cæsar postea sex & uiginti aureorũ laterum millia ex ærario abstulerit? de quo loquens Orosius libro sexto ita inquit, Cæsar Romam uenit, negatamq; sibi ex ærario pecuniã fractis foribus inuasit, protulitq; ex eo auri pondera IIII. MCXXXV, argenti pondera propè DCCCC. Orosij numerus multo minor est Pliniano, ut utrobique corruptum esse appareat. Ego in antiquissimo exemplari ita primum illum locum legi, Auri in ærario populi Romani fuere Sex. Iulio, L. Aurelio Coss. septem annis ante Punicum bellum tertium, pondo XVI. DCCCX, argenti XXII. LXX. & in numerato LXII. LXXXV. CCCC. Sexto Iulio Martio Coss. hoc est belli Socialis initio, auri XVI. XX. DCCC. XXIX. C. Cæsar primo introitu urbis ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorum X V, argenteorum

Copiæ ærarij Romani.

teorum XXXV, & in numero sestertium CCCC. nec fuit alijs temporibus Respub. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus Perseo Rege uicto è Macedonica præda sestertium. II. III. à quo tempore pop. Roma. tributum péndere desijt. Hæc uerba inserenda huic operi duxi, ut legentibus iudicium integrum seruaretur. Si quid tamen comminisci licet, hunc locum sic restituere possumus ex uetusti exemplaris & aliorũ obseruatione, Auri in ærario populi Romani fuere septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo septingenta millia uiginti sex, argenti nonagintaduo millia, & in numerato trecenties & septuagies quinquies. Item Sexto Iulio, L. Martio Coss. hoc est belli Socialis initio, auri pondo octingenta millia. XLVI. Et inferius, Intulit & Aemilius Paulus Perseo Rege uicto è Macedonica præda sestertium ter millies. In Cæsaris autem mentione locus mutilatus sic restituendus, Protulit laterum aureorum quindecim, argenteorum. XXXV. mil. & in numerato sestertium quadringenties. In harum summarum æstimatione ineunda, in singula pondo centenos aureos solatos statuendos esse arbitror, quia in tanta copia auri necesse est partem fuisse mediocris notæ, utpote quod esset conflatum è uasis & supellectili. sic fit ut singula centena millia, centies centena millia aureorum ualuerint. ita septingenta millia, septingenties centena millia ualuerunt. Argẽti autẽ nonagintaduo millia denario multiplicata, nongentis uiginti millibus coronatorum æstimantur, & trecẽties & septuagies quinquies sestertium nongẽtis quadraginta circiter millibus. Sed uix uerisimile est septies plus auri quàm argenti fuisse. Quòd si uetustum exemplar uerum esse aliquis existimauerit, sic legendum erit fortasse, Pondo sedecies

septingenta, argenti nonagies bis octoginta quinque millia (quanquam in uetusto, uicies bis. L X X. C C C C. legatur) & in numerato sexagies bis octoginta quinque. Hæc summa immensa est omnino, quippe sedecies centena millia & septingenta pondo intelligo, quæ centies multiplicata, millies & sexcẽties centena millia aureorum ualent: argenti autem summa nonagies bis, decies multiplicata, nongenties uicies centena, præter numeratam pecuniam. Quæ utrum ad sestertia, an ad aureos referenda sit, mihi non liquet: quare nihil statuo. si tamen uetusti numeros sequi placeat, non uideo quomodo X X II. L XX. C C C C. aliter legere possimus, quã uicies bis septuaginta millia quadringenta: quæ summa argẽti ad nummum relata, ducenties uicies septies centena & quatuor millia coronatorum efficit. Idemq; cẽseo de eo quod sequitur, Belli Socialis initio auri põdo X V I. X X. D C C C. X X I X: quod si non mẽdose legitur, utiq; sic interpretandũ est, Sedecies uiginti millia octingẽta undetriginta, hoc est sedecies cẽtena uiginti millia. Centena enim antiqui subintelligenda relinquere solebãt: eo modo quo in his uerbis, quadringẽties sestertium, pro quadringenties centena millia sestertiũm, ut docuimus, & debere ducenties, hoc more sæpe locutũ Plinium docebimus lib. IIII. cum locus occurrerit. Cicero in Prætura urbana, Accepi (inquit Verres) uicies ducẽta triginta quinq; millia quadringẽtos quindecim nũmos. hoc perinde est ac si dixisset Cicero, uicies bis centena X X X V. millia: ut manifestè ex sequẽtibus patet, & ex Asconio Pediano. Vt autẽ legamus. X V I. millia põdo, ut in eo uetusto legitur, ridiculũ est: cũ apud Suetoniũ legamus Augustũ una donatione in cellam Capitolini Iouis sedecim millia pondo auri, & quingenties sestertium cõtulisse.

Quare lectionis fides sit penes uetusta exemplaria, si usquã esse potest hodie: uerborũ autem interpretatio sit penes antiquitatis studiosos. Admirari nũc Plinium subit, sæpeq; in hoc opere subibit, qui res tot memorabiles omnis æui memoriæ prodere cõcupiuit, si per tot seculorum cariem, incuriam, ignorantiam, & cõpendiariæ scriptionis discrimina, pertinax exemplariũ fides ad nos euadere potuisset: ut siquando multis adnitentibus, & inuẽtis uetustioribus libris restitui potuerit, unum eum auctorem studiosi harum literarũ habeant, cui totius propè uetustatis cognitionẽ explicatam acceptam referre possint: utiq; quod ad eas res pertinet, queis inter scribendã rerum gestarum historiam locus esse non solet. Cuius rei reputatio magnum mihi negotium in hac commentatione exhibuit: cum res partim conclamatas, partim etiam elatas tot doctorum hominum præiudicio, semianimes à rogo referri posse atque etiam à tumulo non diffiderem. Ne quid autem comminisci uidear, penes me futura antiqua exemplaria profiteor, ut nulli non adire liceat, quem quidem initiatum his sacris esse sensero. Credibiles fortasse has summas, atque etiam omnino credibiles facit locus Suetonij in Vespasiano his uerbis, Sunt contrà qui opinentur ad manubias & rapinas necessitate compulsum summa ærarij fisciq; inopia, de qua testificatus sit initio statim principatus, professus quadringenties millies opus esse ut Resp. stare posset. Si enim Vespasianus sperauit se quadringenties millies sestertium cogere posse ad instaurandã dignitatẽ Imperij Romani, quæ à Nerone & successoribus per luxus inusitatos exhausto ærario conciderat: & si tantum auri argẽtiq; esse sub imperio Romano potuit, simillimum ueri esse potest, eo tempore quo imperium

Pli. historia.

rium Romanũ in Senatus auctoritate & populi potestate situm erat, potuisse ex Orientis Africæq; spolijs, & uectigalium residuis, quartã eius summæ partem in ærario coactam esse. Maxima enim superiorũ summa non excedit centies millies sestertiũ, id est bis millies & quingenties centena millia aureorũ nostrorum. Hæc adnotauisse non ab re fuit, ut arbitror, etsi nihil habui quod hoc loco statuerẽ. Existet enim fortasse aliquis qui uetustis exẽplaribus diligẽter euolutis, uel uerisimiliora inueniet, uel cõmentationi nostræ fastigium imponet, admonitione hac nostra extimulatus. Magnam autem esse summam pecuniæ quam Cæsar ex ærario protulit, ex calculo intelligere licet. Si enim XV. millia laterum aureorum fuerunt, non dubito centum & quinquaginta millia pondo auri fuisse, cum quilibet laterculus decem pondo minimum fuerit: qua ratione fiunt aureorum solatorum centies quinquagies centena millia. Si autem huic summæ, argẽti æstimatio addatur, cum eo quod in numerato fuit, immensa fiet summa. quod uerò in uulgatis exemplaribus & quibusdam antiquis legitur, & numero pondo trecenta, omnino corruptũ est. numeratam enim pecuniam non libris sed sestertijs significabant antiqui. Appianus in secundo bellorum Ciuilium, Thesauros (inquit) à nemine contactos usque in illum diem, militibus rapere concesit, quos olim execratione proposita conditos fuisse memorant, ut nisi in tumultu belli Celtici non promerentur. Ex quibus uerbis intelligimus Cæsarem usque ad fecem ærarium exhausisse. quanquam Plinius dicat tunc ærarium locupletißimum fuisse, sed intelligimus prælibatum à Pompeio & Senatu. Tranquillus & Plutarchus de hoc siluerunt, ut & ipse Cæsar in Commentarijs suis. Lucanus in. III. Pharsaliæ de hoc loquens ita inquit,

Sanctius ærarium a Cæsare expilatum.

–Tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perses, quem uicti præda Philippi:
Quicquid parcorum mores seruastis auorum,
Quod dites Asiæ populi misere tributum,
Victoriq; dedit Minoia Creta Metello:
Quod Cato longinqua uexit super æquora Cypro:
Tunc Orientis opes, captorumq; ultima Regum,
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis,
Egeritur: tristi spoliantur templa rapina:
Pauperiorq; fuit tunc primum Cæsare Roma.

Quibus uerbis magna uis auri argentiq; significatur. Sic autem ut diximus, hic Plinium locutum esse credo, coniecturam ex alijs auctoribus faciens, & ex alijs ipsius locis. argumento erunt etiam ea quæ postea dicentur à nobis, si quis diligenter animaduertat. Hanc autẽ depraua-tionem exemplarium induxit antiquorũ librariorũ insti-tutum, qui numeros & summas sua quãq; notula scribebant. aliter enim sestertios nummos, aliter sestertia, aliter sestertiũm gignendi casu notabant, aliter libram & talentum, aliter & denariũ: & mille & millies non eodẽ modo: Quare per tot secula ueri rerũ numeri alijs atque alijs subinde traducibus exemplarium inserti, ad nostrã auorumq; memoriã peruenire non potuerunt, præsertim accedẽte librariorũ culpa, qui pleraq; oculis solis, pauca etiam mente trãsigunt. Age quis illud libri octaui tueri posit? Metellus Scipioni triclinaria Babylonica octingẽ-tis millibus uenisse iam tunc posuit in capitalibus crimini-bus, quæ Neroni principi quadringentis millibus sester-tiũm

Numerorum depraua-torum ratio.

Insigne pretiũ triclinariũ Ba-bylonicorum.

tiũm nuper ſtetere. Si ſtragula Babylonica octingentis millibus ab homine priuato comparata ſunt, quo nam modo memorabile eſt Neroni principi profuſiſſimo quadringentis millibus ſtetiſſe? In antiquis duobus exemplaribus quadringenties ſeſtertium legimus: in uno antiquiſſimo quadringentis, ſed ita, ut conſpicuè deletilem membranæ locum cerneres, & quadringenties principio fuiſſe intelligeres. Eſt alioquin locus non uno aut altero uerbo corruptus. in antiquorum enim nullo capitalibus criminibus legitur, ſed uel in Catonis, uel in Capitonis: nec poſuit ſed ponit, nec Scipioni ſed Scipio in recto. locus igitur ſic reſtituẽdus, Metellus Scipio triclinaria Babylonica ſeſtertiũm octingentis millibus ueniſſe iam tunc ponit in Capitonis Criminibus, quæ Neroni principi quadringenties ſeſtertium nuper ſtetere. hoc ſenſu, ut Metellus Scipio Capitonem accuſauerit, & ei obiecerit quòd triclinares tapetas quibus triclinia uel ſternebantur, uel obtendebantur, uiginti millibus aureorum noſtrorum parare auſus eſſet, quæ tamen poſtea Nero decies centenis millibus pa-
Capito. rauiſſet ad ornatum aureæ domus. Capitonis Coſſutiani meminit Tacitus libro decimoſexto. Crimina (inquit) ob literari nõ ſinebat Capito Coſſutianus, præter animã ad flagitia præcipitem, inimicus Thraſeæ, quòd auctoritate eius concidiſſet, iuuantis Cilicum legatos dum Capitonẽ repetundarum interrogant. cuius accuſationis meminit etiã Iuuenalis Satyra octaua, Capitonem Cilicum piratam uocans: ſed de hoc Capitone intelligi dictum Plinianum non poteſt, quia & is Thraſeam Pætum reum peregit ſub Nerone, quo nomine quinquagies ſeſtertium præmij loco tulit. Accuſatoribus (inquit Tacitus) Eprio & Coſſutiano, quinquagies ſeſtertium ſingulis, Oſtorio duod-

duodecies, & quæſtoria inſignia tribuuntur. Quo ex loco intelligere poſſumus quàm ille ſceleratiſſimus princeps, etiam perditus luxu & prodigẽtia fuerit, qui duobus calumniatoribus ad accuſandum uirũ egregiũ ſubornatis, ducẽta quinquaginta millia coronatorum dederit, id eſt, cẽties ſeſtertium. Semel in uniuerſum teſtatus ſum, me ita in hoc tempore locuturum, quaſi iam olim coronati noſtri percuſſi fuerint, ut expeditius tranſigere hoc negotium poſſim. Capitonis Fonteij meminit Horatius in primo ſermonum, æqualis Mecœnatis. Hunc igitur uel patrem eius Metellus hoc nomine accuſaſſe uidetur. Capitalem autem luxum Romæ fuiſſe non comperimus, ne exilio quidẽ mulctatum, tametſi probrosè obijci ſolitũ, ut de L. Craſſo uidebimus. Quare Tranquillus de Cæſare adhuc priuato loquẽs, Tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſimè comparaſſe eum multi prodiderunt: ſeruitia recentiora politioraq; immenſo pretio, & cuius etiã ipſum puderet ſic, ut rationibus uetaret inferri. Quo modo igitur capitalibus uerbum apud Plinium congruere poteſt? Vtinam autem eo in loco Plinius per omnia emen- Plinij locus.
dari poſſet, ut in eo quod ſequitur in eodem capite, Vidimus iam & bidentium uellera purpura cocco conchylio ſeſquipedalibus libris infecta, uelut illa ſic naſci cogente luxuria. Ego ut iuuentium non bidentium lego, ſic ſenſu expoſcente: ita ſeſquipedales libras non intelligo. Quòd ſi labris legamus, tamen ſeſquipedalibus non congruit. Potius igitur ſeſquipondialibus legendum cenſuerim, eo ſenſu fortaſſe, ut libræ purpuræ & conchylij centenis & quinquagenis drachmis conſtarent. Nam de precio purpuræ loquens libro nono Purpuræ pre-
ita inquit, Nepos Cornelius qui diui Auguſti prin- tium.

cipatu

cipatu obijt, Me (inquit) iuuene uiolacea purpura uigebat, cuius libra denarijs centum uenibat, nec multò pòst rubra Tarentina. Huic succeßit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter ædilis curulis primus in prætexta usus improbabatur qua purpura quis non iam (inquit) triclinaria facit? Spinter ædilis fuit Cicerone Cõsule. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, ueluti magnifico impendio: qualiter nunc omnes penè commodiores purpuræ tingũtur. Quod sequitur, corruptum est, In conchyliata ueste cætera eadem sine buccino, præterq; ius tẽperaturæ æquè pro indiuiso humani potus excremento dimidia, & medicamina adduntur. Vbi sic legendũ censeo, Vis temperatur aqua. Sed ex uerbis Plinij, purpuræ & conchylij pretia magna apparet fuisse. Coccus autẽ quo hodie utimur in laneis uestibus, nõ excedit in libras singulas nostras binos aureos: quòd uerò in serica ueste cramesinum appellant, non absimile est cocco, radicibus adhærens cuiusdã herbæ in Germania: nec excedit quaternos ducatos in libras, ut negotiatores nostri aiunt. Ex quo apparet multo pretiosiores, & maioris luxus uestes antiquorũ fuisse. Purpura hodie negotiatoribus ignota est, etiãsi Damasci in usu esse quidã affirmãt: sed pretium antiquis pretijs non respondet Athenæus libro duodecimo Dipnosophistôn de luxu Ionum loquens, Theopompus autem (inquit) libro decimo quinto auctor est mille uiros Colophoniorum per urbem errãtes uideri solitos in ueste purpurea, quod Regibus tum rarum erat, & magno studio affectatum. purpura enim argento rependebatur. ὅπερ καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότ' ἦν καὶ περισπούδαστον. ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἀργύριον ἐξεταζομένη. Cicero in Phil

Dibapha.

Cocci pretiũ.

Cramesinum.

in Philippica secunda, Conchyliatis Cnei Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos uideres. Quãobrem desinite mirari hæc tam celeriter esse consumpta. non modò unius patrimonium quãuis amplũ, ut illud fuit: sed & urbes & regna tanta nequitia deuorare potuisset. Trãquillus in Nerone, Et cũ interdixisset usum amethystini ac tyrij coloris, summisissetq; qui nundinarũ die pauculas uncias uenderet, præclusit cunctos negotiatores. Quo in loco perculit lego, id est, fortunis euertit. De hac Plinius ita inquit libro supradicto, Nõ est satis abstulisse gemmæ nomen Amethystum: rursum absolutus inebriatur Tyrio, ut sit ex utroq; nomen improbũ Tyriamethystus. Olim etiam purpura, id est, sanguis pisciculi, cum cocco quo nunc utimur, miscebatur. id quod idem auctor testatur his uerbis, Quin & terrena miscere, coccoq; tinctum Tyrio tingere, ut fieret his byßinum. Vbi prisca exemplaria his schymum habent: quare hysginum lego, ex eodem Plinio libro XXXV. in mentione purpurißi. Et ex Vitruuio libro octauo his uerbis, Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubiæ radice, & hysgino. Purpura, insigne Romanorum Imperatorum fuit. Plutarchus in Crasso, Fertur eo die Crassum non purpureũ (ut Romanorum Imperatorum mos erat) sed atrum paludamentum indutum ad milites proceßisse. Quapropter purpura pro summo magistratu ponitur à Plinio libro decimo, cap. XXI. de Gallis loquente, Vt planè dignæ aliti tantum honoris tribuat Romana purpura. Et ideo imperio Romano ad monarchiã deducto, principes ipsi, qui etiam (ut olim) Imperatores dicebãtur, quoniam regium nomen Romæ infaustum inuisumq; erat: purpuram pro insigni imperatorio seruauerunt, ut auctor est Capitol

Plinij locus.

Purpura insigne Imperatorum Romanorum.

Purpura pro magistratu summo.

Capitolinus in Maximinis, & in Gordiano. Plinius lib. uigesimosecundo paludamentum imperatoriũ cocco tinctum fuisse dicit, his uerbis, Iam uerò insici uestes scimus admirabili succo: atque ut sileamus Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ granis coccum Imperatoris dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis tyriũ ac conchylium tingit, omneisq; alios colores, nec quærit in profundis muriceis, sese obijciendo, dum præripit, escam beluis marinis. In titulo de uestibus holobryxis, uel holoseris, nunc murex, nunc conchylium, nunc purpura uocatur, quá solus princeps utitur. Hæc obiter dicta sint propter uerbũ sesquipedalibus, quod in Plinio corruptũ esse apparet. Sesquipondium autem sic latinum est, ut dipondium, & centipondium: seu centumpondium apud M. Catonẽ & Plautum. Est & aliud ibidem ulcus, quod quia persanare non poteram, ne attingere quidem potius esse duxi. Cæterùm quod de censu Senatorio & equestri diximus, non mirum uideri debet, ut Romæ Senator esse nõ potuerit, qui minorem censum triginta millibus coronatorũ in censu habuerit. Hoc enim statutum eo demũ tempore fuisse uidetur, quo imperiũ Romanũ in Asiam transijt, aut certè extra Italiam promotũ est. Quare Plinius lib. XIIII. luxuriam posteriorũ temporum, & rerum honestarum incuriam insectans, Reges (inquit) innumeri honore artium colebantur, & in ostentatione has præferebant, opẽ & immortalitatem sibi per illas prorogari arbitrantes. quare abundabant & præmia & opera uitæ. posteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi cœptus, iudex fieri censu, magistratũ ducemq; nil magis exornare quàm census, post quam cœpere orbitas in auctoritate summa & potẽtia esse, captatio in

Sesquipondiũ.

Census equestris Senatoriusque.

Luxus Romanorum. Plinij locus.

tio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidẽdo pessum iere uitæ pretia, omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes, in contrariũ cecidere, ac seruitute sola proficiscœptum, eodẽ tamen habendi, quò eat spes, omniũ tendente uoto. Sic enim legẽdum censeo ex uetustæ lectionis obseruatione, licet in exemplaribus quæ circumferuntur, aliter extremum membrũ legatur. Iudicẽ autẽ fieri cẽsu Plinius idco dixit, quòd Equites etiam iudices uocabantur, propter Equitum decurias quæ ex Equestri ordine erant. Idẽ lib. XXXIII. Laquearia, quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, post Carthaginẽ euersam primò inaurata sunt in Capitolio, cẽsura L. Mummij, inde transiere in cameras, in parietes quoq;, qui iã & ipsi tanquam uasa inaurantur, cum sua ætas uaria de Catulo existimauerit, quòd tegulas æreas Capitolij inauraſſet primus. Idem paulo superius, Et nos fecimus quæ posteri fabulosa arbitrẽtur. Cæsar qui postea Dictator fuit, primus in ædilitate munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est, ferasq; argenteis uasis incessere tum primum uisum, mox (quod etiam in municipijs æmulantur) Caius Antonius ludos scena argentea fecit. idem Lucius Muræna. Item paulo inferius, Claudij successor Nero Põpeij Theatrum operuit auro in unum diem quo Tiridati Armeniæ regi ostenderet. Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambiẽtis urbẽ? Idẽ Plinius lib. XXIX. de medicis loquẽs, Multos prætereo medicos, celeberrimosq; ex ijs Cassios, Carpetanos, Arũcios, Albutios Rubrios. CCL. sestertia ãnua mercede ij fuere apud principes. quintus uerò Stertinius imputauit principibus q; sestertijs quingenis annuis cõtentus esset. sexcena enim sibi quæstu urbis numeratis domibus ostẽdebat CC. & L.

sestertia

Stipendium medicorũ Romæ.

seſtertia, id eſt, ſex millia ducentos quinquaginta aureos annua mercede celebres multos medicos Romæ à principibus habuiſſe dicit, Stertiniũ uerò etiam ſummã altero tanto maiorem, hoc eſt duodena millia quingẽtenos, cum priuato quæſtu & urbico denaquina millia cogere poſſet. Quapropter hoc etiam imputabat principibus, quòd centum ſeſtertia quæſtus eorum gratia contemneret. Sequitur apud Pliniũ, Par & fratri eius merces à Claudio Cæſare infuſa eſt: cenſuſq; quanquam exhauſtis opibus Neapoli exornata ita auctus, ut hæredi ſeſtertia CCC relinqueret, quadringena Aruncius ſolus. Sic locũ legit Hermolaus Barbarus, quibuſdã uerbis contra fidẽ exemplarium additis: quod diuinare eſt, non emẽdare. Ego ex

Plinij locus.

uetuſtæ lectionis obſeruatione ſic legendum cenſeo, Cenſuſq; quanquã exhauſti operibus Neapoli exornata, hæredi ſeſtertium trecẽties reliquere, quantum Athena, id eſt, Aruncius ſolus. Vt intelligamus Aruncij cognomento Athenam dictum. Senſus eſt autem non qualis ab Hermolao ponitur, ut trecenta duo fratres reliquerint hæredi; quod Plinius pro re prædicanda poſuit, ſed trecenties, quæ centuplicato maior eſt pecunia, hoc eſt ſeptingenta quinquaginta millia. In quo inſignis fuit & concors noſtra auorumq; memoria omnium hallucinatio, ut antea dictum eſt: qui neſcio quo fato uelut iure quodam ſic errore recepto, omnes uniuerſiq; pedibus ierunt in eius ſententiam, quem primũ horum uerborum intelligentia fefellit. Quanquã partim eorum rem egregiè latinam multis in partibus geſſerint, partim Græcorũ penetralia atq; etiã adyta reſerarint, ut acriore ui animi atq; ingenij quàm ego, ſic maiore operæ pretio. Quo nomine ſimul eorum memoriã & colo & uereor, ſimul eorum monumentis prop

Omnes recentiores in harũ rerum ignorãtia concordes fuerunt.

propemodum acceptũ fero quicquid literarum ſtudio doctrinæ (quantula in me eſt cunque) aſſecutus ſum. id quod eo magis ex animi ſententia dico, quòd nullius docti uiri quicquam eo nomine uoci debeo, quod quidẽ à prælegente acceperim, ut Phemius ille Homericus, qui ſeſe autodidacton uocat: alioquin & doctorũ obſeruantiſſimus, & omnia eorum cauſa cupiens. Sed ſic fuit fatum meum, ut mihi tantũ & libris operam ſatis multam, præceptoribus longe rariorẽ quàm tonſoribus dederim. Cuius ſortis & ſi magnopere me pœnitet, interdum etiã ſuppudet, quod tamen celare plerosq; non poſſum, palam omnibus fateri non erubeſco, utique cum ea re commemoranda argumẽtum mihi ueniæ præſtruere uidear. Iuuat igitur doctiſſimorum hominum luculentam culpam in rebus arduis meminiſſe, non quòd uendibilius inuentum meum ea re fieri ſperem, ſed quò mihi, iure etiam optimo, ueniã erratorũ haud dubiã ſpondeam, præſertim ſi nec inauſpicato conatu nec irrito in communem ſtudioſorũ cauſam incubuiſſe inueniar. Sequitur eodẽ loco Plinij, Tũ Crinas Maßilienſis arte geminata, ut cautior religioſiorq;, ad ſiderũ motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horasq; obſeruando, auctoritate eum præceßit, nuperq; ſeſtertia e reliquit, muris patriæ, mœnibus quoq; alijs penè non minori ſumma extructis. Lego ſeſtertium centies, nõ ſine uetuſtæ lectionis adſtipulatu: alioquin quonam modo centum ſeſtertia ſufficere mœnibus Maßiliæ poſſent? aut cur Plinius magnam hanc ſummam eſſe diceret? Sequitur ex eodem cap. Per quæ effectum eſt, ut nihil magis prodeſſe uideretur, quàm multitudo graſſantium. neq; enim pudoris æmuli pretia ſummittunt. notum eſt ab eodem Charmide unum ægrum ex prouincialibus ſeſtertijs du-

Dolet Budæo quod nullum prælectorẽ aut præceptorem nactus ſit.

Plinij locus.

centis conductum, Archontio uulnerum medico sesterijs centum condemnato ademisse Claudiũ principem, eidẽq; in Gallia exulanti & deinde restituto acquisitũ non munus intra paucos annos. Lego, Neq; enim pudor, sed æmuli pretia summittũt, & Archontio uulnerũ medico sestertium centies Claudium ademisse, bonis eius confiscatis. Sententia enim Plinij hæc est, quanquam medici Romæ multa nefariè admitterent artis suæ licentia, potius tamẽ esse cœpisse ut plures essent, quàm pauci: quia olim cum pauci essent, pretia immodica aut stipulabãtur ab ægris, aut quouis modo exprimebãt. nullo enim pudore deterrebantur ut immensis mercedibus abstinerent: sed mutua (ut fit) æmulatione, minoris operas suas addicere tũc cœperunt, cũ multi extitere medici. Cum autem uellet Plinius impudentiam flagitantium docere, Charmidis facinus tanquam exemplum improbitatis medicæ cõmemorauit, qui ægrum unum prouincialem sanandũ quinq; (ut ita dicam) millibus coronatorũ conduxit. Vt autem doceret quàm quæstuosa tunc medicina esset, uulnerariũ Archontium dixit ducentis quinquaginta millibus aureorũ confiscatione amissis, intra paucos annos totidẽ in exilio quæsiuisse. Huius dicti firmamẽtũ erit id quod ab eodẽ auctore libro XXVI. dicitur, ubi de lichenibus loquitur. Siquidẽ (inquit) certum est Manilium Cornutũ ex Prætorijs, legatum Aquitanicæ prouinciæ, sester. ducentis elocasse in eo morbo curandũ sese. Sic enim legi debet ille locus, etiamsi aliter in chartaceis libris legatur. Præterea loca supradicta etiam alium eodem cap. in transitu emendabimus. ubi enim legitur, Itaque hercule in hac artium sola euenit, ut cuicunque medicum se profitenti, statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius.

Medicorũ improbitas.

Non

Non tamen illud intuemur. adeò blanda est spirandi per se cuiq; dulcedo. Lego, spirandi pro se, non spirandi per se. Hæc quæ de medicorum mercede ex hoc Plinij loco dicta sunt à me, fide sortasse maiora nonnullis uidebũtur, utpote ab hodierno non modò censu, sed etiam sensu abhorrentia. Itaque cum hæc scribere cœpissem, in mentem mihi uenit, eam me rationem in his commentarijs sequi esse necesse, quam geometræ & mathematici in demonstrandis speculamentis suis instituerunt. Quomodo enim illi ex primis probant ordine sequentia, & simul atque theorema quoddam comperierunt, illi statim ut confecto adnectunt assumtque aliud, & illi rursus aliud atq; aliud serie perpetua, cum sequentia consistere sine antegressis nequeant. Nam absque hoc foret, res ipsi in communem sensum haud incurrentes, rudibus adhuc animis approbare demonstrareque non possent, minutisq; eos assensionibus usqueadeo obstringere, ut cum prægressa pro compertis habere se fateantur, subeuntia quoque inficiari nequeant, cum hæc ex illis necessariò consiant. Vt igitur Mathematicis necesse est primum quodq; deinceps theorema ita ei qui cum disputant, approbare, ut omnem fatendi tergiuersationem, atque etiam dubitationem eximant: sic nos præcedẽtia (ut arbitror) ueluti propositiones quasdam planè demonstratas tenemus, ex quibus hæc quæ nunc agimus, ratione non solùm probabili, sed etiam propemodũ necessaria adstruere possumus. Verumenimuero quandò in lectorũ animis quãlibet persuasis (de meo enim cõiecturã facio) idẽtidem (ut ita loquar) rebellaturam hæsitationem uideo: non committam, ut hactenus contestatis acquiescens, non omnino compos propositi euadam. Spe enim decidisse uidebor, si re in iu-

Quæ dicenda restãt, fide maiora uidebuntur.

Mos mathematicorum in demonstrationibus.

dicium hominum deducta, non protinus secundum nos ab omnibus pronuntietur. Equidem ut Castor & Pollux iudiciorum præsides obstare mihi omni ope numineq; contendant, plures tamen ego tribus ingeniorum ferā. Proinde libens facio, ut re quanquam probata, rursus auctoribus amplißimis denuntiem testimonium, atq; interim argumentis ualidißimis causam meam ita affirmem, ut omnem ambigentibus animis dubitationem abstergeam. Interea exempla ad id quod agebamus citabuntur. Tacitus lib. XIII. de Nerone nondum deterrimo principe loquens, Sed nobili familiæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sestertijs, quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret. Aureo quoq; Cottæ & Atherio Antonino annuā pecuniā statuit princeps, quanquam per luxum habitas opes dißipassent. De eodem Tranquillus, Nobilißimo (inquit) cuiq;, sed à re familiari destituto, annua salaria & quibusdam quingena constituit. Et de Vespasiano, Expleuit censum Senatoriū, Consulares inopes quingenis sestertijs annuis sustentauit. Si ergo Senatores quidam Romani iam Consulares facti duodecim millia & quingentos aureos annuo stipendio à principibus habuerūt, cur incredibile sit id quod de medicis dictū est? Artes autem hoc tempore penè dixerim damnosas, olim non modò Romæ, sed etiam in Asia quæstuosas uel locupletatrices potius fuisse, auctoritatibus docebo. Iam primum idem Tranquillus de Vespasiano principe auaritia infami, etsi cætera penè optimo, Ingenia (inquit) & artes uel maximè fouit. Primus è fisco Latinis Græcisq; rhetoribus annua centena cōstituit: præstantes poëtas necnon artifices coëmit. Annua cētena nō minus duobus millibus & quingentis aureis fuerunt: quæ si nunc in breuiario

Adnotanda Senatoribus salaria cōstituta.

Artes olim in pretio habebātur, quæ nunc euiluerunt.

Poëtarum & Rhetorum annua salaria.

breuiario principis anniuersario legerentur, nō dico uni nomini expensa, sed in uniuersum literatorū genus: prodigij instar esse crederetur, portentiq; prima quaq; occasione procurandi, ab ijs quidem magnis uiris qui ærariū nostrum libero penè arbitrio expēsant. Ex quo intelligere licet unde Fabius Quintilianus saltus illos coëmerit qui à Satyrico celebrantur. Primus enim Romæ ex Hispania ueniens stipendium è fisco accepisse dicitur ab Eusebio sub Domitiano: quod tamen non esse uerum, ex dicto loco Tranquilli deprehenditur. Huius ætatis aliud est iudicium, præsertim in Gallia, suo sibi suffragio à ludo poëtico oratorioq; explosa, ut antea dictum est. Viginti talentis unam orationem Isocrates uendidit, ut auctor est Plinius in sexto, id est, aureorū nostrorū duodecim millibus. Idem lib. XXXIII. Hominū primus & auream statuam & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit, septuagesima circiter Olympiade. Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæstus. O tempora, ô mores. Isocrates Athenis, id est, in urbe eruditißima, orationem unam tanti uendere olim potuit, quanti nunc Gallia prouinciarum locupletißima, eadem & doctorum hominum egentißima, nec Latias nec Græcas Athenas æstimandas esse putat. Et nos mirabimur ab omnibus nobis uerba dari quibuscum negotium habemus, cū nec literas ipsi sciamus, nec imperio eas obtinendo tuendoq; cōferre quicquam aut conducere putemus? Thucydidem imperatorē Athenienses (inquit idem Plinius) in exiliū egere: rerū conditorē reuocauere: eloquentiā mirati, cuius uirtutē dānauerant. Thucydides ab exilio publico decreto reuocatus est, ut historiā scriberet quæ nūc extat. Nunc uerò

Quintiliani opes.

Literarū pretia.

Thucydides ab exilio reuocatus ob historiam quam cō didit.

Quis dabit historico quantum daret acta legenti?

Vt inquit ille Satyrographus. Vnde fit ut res à maioribus nostris gestas tam commemorare poßimus, quàm terra editi homines auos citare suos. Quãquam non magnopere fortasse refert nostri temporis res gestas obliuione transmitti, qui nihil aut pauca literis celebranda geßimus: certè multa silentio potius mandanda sunt. Quo minus mirum est summos rerum nostrarũ arbitros nullo in numero beneficiariorum habere instituisse literatos homines, ut qui res gestas prodere æternæ memoriæ gaudeant. Alexander Magnus inter spolia Darij Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisq; ac margaritis pretiosum, uarios eius usus amicis demonstrantibus, quandò tædebat unguenti bellatorum & militia sordidũ, Imò Hercule (inquit) librorum Homeri custodiæ detur. ut pretiosißimum humani animi opus quàm maximè diuiti opere seruaretur. Idem Pindari uatis familiæ penatibusq; iußit parci cum Thebas caperet. Aristotelis philophi patriam condidit, tantæq; rerum claritati tam benignum testimoniũ miscuit. Auctor idẽ Plinius. Diu addubitaui an id quod sequitur, adderẽ. Veritus sum enim ne temporum nostrorũ iniquitas fidem historiæ derogaret, in cachinnosq; tandẽ res memorabiles abirent. Ad extremum tamẽ literarũ amor, & ueri admiratio peruicit ut adscriberem. Apud Athenæũ lib. IX. Dipnosophistarũ Laurentius uir Romanus unus eorũ ita inquit, de Tetrace aue loquens, Νομίζων δὲ καὶ παρὰ τῷ ἀριστοτέλει μνήμης ἠξιῶσθαι τὸ ζῶον ἐν τῇ πολυταλάντῳ πραγματείᾳ (ὀκτακόσια γὰρ εἰληφέναι τάλαντα παρ' ἀλεξάνδρου τὸν σταγειρίτην λόγος ἔχει εἰς τὴν περὶ τῶν ζώων ἱστορίαν) οὐδὲν εὗρον περὶ αὐτοῦ λεγόμενον. Ego autẽ existimans uirũ doctißimũ Aristotelem dignam hanc auem

Alexander Homeri Pindariq; cultor.

putasse

putasse de qua mentionẽ faceret, cum tractatum illũ eius tot talentis æstimatũ adijssem (nã Stagiriten ipsum octingenta talenta ab Alexandro accepisse fama est ob historiam animaliũ) nihil quicquã in eo de ea aue inueni. His Athenæi uerbis elogium habemus summi regis Alexandri ad doctrinæ literarum indicaturam, qui unum tractatum Aristotelis præceptoris sui quadringentis & octoginta millibus aureorũ nostri temporis æstimauit ac redemit. De hoc loquẽs Plin. lib. VIII. ita inquit, Aristotelem in his magna secuturus in parte, præfandũ reor: Alexandro Magno Rege inflammato cupidine animaliũ naturas noscendi, delegataq; cõmentatione Aristoteli summo in omni scientia uiro, aliquot millia hominũ in totius Asiæ Græciæq; tractu parere iussa, omnium quos uenatus, aucupia, piscatusq; alebant, quibusq; uiuaria, armenta, aluearia in cura erant, nequid usquã genitũ ignoraretur ab eo: quos percunctando, quinquaginta fermè uolumina illa præclara de animalibus cõdidit. Si quinquaginta uolumina rectè legitur apud Pliniũ, non omnia ad nos peruenerũt, nostræ tamẽ ætati gratulandũ, quòd libri de anima, eorũ præstantißimi, non interciderũt. Nã innumera propemodũ uolumina eũ scripsisse ex Laërtio nouimus. Quàm malè autem cũ promis condis ærarij nostri ageretur, si eius regis æmulos principes haberemus? quàm lõgè autẽ abigerentur ab aula sorices illi Prætoriani diuisorũ asseclæ, qui nobis sericani ob oculos incurrũt arroso argẽto principali tumidi? O' mirificã officinam, quæ quãuis sordidos homines, sesquimẽse politos ad unguẽ nobis reddat. O' inania, ô ingrata, ô pudẽda deniq; literarũ studia, quibus aduersis fatis nequicquã intabescimus: quos isti non sapientiæ amore captos, sed mente potius

Præmiũ quod Aristoteles ab Alexandro accepit pro historia animaliũ.

Sorice Prætorij appellare uidetur Quæstorũ asseclas in inferioribus actibus argenariam factitãtes, & ærariũ arrodentes.

putant. Verùm ut quod instat agamus, idem Plin. lib. septimo, Medicinæ scientiam (inquit) in Theombroto Ptolemæus rex Megalensibus sacris donauit centum talentis, seruato Antiocho rege. Et lib. XXIX. Erasistratus Chrysippi discipulus, Aristotelis filia genitus, Antiocho rege sanato, centũ talentis donatus est à rege Ptolemæo filio eius, ut incipiamus & præmia artis ostendere. Erasistratum & Theombrotum uel eundem fuisse intelligimus, uel Plinium non eundem auctorem utrobiq; secutũ. Centum talenta, sexaginta millia aureorum ualuisse pòst paulò docebimus. Idem libro VII. Aristidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est, octoginta emit duas Cæsar Dictator, Medeam & Aiacem Timomachi, in templo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturam Magnetũ exitij, haud mediocris, pari rependit auro. In antiquis legitur, medio crispanti quare sic legendũ censeo, Mediocris spatij, rependit auro. Nam rependere pari auro nunquã à Plinio dictum est. & alioqui Plinius mediocri magnitudine tabulæ, pretij magnitudinẽ significare uoluit. Rependere auro, plena est locutio. Cicero de Orat. Cui pro Gracchi capite aurum erat repensum. quod Plinius ipse lib. XXXIII. imitatus est, his uerbis, Hæc paulatim exarsit rabie quadã, non iam auaritia, sed fames auri: utpote cũ Septimuleius C. Gracchi familiaris, auro repensum caput eius excisum ad Opimiũ tulerit, id est, πρὸς χρυσὸν ἀντιςαθμιζομένην τῇ κεφαλῇ, uel πρὸς χρυσὸν ἰσοζύγιον. Quanta autem auctoritas artibus olim fuerit, etiam ex eo conijcere possumus, quod idem lib. XXXV. inquit de Pamphilo pictore loquens, Docuit neminem minoris talento annis decem: quam mercedem Apelles & Melanth

Præmia medicorum memorabilia.

Pretia pictarũ tabularum.

Rependere auro.

Cap. 3.

Artium auctoritas.

Cap. 10.

Melanthius ei dedere: & huius auctoritate effectum est Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam, in buxo docerentur: reciperetur q; ars ea in primum gradum liberalium. In uetustis tamen penè omnibus legitur, ut pueri ingenui omnia antigraphicen. licet hoc Hermolaus ex uetustis restituisse se dicat. Quare suspicor sic Plinium scriptum reliquisse. Ingenui omnia ante graphicen: quasi hæc fastigium doctrinæ puerili imponeret. quod tamen admonendi animo dictum à me existimari uelim. nõ enim facilè mutandam esse structuram ueterem censeo. Nonnihil hanc opinionem meam intendit id quod sequitur, Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui eam exercerent, mox ut honesti, perpetuo interdicto ne seruitia docerẽtur. Cæterùm quod hic dicitur neminem docuisse minoris talento annis decem, non consentaneum mihi uisum est, ut cum tanta precia tabularum legeremus apud Plinium, idem tamen docendi precium tam paruum poneret, atque ita poneret, ut admirari nos uellet. Quare cum exemplaria antiqua adirem, reperi non annis sed annuis legendum, nec decem, sed X L. ut sit, Docuit neminem minoris talentis annuis quadraginta. quanquam in antiquissimo scriptum erat quingenta, in pagella quidem, sed in margine quadraginta. Vt minimum autem annuis decem legendum, hoc est aureorum sex millibus. quod longissimè abest ab eo sensu qui ex impressis percipitur, absurdissimo illo quidem, cum etiam pluris hodie pictores instituantur. Atqui ne decoxisse doctrinam eam Apelli putemus, qui tanti picturam didicit: idem auctor de eo loquens aliquanto pòst ita inquit, Pinxit & Alexandrũ Magnum fulmen tenentem in tem

De honore picturæ.

lib. 35. ca. 10.

plo Ephesiæ Dianæ uiginti talentis auri. digiti eminere uidentur, & fulmen extra tabulam esse. Immane tabulæ precium accepit aureos mensura, non numero. Velut ex uetustissimo lego, tabulæ preciũ in nummo accepit aureo, mensura, non numero. Viginti auri talenta, ut minimum centum ac uiginti millia aureorum coronatorum ualent: quod tamen exquisitius postea uiderimus. Strabo libro. XIIII. de Co insula loquens, & urbe eius cognomini, In suburbano est Aesculapij templum ualde nobile, simulacris multis refertum: in quibus est Apellis Antigonus. Fuit etiam pridẽ Venus è mari emergens, quæ nunc diuo Iulio Cæsari dicata est Romæ, quã Augustus honori patris cõsecrauit, ut generis auctorem. Fama est Cois pro tabula centũ talenta ex imperato tributo remissa esse, φασὶ δὲ τοῖς κώοις ἀντὶ τ῀ γραφῆς ἑκατὸν ταλάντων ἄφεσιν γενέσθαι τῶν προσταχθέντων φόρων. Interpres eo in loco lapsus, anadyomenen, id est emergentẽ Venerem, nudam transtulit, quasi apodyomenẽ. Est enim ἀνάδυσις emersus, cui opponitur κατάδυσις, quãquã et aliud significat. Homerus,

Καρπαλίμως δ' ἀνέδυ ετολιῆς ἀλὸς ἤυτ' ὀμίχλη.

Plinius libro supradicto, Venerem exeuntem è mari diuus Augustus dicauit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene uocatur, uersibus Græcis tali opere dum laudatur uicto, sed illustrato. huius enim inferiorem partem qui reficeret, non poterat inueniri. Ego tamen ex uetustis melius posse legi puto, Versibus Græcis tali opere dum laudatur uicto: sed per tot lustra huius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit inueniri. Per lustra autẽ Censores olim sarta tecta ædium sacrarum tuẽda locare solitos esse notum est. Romanorum igitur res nummaria ita propemodum constituta fuit. Græci drachmis, minis,

Anadyomene Apellis.

minis, & talentis usi sunt. Talentũ multiplex fuit auctore Festo. Atticum autem sex millium denariorum fuisse dicit. τάλαντον (inquit Suidas) μνῶν ἑξήκοντα. ἡ δὲ μνᾶ, δραχμῶν ἑκατὸν. Talentum, inquit, minarum est sexaginta, mina autem drachmarum centum. Hoc etiam legimus in uersibus illis qui apud Priscianum leguntur, & Fauini esse dicitantur,

Cecropium supereſt post hæc docuisse talentum,
Sexaginta minas seu uis sex millia drachmas.

Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. Priscianus de ponderibus, Scrupulus, inquit, sex siliquæ. drachma, scrupuli tres. uncia, drachmæ octo, scrupuli XXIIII. uncia XII, libra. Libra uel mina Attica, drachmæ LXXV. Libra uel mina Graia, drachmæ XCVI. talentum Athenienſe paruũ, minæ sexaginta. magnum, minæ LXXXIII, & unciæ quatuor. Ad hoc probãdum citat Liuium, sed quoniam uerba Liuij apud Prisciani corrupta leguntur, ab auctore ipso repetenda sunt, qui lib. IIII. de bel. Macedo. de Tito Quintio loquens Græciæ liberatore, Ingens (inquit) numerus erat bello Punico captorum, quos Annibal, cum à suis non redimerentur, uenundederat. Multitudinis eorum argumentum est quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis stetisse, cum quingentos denarios precium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. Mille enim ducentos Achaia ea regione habuit. Hactenus Liuius. Ex cuius uerbis intelligimus in centum talentis millies ac ducenties quingentos denarios esse, hoc est sexcenties mille. quod perinde est ac si dicas centies sex millia denariorum. Ita planum fit in quolibet talento sex millia denariorum fuisse, cum centesima pars eius summæ sint sex millia. Rem per se odio

Talentum.

se odiosam, quàm potui facillimè explicui, sicq; ubiq; facturum me comparaui: ne qui hunc librum in manus sumpserint, identidem necesse habeant eo tantisper depositō palimpsestum sumere. sic appellant tabellam deletilem qua calculatores utuntur, quanquam Cicero pro charta utitur deletitia. Addit hoc Priscianus, Denarios eo tempore nummos argenteos fuisse siliquarum pondere uicenarumquaternarum: id quod Liuius in eo libro ostendit de triumpho eiusdem Quintij loquens, his uerbis, Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum, tetrarchiam uocant, trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus. Quo in Loco Liuij non tetrarchiam, sed tetradrachma lego: non ex Prisciano, apud quem inanis areola pro hoc uerbo relicta est, sed ex Cicerone, & Polluce libro nono de uocabulis rerum ad Commodum Cæsarem: qui auctor didrachmum, tridrachmum & tetradrachmum nomisma olim fuisse tradit, eumq; nummum ab Atheniēsibus bouem appellatū esse ab eius pecudis nota, indeq; ficta ab Homero arma hecatombœa & enneabœa. Id etiā ex Prisciano satis intelligi potest, qui nummos illos Atticos fuisse scribit duarum & septuaginta siliquarū. Idem Liuius (inquit ille) ostendit lib. XXXVII. ab Vrbe cond. magnū talentum Atticū octoginta habere libras & paulo plus, cum supradictorum cōputatio manifestet octoginta tres libras & quatuor uncias habere talētum, quod est denariorum sex millium. Liuij uerba hæc citat, Talentum ne minus pondo LXXX Romanis pōderibus pendat, uel sic decreuit Senatus, ut non plus quàm ternæ libræ & quaternæ unciæ singulis talentis desint. Hactenus Priscianus. Cuius cōputationem sic accipio (nihil enim aliud addidit) cum unumquodque talentum sex millia

Palimpsestos.

Didrachmum.
Tetradrachmum.
Arma hecatōbœa.

millia denariorum penderet, octo quoque millia drachmarum pependisse ratione prædicta. Hæc octo millia si in centenarios partiaris, octoginta utique libras cētenarias habebis. Atqui cum libra antiqua quam Liuius secutus est, drachmarum fuerit sex & nonaginta, supererunt quater octoginta drachmæ, id est trecentæ & uiginti: ex quibus ratione dicta tres libræ cōficiūtur, & insuper tertia pars libræ, id est duæ & triginta drachmæ. Ita in talenta singula ternæ libræ cum triente tribuuntur ultra octoginta libras. Sciendum autem (inquit ille) quòd secundum Liuij computationem centum minæ Atticæ, quarum singulæ LXXV drachmas habent, faciunt talentum magnum. minus autem talentum sexaginta minæ secundum Dardanum faciunt. Maius autem & minus fuisse docet Terentius in Phormione cum inquit, Si quis daret talentum magnum. Italica autem mina drachmas habet (ut suprà dictum est) nonaginta sex, quæ libra est XII unciarum, hoc est denarij LXXXII. Qua computatione LXXXIIII libræ Romanæ, & quatuor unciæ, quod magnum talētum esse diximus, centum minas Atticas faciunt. Seneca in. x. Epistolarum ad Nouatum. XXIIII sestertia (inquit) id est talentum Atticum paruum. XXIIII enim sestertia, sexaginta libras habēt. Hactenus apud Priscianum legitur. Quodicto Priscianus ipse sibi cōtrarius est. Hac enim ratione talentum magnum septem millia & quingentas tantū drachmas habuisse probatur, quod Liuij supradicta ratione octo millia habebat. Quippe cum singula tetradrachma, id est quaternarum drachmarum nummos, ternis denarijs æstimauerit, sena quoq; millia denariorū octonis millibus drachmarum æstimauit. At hoc quàm sit consentaneū cum postremo dicto, uideamus. In promptu est

enim

enim unicuique uidere, cum centum libræ centenariæ decem millia drachmarum ualeant, si inde quartam partem eximamus, ut libræ iam sint septuagintaquinq; drachmarum, non plus quàm septem millia & quingentas drachmas talentum ualiturum, quod tamen Liuiana computatione octo millia ualuit. Iam uerò octogintatres libras per numerum drachmarum, id est nonagiesſexies multiplicemus, fient in ſumma ſeptem millia nongentæ ſexagintaocto drachmæ. his ſi trientem ſupradictum, id eſt duas & triginta drachmas addiderimus, quæ ex quaternis illis exuberantibus uncijs fiunt, numerum omnino octo milliũ habebimus. Quare manifeſta eſt hallucinatio in calculo ſupradicto: quem Priſciani eſſe ideo non credo, quòd in tribus libris antiquis quos uidi, tractatus ille non uiſitur, uno etiam antiquiſſimo. Centum igitur minæ Atticæ talentum magnum ut fecerint, non id talentum erit cuius

Euboicum talentum.

Liuius loco ſupradicto meminit: ſed Euboicum fortaſſe, de quo idem Liuius lib. eodem ſic inquit, de pace loquens cum Antiocho facta, Europa abſtinete, Aſiáq; omni quæ cis Taurum montem eſt, decedite. Pro impenſis deinde in bellum factis, XV millia talentûm Euboicûm dabitis: quingenta præſentia: duo millia & quingenta cum Senatus populusq; Romanus pacem comprobauerit: mille deinde talenta per duodecim annos. Quid ſit autem Euboicum talentum, docet Feſtus his uerbis, Euboicum talentum nummo Græco ſeptem millium & quingentorum ciſtophorûm eſt: noſtro, quatuor millium denariorum.

Ciſtophori. Liuij locus.

Ciſtophororum autem crebra eſt mentio apud Liuium, ut libro eodem in triumpho L. Scipionis, Tulit in triumpho argenti pondo CXXXVII millia. Et paulo ſuperius de nauali triumpho L. Aemilij, Pecunia trãslata nequaquam

quam tanta pro ſpecie regij triumphi. Tetracina Atticaccxxxiiii millia. Ciſtophori ccccxxxii mil. In ſuperiore exemplo non tetracinum & ciſtophori lego, ſed tetradrachmûm & ciſtophorûm genitiuo caſu. In hoc autẽ tetradrachma & ciſtophori: & ubiq; apud Liuium ſic emendandum cenſeo. Tetracinum enim quid ſit, nemo, ut arbitror, nouit. Nec tamen dictum Feſti conuenit cum ratione Liuiana, quæ talentum ſex millium denariûm facit. Niſi etiam corruptum numerum apud Feſtum aliquis ſuſpicari malit. quanquã alioquin Feſtus ipſe ſibi non conſtat, qui alibi talentum Atticum ſex millium denariûm facit, R hodiũ ciſtophorûm quatuor milliũ: alia etiam genera ponens nihil ad rem pertinentia. Quare potius adducor, ut talẽtum apud Liuium ſit octogenarium, & proportionem epitriton habeat, id eſt ſeſquitertiam, uel ut alij loquuntur, tertiariam ad talentum Atticum minus, quod ſexagenarium eſt. Sic enim ratio quadrabit, ut quam proportionem denarius ad drachmã habuiſſe dicitur, eandem Liuianum talẽtum ad uulgare, id eſt ad Atticum habeat. Libras nunc centenarias intelligi uolo. Nam quod apud Priſcianum legitur, ut talentum minus ſexagenarium ſit, & libræ eius ſeptuagintaquinq; drachmarũ, nullo auctore confirmari poteſt. Cum enim Suidas, Pollux, Feſtus, Græci & Latini talentum Atticum ſex milliũ drachmarum eſſe dicant, & ſexaginta minarum, neceſſe eſt ut LX minas nõ Atticas ſed Græcas intelligamus, & centenarias, quæ Atticas octoginta faciũt. Talenti magni meminit Plautus in Moſtellaria his uerbis, Si hercle nunc ferat ſex talenta magna argenti pro iſtis præſentaria, nũquam accipiet. Locus autẽ ille Liuij qui apud Priſcianũ citatur, non lib. XXXVII. legitur, ſed XXXVIII.

Talentum magnum.

his uer

his uerbis, Argenti probi XII millia Attica talenta data intra XII annos pensionibus æquis. Talentum ne minus pondo LXXX Romanis ponderibus pendeat. Vbi tamen ordinem uerborum peruersum esse credo. Non enim latinè XII millia talenta, sed talentum dicitur, quomodo & alibi & in loco supradicto locutus est Liuius. Quare hîc Liuium scripsisse puto, argenti probi Attica talenta XII millia, uel Atticûm talentûm. Quòd si de talento dicere ulterius pergam, exitũ res non inueniet: usqueadeo de talẽto diuersa prodũtur & uaria ab auctoribus. Suidas & Hesychius talentum apud quosdam cẽtum & uigintiquinque librarum fuisse tradunt, apud nonnullos genus fuisse nomismatis. Non omittendum id quod Pollux inquit, talentum Atticum apud Athenienses Atticas drachmas capere numero sex millia: apud alios eundem numerum, sed suarum cuiusque loci drachmarum. Id quod eò pertinere potest, quod de talento Liuiano dictum est, siue Euboicum siue aliud fuerit, ut quomodo Athenis & alibi talentum sex millia drachmarum habuit uernacularum cuiusque loci, sic Romæ sex millia denariorum habuerit, quæ tamẽ æquauerint põdere octo millia drachmarum. Vitruuius lib. x. de testudine Agetoris Byzantij loquens, Erigebatur autem machina in altitudinem ad diuiciendum murum circiter pedes centum. Item à latere dextra ac sinistra procurrẽdo perstringebat non minus pedes centum. Gubernabant eam homines centum, habentem pondus talentûm quatuor millium, quod fit quadringenta octoginta millia pondo. His uerbis, si emendatè leguntur, auctor est Vitruuius talentũ centũ & uiginti pondo Romana cõtinere: quod genus proximè accedit ad illud talentum quod Suidas & Hesychius posuerunt. In

Talentum secundum Vitruuium.

alijs libris quadringenta nonaginta mil. legitur. Qua ratione talentum centum & uiginti pondo & semuncias fuit. quod ipsum ego non argenti talẽtum fuisse, sed negotiatorium & mercimoniale puto, quod duplicẽ fortasse ad talentum argenti proportionẽ habebat, ut hodie libra argẽtaria & aurificum subdupla est zygostaticæ. Et sic singuli homines quina paulo minus millia pondo Romana mouebãt machinali libramẽto, nostra circiter tria millia & sexcenta. usqueadeo diuersa auctores de talento scripserunt. Nihilo tamẽ secius cõstituere omnino habeo quid sit talentum, quantumq; sit ad Romanum nummum relatum. siquidem ad ulteriora progredi ordine instituto contendo. Obseruaui igitur Romanos non antè talenti uocabulo uti cœpisse, quàm imperij fines ad eas usq; gẽtes prorogauerunt, quæ hoc uocabulo signati argenti utebãtur. Tunc autem eos uerisimile est eodem genere talẽti uti solitos, quo genere utebantur ij quibúscum commercia aut belli aut pacis habuerunt, nisi siquando certis uerbis concepta fœdera aliud genus induxerunt, ut in Antiochi fœdere iam dicto factum est, quo cautum est de talenti quantitate. Ferè autem talentorum uocabulo usi sunt in rebus Græciæ & Asiæ. Quare cum Græci & Asiatici populi sena millia drachmarum & sexagenas minas talẽto tribuant, ego in colligendis summis hanc rationem ut potissimam sequar. Malo enim extenuasse res uideri, quàm in maius auxisse. Atqui nemo talentũ apud scriptores rerum in Græcia aut Asia à Romanis gestarum, minus fuisse libris sexaginta contenderit, ut arbitror. Denarij autẽ & Drachmæ promiscuam appellationem habebo, auctoritate fretus Plutarchi & Plinij, & scribẽtium concordia. Nec me deterrebit locus ille Liuianus in quo

Talenti mẽtio apud Romanos.

pro trium fortasse quatuor legendum est: quãquam & inter antiquum denarium & drachmam Atheniensem potuit aliqua esse differentia. quod tamen non probo. Habeo enim antiquissimum in honorem Romuli & Remi percussum, quibus infantibus lupa sub ficu ubera præbet. Literæ exesæ uetustatem præferunt. Pondus idem quod reliquis qui drachmales sunt. ab altera parte x litera denarium significare uidetur, sed potuit tetradrachmus nummus malignè percussus esse in difficultate reipublicæ Atheniensium, ut aliquando Romæ factum esse docebimus: ita ut quatuor drachmarum nummus non multo plus tridrachmo ualeret, id est denarijs tribus. τάλαντον (inquit Suidas) μνῶν ἑξήκοντα ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρ. ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ἕξ. Talentum (inquit ille) mnarum est sexaginta, mina autem drachmarum centum, drachma obolorum sex. Sed de minutis postea uiderimus, ne quid addubitatum relinquatur. Nunc talentum æstimabimus sexcentis coronatis nostris, hoc est sexagies denis. Denos enim aureos in libras constituimus. Hac ratione centum talenta centies sexcentos aureos ualent, hoc est sexaginta millia: quod promptum est colligere in digitos tantum calculum deducenti. Centies enim quingenti, quinquaginta millia efficiunt: & centies centum, decem millia. Eadem ratione decem talenta: sex millia coronatorum ualent: & uiginti, duodecim; triginta, decem & octo: quadraginta, quatuor & uiginti: quinquaginta autẽ, triginta: & mille, sexcenta millia. Quod semel dicendum duxi, ne lectores posthac æstimandis summis hæreãt. Ita fit ut quod Græci quinquaginta talenta argenti dicunt, Romani duodecies sestertiũ dicant, quæ summa census est Senatorij: quod ita postea probabimus, ut nemo in posterũ ambigat.

Aestimatio talenti ære nostro.

ambigat. Veniamus ad historicorum loca. Plutarchus in Cæsare, Circa Pharmacusam insulam à piratis capitur, qui per idẽ tempus nauibus magnis & immensis classibus mare occupauerant. à quibus cum pro eo redimẽdo uiginti poscerentur talenta, derisit, quòd qualem cepissent uirum, ignorarent: proinde quinquaginta se daturum pollicitus est. Tranquillus in eodem Cæsare, Numeratis deinde quinquaginta talentis, expositus in littore, non distulit quin è uestigio classe deducta persequeretur abeuntes. Quinquaginta talẽta, triginta millibus coronatorũ æstimo. Idem Plutarchus, Cæsar ex Prætura prouinciã sortitus Hispaniam, cum proficiscenti creditores magnis clamoribus impedimento essent, confugit ad Crassum, qui Romanorum ditissimus, aduersus Pompeij in Republica potentiam, acri Cæsaris ingenio ac feruore simul egebat. Crasso igitur contra inexorabiles maximè ac importunos creditores octingẽtorum & triginta talentorũ sponsione interueniente, Cæsar in prouinciam abijt. Hoc perinde est ac si dicam, quadringenta & nonaginta octo millia aureorum quæ Cæsar debebat, Crassum fide sua esse iussisse: de quo idem Trãquillus. Ex Prætura ulteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interuẽtu sponsorum remouit. Appianus in secundo bellorum Ciuilium: Cæsar deinde in Iberiam delectus Prætor, cum magnam facultatum partem ob ambitum ære alieno deuinxisset, huiusmodi uerbis usus esse dicitur, Bis millies & quingenties centena millia sibi adesse oportere, ut nihil haberet. Quæ summa ære nostro maior est bis & sexagies cẽtenis millibus aureorũ. Huius dicti fides ab exẽplari Græco petenda mihi uisa est: quod mihi uidere longo interuallo contigit beneficio Lazari Bayfii utraq; lingua doctissimi,

Aes alienum Cæsaris Dictatoris.

ctißimi, ut scripta eius testantur: qui legatione Venetijs
functus est, unde illud uolumen profectum. In eo autem sic
locus hic legitur, ὁ δὲ καίσαρ στράτηγος ἐς ἰβηρίαν αἱρε-
θεὶς ἠδὴ μέντι πρὸς τῶν χρηστῶν διεκρατεῖτο ἐν ῥώμῃ,
πολὺ πλέονα τῆς πορισσίας ὄφλων διὰ τὰς φιλοτιμίας,
ὅτε φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντα-
κοσίων μυριάδων, ἵνα ἔχῃ μηδὲν. Quæ uerba sic uer-
tenda esse duxi: Cæsar autem præturã in Hispaniam sor-
titus, aliquantisper à creditoribus manu iniecta retentus
est ob contractum æs alienum in ambitu, maius suis facul-
tatibus: tuncq; fertur dixisse, duobus millibus & quingen
tis myriadibus sibi opus esse ut nihil haberet. Quod lati-
nè ex more antiquo loquendi sic uertendum fuit, ducen-
ties & quinquagies sestertium sibi opus esse. quæ summa
ære nostro instar est sexcentorum uigintiquinq; milium
aureorum. & ita interpretamur quasi Appianus myria-
das nummûm non drachmarum intellexerit. Quòd si re-
ctè fecimus, ex ijs quæ infrà dicentur, constabit & Curio-
nem & Milonem longè maius alienum æs eodem tempo-
re contraxisse. Verùm Latinis libris de Græcis traductis
fidem posthac non habere constitui, luculentis exemplis
commonefactus, sed nos hoc uiderimus. Græci hũc nume-
rum sexcentas & uiginti myriadas appellant. Lingua
nostra millionem uocat decies centena millia. Hoc si imi-
tari uolumus, chiliada chiliadum ut Græci dicere poteri-
mus, hoc est mille millenarios, uel millies mille. Græci rur-
sus myriadem uocant decem millia. ergo decies centena
millia centum myriadas dicunt, & mille myriadas cen-
ties centena millia. Quod ideo præfandum duximus, ne
legentes conturbentur si uel ijs uocabulis aliquando uta-
mur, uel eos auctores citemus qui ea usurparunt. Plu-
tarchus

Numerorum uocabula.
Millio.
Chiliades & Myriades.

tarchus in Crasso, Apud Romanos omnes cõstat uirtutes
quas plurimas Crassus habuit, unius auaritiæ sordibus ob-
scuratas fuisse: cuius uitijs clarißimum testimonium præ-
bet magnitudo diuitiarum quas breui admodum tempore
sibi comparauit. Nam cum trecenta solum talenta ex pa-
terna hæreditate accepisset: priùsquam aduersus Parthos
exercitum duceret, septem millium & cẽtum talentorum
summam coegisse traditur, cum etiam decimam facultatũ
suarum partem Herculi cõsecrasset, & publicum epulum
dedisset populo, ac tres minas in singula ciuium capita cõ-
tulisset. Harum diuitiarum maximam partem (si uerum
proferre licet) ex ciuilibus bellis atq; incendijs compara-
uit, calamitatibus publicis ad priuatas utilitates abutens.
Et paulò pòst enumeratis prædijs quæ & in Vrbe & ru
ri sectionibus quæsiuerat, Seruos præterea (inquit) circi-
ter quingentos emit fabrilis artis & architecturæ peri-
tos: nec ijs tantũ ad propriæ domus extructionem usus est,
sed ciuibus ædificare uolẽtibus eorum operas mercede lo-
cabat, ac simul areæ spatium cuicunque pro arbitrio suo
ad ædificandũ uendebat. Cumq; signati argẽti maximam
copiã, & agros mirificè cultos, in ijsque cultorum ingen-
tem numerũ poßideret, minimi tamen hæc omnia faciẽda
uidebantur præ maxima turba seruorum quos uarijs arti-
bus instructos habebat, lectores, scribas, pictores, argẽta-
rios, procuratores, mẽsarios, quos ipsemet summa diligen
tia curare, discẽtibus aßistere, plerosq; etiam docere con-
sueuerat. Aiebat enim præcipuã domini curam circa ser-
uos esse oportere, cum sint rei familiaris tanquam anima-
ta instrumenta. Septẽ millia & centũ talenta, bis & qua-
dragies centena millia aureorũ nostrorũ ualent, & sexa-
ginta præterea. Quam summã si Crassus post decimatas

Crassi diuitiæ male partæ.

Seruorum cura maxima habenda.

facultates suas, & largitionē popularē habuit, quid existimamus eum integris facultatibus habuisse? Quod si uerum est eū in singula capita ciuiū Romanorū ternas minas dedisse: ut cētum millia ciuiū fuerint ad donatiuū nomina sua dantium, minoris trecētis myriadibus, id est tricies centenis millibus defungi largitione non potuit. Quare hunc locū suspectū habebā quod ad minas pertinet, antequam Græcū exemplar uidissem, præsertim cum circa hæc tēpora cēsu Romæ acto inuenta sint quadringēta sex aginta millia paulo ante proscriptionē Syllanam. Postea uerò quàm Græcū librū legi, interpretis errorem intellexi. Plutarchus autem ita græcè scribit, τριακοσίων γὰρ οὐ πλείω κεκτημένος ἐν ἀρχῇ ταλάντων, εἶτα παρὰ τὴν πολιτείαν ἀποθύσας μὲν τῷ ἡρακλεῖ τὴν δεκάτην, καὶ τὸν δῆμον ἑστιάσας, τρεῖς δὲ μῆνας ἑκάστῳ ῥωμαίων σιτηρέσιον ἐκ τῶν αὐτοῦ παρασχὼν, ὅμως πρὸ τῆς ἐνδεῖ πάρθους στρατείας, αὐτὸς αὐτῷ θέμενος ἐκλογισμὸν τῆς οὐσίας, εὗρεν ἑκατὸν ταλάντων τίμημα πρὸς ἑπτάκις χιλίοις. Cū enim ab initio nō plus trecenta talenta possedisset: postea cū ad Rempublicā administrandam se contulisset, interim decimam facultatū suarum Herculi polluxit. epulum priuatim fecit singulis ciuibus Rom. tesseram annonariā trium mēsium dedit. quibus peractis, tamen antequā in Parthos expeditionē suscepit, cum rationē census sui inisset, septē millium centumq; talentorū æstimationē comperit. Interpres exemplari deceptus, minas pro mensibus transtulit. Diximus suprà apud Plinium legendū esse de eodē Crasso, In agris sestertiū bis millies possedit, Quiritium post Syllā ditißimus. Siquidē bis millies, quinquagies centena millia aureorū ualet. Quare Claudij libertus Pallas, qui à Cornelio Tacito sestertij ter millies possessor dicitur, uicies

Pallas termille sestertium

uicies & quinquies centenis millibus Crasso fuisse ditior perhibetur: quod etiam Plinius satis significauit his uerbis, Multos postea cognouimus seruitute liberatos, opulentiores, pariterq; tres Claudij principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum. Diuitiæ autem Narcißi in prouerbium uenisse uidentur, cum Iuuenalis dicat,

possedit, Crasso ditior.

Diuitiæ Narcissi.

Nec Crœsi fortuna unquam nec Persica regna
Sufficient animo, nec diuitiæ Narcißi,
Indulsit Cæsar cui Claudius omnia.

Magis id mirum forsitan uideri poßit, quonam modo Demetrius Pompeij libertus unius ciuis Ro. qui priuatum fastigium, aut certè ciuile non exceßit, tantas opes parare potuerit: de quo Plutarchus in Pompeio ita inquit, Demetrij coniugem, qui Pompeij libertus plurimum apud ipsum potuerat, quiq; censum trium millium talentorum reliquerat, Pōpeius præter naturæ suæ mores, nec humanè nec liberaliter habuit. De eius liberti insolentia & fastu & opibus multa ab eodem auctore alio loco dicuntur. Sed quod de Cæsare ex Appiano dixeram, id uerò uidendum est. fidem enim excedere uideretur, ut ciuis Romanus, id est ante Dictaturam, bis millies & quingenties æris alieni habuerit: quod quanti sit ære nostro, paulo superius dictum est. Iam primum Plutarchus de eo ita inquit, Ad impensas autem profusior, breuem ac momentaneam sibi gloriam tam magnis opibus permutare uidebatur, cum tamē re uera paruis amplißima compararet. antea uerò quàm ullum inijsset magistratum, mille ac trecentorum talentûm conflasse æs alienum dicitur. mādata deinde illi Appiæ uiæ cura, ingētes prodegit pecunias. Aedilis CCC & XX paria gladiatorum exhibuit. Circa spectacula pompas atq; epulas profusißimis sumptibus usus,

Aes alienum Cæsaris dictatoris.

uniuersas superiorum munificentias obliterauit. Quas ob res affectam sibi plebem reddidit, ut certatim honores excogitarēt quibus paria cum illo facerent. Tranquillus de eo loquens, Deposita prouinciæ spe, Pontificatum maximum petijt, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculāti fertur, domum se nisi Pontificem non reuersurum. Plutarchus autem auctor est dixisse eum matri, Aut Pontificē hodie uidebis filium, aut exulem. Quanta autē summi Pontificatus esset dignatio, & quàm opimus eius redditus, ex eo conijci potest, quod Tranquillus in Claudio inquit, Postremò etiam sestertium octogies pro introitu noui sacerdotij coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut quū obligatam ærario fidem liberare nō posset, in uacuum lege prædiatoria uenalis pependerit. Si enim pro sacerdotio uno Claudius tantum conferre non dubitauit, quid existimamus de Pōtificatu maximo, qui caput erat omnium, ut est hodie, & quem principes ipsi assumere solebant, ut ex nomismatis apparet? Idem Tranquillus in Cæsare, Crassum Pompeiumq; in urbem prouinciæ suæ extractos compulit ut detrudendi Domitij causa Consulatum alterum peterent: perfecitq; per utrunque, ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur. Qua fiducia ad legiones quas à Repu. acceperat, alias priuato, alias publico sumptu addidit. Idem alibi, Egit cum Tribunis plebis collegam se Pompeio destinantibus, id potius ad populum ferrent, ut absentisibi, & quandocunque imperij tempus expleri cœpisset, petitio secundi Consulatus daretur, ne ea causa maturius & imperfecto adhuc bello decederet. Quod ut adeptus est, altiora iā meditans, & spei plenus, nullum

Pontificatus Maximus.

nullum largitionis aut officiorum in quēquam genus publicè priuatimq; omisit: forum de manubijs inchoauit, cuius area super sestertium millies constitit: munus populo epulumq; pronuntiauit in filiæ memoriam, quod ante eū nemo fecit. Quorum ut quàm maxima expectatio esset, ea quæ ad epulum pertinerent. quāuis macellarijs oblocata, etiam domesticatim apparabat. Et paulo inferius, Legionibus stipendium in perpetuum duplicauit: frumentum, quotiens copia esset, etiam sine modo copiaq; præbuit, ac singula interdum mācipia & prædia uiritim dedit. Et rursus inferius, Tum reorū obæratorum aut prodigæ iuuentutis subsidium unicum ac potētissimum erat. Hæc & huiusce modi alia etiā si post præturā Hispaniensem contigerunt, tamen eò pertinent, ut intelligamus Cæsarem ingenio admodum profuso ac magnifico fuisse, & quod non nisi summa appeteret. Eiusdē generis sunt quæ sequuntur apud eundē auctorem, Mundtiarum lautitiarumq; studiosissimum multi prodiderunt: uillam in Nemorensi à fundamentis inchoatam, quòd non tota ad animum ei responderet, totam diruisse, quanquā tenuem adhuc & obæratum. Et iterum alibi, Ante alias dilexit Marci Bruti matrem Seruiliam, cui & primo suo Consulatu sexagies sestertiū margaritā mercatus est. Quod hic dicitur de margarita sexagies sestertium empta, fidē facit dicto Pliniano de margarita Cleopatræ cēties sester tium æstimata, id est, aureis ducentis quinquaginta millibus. Ego cum inquirerem an id uerum esse potuerit, sic ratione ducebam, Dotem omnem margaritarum, ut Plinius inquit, & gemmarij nostri confirmant, in candore, in magnitudine, in orbiculari forma, in læuore & pondere esse scimus. Candorem nostri nitorem Indicum intelligunt

Margaritæ Cleopatræ, & altera Seruiliæ.

De unionibus.

telligunt. Quare in unionum tndicatione omnia hæc obſeruant. Cũ hæc proderem, percunctatus ſum à gemmario quodam primi nominis mihi familiari, quem uidiſſet unquam pretioſiſimum unionẽ, quantum pendere meminiſſet. Cum de hoc uerba faceremus, & ille tricenarios ſe uidiſſe reſpondiſſet, idq; ut memorabile in præcipua bonitate commemoraret, inter ſermonẽ aduenit gemmarius alter qui dixit pridie ſe unũ tenuiſſe quadraginta ceratia pendentem. Hoc enim uerbo in gemmis appẽdendis utuntur, quod infrà à nobis exponetur. Is igitur cum rei pernoſcendæ cupidum me uideret, ait ſe poſtridie mihi eũ oſtenſurũ in manibus incluſoris aut uaſcularij qui illigãdũ cũmonili cõduxerat. Ea die ad cõſtitutã horã nõ affui. tertio die cũ uenissẽ ad eũ, cõperi ab incluſore redditum, cæterùm eum eſſe in dactylotheca principali, tribus aureorum millibus emptum, auellanæ magnitudine, orbiculatum, eximiæ pulchritudinis, põdere (ut dixi) quadragenarium. A b alio gemmario audiui, quo etiam familiariter utebar, unã ſe margaritã tenuiſſe. exquiſita bonitate, pondere tricenariã, quatuor millibus aureorum emptam à duce Borboniana Ludouici Regis undecimi filia, uiragine cordatiſſima eadem & magnificentiſſima, ſocru ducis Borboniani: qui hodie in eo genere principum multorum opinione cẽſetur, quos ſapiẽtiſſime Homerus

Amymones.

Amymonas appellabat, ſignificare uolẽs ita omni reprehenſione maiores, ut ne naſuti quidẽ homines rhoncos liuoris improbi plenos exhalare ſoliti, & ipſe deniq; Momus aliquid in eis improbarent. Sed Plinius de unionibus loquens, Pondus (inquit) ad hoc æui ſemunciæ pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. Hoc pondus ſex & octoginta ceratia, & beſſem ceratij æquat, cum in uncia centum & ſexaginta

ſexaginta ſint ceratia, & uiginti in drachma. Non mirũ eſt igitur ſi unio omnis æui maximus, & omni dote bonitatis præſtantiſſimus, tanti ea ætate æſtimatus eſt, qua mundus auro & argento exuberabat, ut ex ſequentibus liquidò docebitur. Plinius lib. XXXVII. de Adamante loquens, ita inquit, Proximum apud nos Indicis Arabicisq; margaritis pretium eſt, tertia auctoritas ſmaragdis perhibetur, pluribus de cauſis. Hactenus Plinius. Ex cuius uerbis intelligimus margaritam in ordine gemmarum adamanti tantum cedere, licet hoc tempore uix quartæ ſit auctoritatis. Idẽ tamẽ lib. IX. Principiũ ergo (inquit) culmenq; omniũ rerum pretij margaritæ tenent, Indicus has mittit oceanus. Ergo cum eo tempore unionum inter gemmas prima aut certè ſecunda eſſet indicatura, tuncq; rerum pretia ad ſummũ licitationis excreuiſſent, & ille Cleopatræ unio pondere altero tanto præſtaret, quẽ pretioſiſimum memoriæ noſtræ unionem gemmariũ inſtitores meminerunt, atque eo amplius ſcrupulo: non abhorrere à fide puto tãti æſtimatum eſſe: ſimul quòd omnibus numeris commendationis abſolutus erat, ſimul quòd ad culmen probationis & primatum peruenerat, & ita inclaruerat fama, ut natura ſpecimen ſui feciſſe in duabus margaritis exiſtimaretur, ut ex Plinio apparet. Huius pretij ratio ſic arbitror iniri poteſt. Quum ex illo gemmario quærerẽ quãti ex formula æſtimaretur plurimo margarita quæ põdere quaternaria, & bonitate prima eſſet: triginta (inquit) aureis eiuſmodi emptam uidimus. Quid octonariã (inquam) eiuſdẽ notæ quanti æſtimares? Ait, minimum ducẽtis. Cum ulterius rogitãdo per acceſſiones pergerem, ita reſpondit, ut intelligerẽ acceſsionem pretij deinceps ex pondere, non numero, ſed proportione

Ceratia.

Ordo gemmarum auctoritatis.

Animaduertenda ratiocinatio.

tione fieri: ut quomodo duplicando pondere ſupradicto octonaria margarita paulo minus ſeptuplex quaternariæ æſtimatione facta eſſet: ſic in duodenaria & uicenaria & ulterioribus maiore deinceps maioreq; ſurſum uerſus incremento pretiũ augeſceret. Qua ratione ſi pretium Plinianæ illi ſtatuamus, in immenſum quoddam pretium abibit taxatio. Maius fortaſſe miraculum ſit Cæſarem centum quinquaginta millibus unionem unũ emiſſe, ut adulterædonaret: de quo Tranquillus ita ſcribit (ut ad rem redeamus) In primo Conſulatu tria millia pondo auri furatus è Capitolio, tantũdem inaurati æris repoſuit: ſocietates ac regna pretio dedit, ut qui uni Ptolemæo propè ſex millia talentorum ſuo Pompeijq; nomine abſtulerit. Hæc Tranquilli auctoritas fidem facere poteſt ijs quæ à nobis paulò antè dicta ſunt. Plutarchus de eodẽ loquens, Inter hæc (inquit) res Gallica maximè Cæſarem extulit, qui in remotiſſimis locis cum eſſet, bellaq; aduerſus Belgas Britannosq; conſereret, aurum argẽtumq; ſpolia, cæteraſq; diuitias ex hoſtibus partas (tanta horũ aderat copia) magno numero Romã miſit. horũ deinde largitionibus animos ciuium tentans, Aedilibusq; ad ſpectacula tribuens, Prætoribusq; atque Conſulibus eorũq; uxoribus donãs, multos ſibi allexit. Quare in reditu ſuperatis Alpibus, cum ad ciuitatẽ Lucanam hybernaret, uirorũ & matronarum magnũ numerũ eò acceßiſſe memorant, cũ plauſu lætitiaq; ingenti ſeſe offerentiũ. Conſulares uiri eò profecti ſunt ducenti, inter quos Pompeius & Craſſius fuere. Proconſulum quoque ac prætorum cẽtum & uiginti faſces ante Cæſaris fores inſpecti. alios autem omnes ſpe donisq; repletos Cæſar dimiſit, cum Craſſo autẽ & Pompeio fœdus inijt. Idem in Pompeio de initijs Ciuilis belli

Vnio Seruiliæ datus.

Rurſus ad Cæſarem redit.

loquens, Cæſar (inquit) ualidius tum rebus imminebat: qui cum nondum longè Italiam attigiſſet, ſedulò ad urbẽ deſtinabat milites ut comitijs adeſſent, multos illic tum ciues pecunijs alliciens, multos etiam primorũ muneribus demulcẽs: inter quos Paulus Conſul ob mille & quingenta talenta mutatus eſt, & Curio Tribunus plebis ingenti ære alieno liberatus eſt. Hactenus ille. Ecquis eſt igitur qui animo concipere poßit tantam corruptoris munificentiam, qui alterius tantum Conſulis fauorẽ nongentis millibus aureorum redimere non dubitarit? quanquam maior illa fuit Curionis merces, qui ſexcenties ſeſtertium æris alieni habuit, ut auctor eſt Valerius lib. IX. Ob illas rapinas Gallicas emanauit illud trimetrum iambicum Catulli,

Quis hoc poteſt uidere, quis poteſt pati,
Mamurram habere quod comata Gallia
Habebat, & cuncta ultima Britannia?
Eo'ne nomine Imperator unice
Fuiſti in ultima occidentis inſula,
Vt iſta ueſtra diffututa mentula
Ducenties comeſſet aut trecenties?

Quo ex loco ſatis conijcere eſt ingentem eſſe ſummã trecenties ſeſtertium, quo Catullus Mamurram præfectum fabrûm Cæſaris locupletatũ eſſe à Cæſare ſpoliata Gallia & Britannia conqueritur: de quo Plin. lib. XXXVI. ſic inquit, Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradit Mamurram Formijs natum, præfectum fabrûm Caij Cæſaris in Gallia. Neque indignatio ſic tali auctore inuenta rẽ. Hic nanq; eſt Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus: quẽ, ut res eſt, domus ipſius clarius

Animoſiſsimus corruptor.

Curionis æs alienum.

Mamurra.

quàm

quàm Catullus dixit habere quicquid habuisset Comata Gallia. Quibus uerbis Plinius ingentẽ luxum ædificij significauit, quòd Cæsaris & Mamurræ rapinas nõ modò præ se ferre, sed etiã clamitare uidebatur uoce latè exaudibili. Age quid de Luculli diuitijs existimare possumus, qui cum Reip. infensus, priuatæ uitæ se dedisset, ædibus & prætorijs extruendis, hortis & cœnationibus amœnißimis incredibili sumptu paratis, & bibliotheca insigni utriusq; linguæ libris referta, atque omnibus obuia & patenti, opes bello quæsitas cõterere non potuit, cũ interim quotidiano epularũ apparatu in prouerbiũ propè uenerit? Vnum de eo dictũ Plutarchi referemus, quod est in hanc fermè sententiam. Quodam die (inquit) cũ Cicero & Pompeius Lucullum in foro sedentem ociosumq; offendissent, eo salutato dixerunt sese apud eum eo die cœnaturos ea demum cõditione, ut nihil ad solitam cœnã eorum causa adderet. Quo primùm recusante, cœnãq; in diẽ posterum reijciẽte, illi sese dicere neq; diẽ alium constituturos, ac ne potestatẽ quidem illi facturos ut seruis aliquid in aurem imperaret. Hic Lucullus deprensum se uidens, id tandẽ orare eos instituit, ut uel eorum uenia sibi liceret palàm uni ex seruis dicere ad Apollinis eo die se cœnaturum. erat autem Apollo triclinij aut cœnationis nomen. & ordinatas ille ita cœnationes habebat, ut taxata cœnarum summa unicuiq; loco esset. Eo igitur audito famuli quid agi ille uellet gnari, cœnam cõtinuò appararũt impendio quinquaginta milliũ, & tanta celeritate & lautitia epularum, ut Pompeius & Cicero constupescerent. Quinquaginta millia nummũm, mille ac ducentos quinquaginta aureos ualent. In Plutarcho tamen Græco hæc uerba legũtur, ἐνθα δὲ δειπνεῖν ἐν τῷ ἀπόλλωνι πέντε μυριάδων.

Lucullus.

Bibliotheca Luculli.

Memorabilis luxus Luculli.

Solebat autẽ cœnare in Apolline quinq; myriadibus, hoc est quinquaginta millibus drachmarũ, quæ quinq; millibus aureorum à nobis æstimantur, & ducentis sestertijs: quare malim myriades nummũm quàm drachmarũ intelligere. Huiusmodi multa à Plutarcho referuntur, fidẽ omnino excedẽtia si ex præsenti seculo æstimentur. Athenæus li. XII. de ijs loquẽs qui luxu & delicijs olim celebres fuerũt: Νικόλαος δὲ ὁ περιπατητικὸς ἐν τῇ δεκάτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν, λύκκολόν φησιν ἀφικόμενον εἰς ῥώμην καὶ θεαμβάσαντα, λόγον τε ἀποδόντα τῷ πρὸς μιθριδάτην πολέμῳ, ἀξιοπέλαν εἰς πολυτελῆ διαίταν ὄντα τὰ παλαιὰ σωφροσύνης. ζυφῆς τε πρῶτον εἰς ἅπαν ῥωμαίοις ἡγεμόνα γενέσθαι, καρπωσάμενον δυνάμεις βασιλείοις πλοῦτον μιθριδάτου καὶ τιγράνου. Nicolaus (inquit) peripateticus in decimo & uicesimo historiarum tradit, Lucullũ cũ Romã post expeditionẽ Ponticam redijsset, et ex eo bello triũphasset, rationes ad ærariũ retulisse ob eius pecuniæ administrationẽ: quo facto se abrupta licẽtia ad uitam sumptuosam & elegantẽ ex ciuili & prisca frugalitate Romanorũ cõtulisse, idq; exẽplũ Romanis prodidisse, utpote qui duorũ regũ opulentiã in censum suum uertisset, publica uictoria ex Mithridate ac Tigrane parta ad priuata cõmoda usus. Ex quibus uerbis intelligimus ut & ex locis pluribus Ciceronis orationũ, Imperatores Romanos rationes quidẽ speciosas ad ærariũ referre solitos, sed ita tamẽ, ut reliquorũ luculẽta fragmẽta apud se retinerẽt. Ne nimiũ igitur Gallicarũ rerum dispensatoribus tanquã uiris ingeniosis & solertibus publica fama plaudat, semper enim huiusce modi fuerũt, qui ex publicis actibus immodice crescerẽt, ut Athenis Pericles & Phalereus. Varro lib. III. de Re rust. de piscinis Luculli loquens

quens, Contrà ad Neapolim L. Lucullus postquam perfodisset montem, ac maritimum flumen immisisset in piscinas quæ reciprocæ fuere, ipse Neptuno non cederet de
Piscinæ. piscatu. In Baiano aut Ardeæ tanta ardebat cura ut architecto permiserit ut suam pecuniã consumeret, dummodo produceret specus è piscinis in mare, obiectaculo quo æstus quotidie ab ortu lunæ ad nouam proximã introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas. Columella lib. IX. Attamen ijsdem temporibus quibus hanc memorabat Varro luxuriem, maximè laudatur seueritas Catonis, qui nihilo minus & ipse tutor Luculli, grandi ære sestertiũm millium quadringentorũ piscinas pupilli sui uenditabat. Tum enim celebres erant deliciæ popinales, cum ad mare deferebantur uiuaria: quorũ studiosißimi uelut antè deuictarum gentium Numantinus
Aurata. & Isauricus: ita Sergius Aurata & Licinius Muræna
Muræna. captorum piscium lætabantur uocabulis. Macrobius lib. III. Satur. Piscinas autem quàm refertas habuerint pretiosißimis piscibus Romani illi nobilißimi principes L.
Piscinarij. Philippus & Hortensius, quos Cicero piscinarios appellat, etiam illud indicium est, quòd M. Varro in libro de Agricultura refert, M. Catonem qui pòst Vticæ perijt, cum hæres testamento Luculli esset relictus, pisces de piscina eius quadraginta millibus uendidisse. Locus autem Ciceronis à Macrobio significatus legitur libro primo ad Atticum his uerbis, Sed posteaquam primùm Clodij absolutione, leuitatẽ infirmitatẽq; iudiciorum perspexi, tum autẽ beatos homines (hos piscinarios dico tuos) non obscurè nobis inuidere, putaui mihi maiores quasdã opes & firmiora præsidia esse quærenda. Plin. lib. IX. Eadem ætate prior L. Muræna reliquorũ piscium uiuaria inuenit, cuius

cuius deinde exemplum nobilitas secuta est, Philippus, Hortensius, Lucullus: qui exciso etiam monte iuxta Neapolim maiore impendio quàm uillam ædificauerat, Euripum & maria admisit: qua de causa magnus Pompeius Xerxem togatũ eum appellabat. quadraginta ipsius piscinæ à defuncto illo ueniere pisces. Ex antiquo tamẽ melius legitur, X L. sestertijs è piscina defuncto illo uenicre pisces. Quare apud Columellã non millium quadringentorum, sed quadraginta legendum uidetur: quod tamen idem auctor grande æs appellauit. Nos mille aureis eam summam taxamus. Idem Plinius lib. eodẽ, Murænarũ uiuariũ priuatim excogitauit C. Hirius ante alios, qui cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum mutua appendit. nam permutare quidẽ pretio noluit, aliáue merce. Huius uillam inter quàm modicum X L millibus piscinæ uendiderũt. Hoc dictum Plinij eò pertinet, quod suprà diximus de magnificentia Cæsaris. Quantum enim æstimamus reliquarũ epularũ apparatum fuisse, cũ murænæ sex millia numero fuerint, quãuis uenales tot reperiri non possent? Verùm ille locus Plinij emẽdãdus est partim ex uetustis in quibus ita legitur, Huius uillam intra quàm modicum X L piscinæ uendiderunt (mille autem adiectitiũ uerbum est) partim ex Varrone & Macrobio. Varro libro supradicto, Illæ autem maritimæ piscinæ nobilium potius exinaniunt marsupiũ quàm replent. Primùm enim ædificantur magno, secũdò implentur magno, tertiò aluntur magno. Hirius circum piscinas suas ex ædificijs duodena millia sestertiũm capiebat: eã omnẽ mercedẽ, escis quas dabat piscibus, consumebat, nec mirũ. uno tẽpore enim memini hunc Cæsari sex millia murænarũ mutua dedisse in pondus, & propter

piscium multitudinẽ quadragies sestertio nillam uenisse. Duodena sestertia Varro magnũ sumptum uocauit, nos trecentis aureis æstimamus, sic igitur locum Plinij lego, Huius nillam intra quàm modicam quadragies piscinæ uendiderunt, id est, centum aureorum millibus. Villã intra quàm modicam intelligo minorẽ etiam mediocri. hoc enim modica significat: quod notius est quàm ut exempla requirantur. Verùm huius emendationis Macrobiũ auctorem habeo, cuius hæc uerba transcribenda duxi ex libro supradicto, Auctor est Plinius C. Cæsarem Dictatorem cũ triumphales cœnas populo daret, sex millia murænarũ à C. Hirio ad pondus accepisse: huius Hirij nillã, quãuis non amplam aut latam, cõstat propter uiuaria quæ habuit, quadragies sestertium uenundatum. Sic autem intra quàm à Plinio dictum est, ut supra quàm & extra quàm dicuntur ab auctoribus, & infra quàm. Cicero, Stomachi autem partes quæ sunt infra quàm cibus deuoratur, dilatantur: & arteria aspera ostium habet adiunctum linguæ radicibus paulo supra quàm ad linguam stomachus adnectitur. Hic locus admonere nos debet quàm Plinius corruptus sit in huiusmodi rerũ descriptione, ut antea diximus. Subiungam nunc aliqua eodẽ pertinentia quò illa præcedentia. Plinius lib. x. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius adijciali cœna sacerdotij. saginare primus instituit circa nouissimũ Piraticum bellum M. Aufidius Lurcho, exque eo quæstu redditus is sexagena millia sestertiũm habuit. Varro libro supradicto, Ex pauonibus M. Aufidius Lurcho supra sexagena millia nummũm in anno dicitur capere. Quod Varro nummũ, Plinius sestertiũ dixit: ne de hoc posthac dubitetur, quod antea diximus, nummũ & sestertium

Plinij locus.

Intra quam.

Infra quam.
Supra quam.

Plinij locus.

Pauonũ pretia.

Nummus & sestertium idem Romanis.

tium idem fuisse Romanis. Quonam modo autẽ uillatica pastio sexagena millia quotãnis reddere uno nomine, id est, pauonũ sagina, potuerit, docet Varro his uerbis, Primus hos Q. Hortensius augurali adijciali cœna posuisse dicitur: quem multi secuti, citò pretia eorũ extulerũt, ita ut oua eorum denarijs quinis ueneant: ipsi facilè quinquagenis, grex centenarius facilè quadragena millia sestertiũm reddat: ut quidẽ Albutius aiebat, Si in singulos ternos exigeret pullos, perfici sexagena posse. Idem paulo superius, Hi ad constituendos greges parantur bona ætate, & bona forma: pascuntur omne genus obiecto frumento, maximè hordeo. Itaque senis his dant in mẽses singulos, hordei modios singulos. Ita ut fœtura det uberius & antequã salire incipiãt. hic à procuratore ternos pullos exigit, cosq; cũ creuerint, quinquagenis denarijs uendit, ut nulla ouis hunc assequatur fructum. Sexagena sestertia, quindena millia denariorũ ualent, ut diximus. si ergo in singula capita centenarij gregis ternos pauones redditus annui statuas, trecentos pullos habebis: quos si grandiores factos & saginatos quinquagenis denarijs uenundatos intelligas, quinadena millia denariorum in summa erũt, id est, quinquagies trecẽtena. Rursus sexagena millia sestertiũm, æstimatione nostra mille ac quingẽtos aureos ualẽt, & quinquaginta denarios, id est, selibrã argẽti, quinq; coronatis æstimare solemus. Si igitur trecẽties quinosuel quinquies trecenos aureos multiplices, mille ac quingẽtos in summa inuenies. ita ad nummũ cõuenit quod de nũmo ac denario sestertijsq; diximus. Apud Varronẽ mẽdosè legitur, Itaq; senis his dant: pro, Seius his dat. Seianæ enim uillæ apud eũ fit mentio, & alioquin modius sex pauonibus in mensem non sufficeret, qui uix uni sufficit

ficit, ut postea docebimus. Idem alibi de uillatica pastione Seij loquens, Certè, inquit Merula, ibi uidi greges magnos anserum, gallinarum, columbarum, gruum, pauonum, necnon glirium, piscium, aprorum, cæteræq; uenationis: ex quibus rebus scriba librarius eius in annos singulos plus quinquaginta millia è uilla capere dicebat. Axio admirante, Certè nosti (inquit) materteræ meæ fundum in Sabinis, qui est ad uigesimum quartum lapidē uia Salaria à Roma. Quid ni, inquit? Atqui in hac uilla qui est ornithon, ex eo uno quinq; millia scio uenisse turdorū denarijs ternis, ut sexaginta millia ea pars reddiderit eo anno uillæ: bis tantum quàm tuus fundus ducentorum iugerûm Reate reddit. Quid? sexaginta, inquit Axius? sexaginta. sexaginta? derides? sexaginta inquam. Sed ut ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum aut triumphus alicuius, ut tunc fuit Scipionis Metelli: aut collegiorum cœnæ, quæ nunc innumerabiles excandescunt annonā macelli: reliquis annis omnibus & hanc expectabis summam. Quotus enim quisq; est annus quo non uideas epulum aut triūphum, aut collegia coēpulari? qui nunc innumerabiles intendūt annonam. Non'ne item L. Albutius homo (ut scitis) apprimè doctus, dicebat in Albano fundū suum pastionibus semper uinci à uilla? agrū enim minus dena millia reddere, uillam plus uicena. Idē secundum mare quo loco uellet si parasset uillam, se supra centum millia uilla recepturum. Age non Marcus Cato nuper cū Luculli accepisset tutelam, è piscinis eius XL millibus sestertiûm uēdidit pisces? Ternis denarijs, id est, duodenis nūmis turdos uenisse ad epulum adijciale dicit, id est, ære nostro denis solidis turonicis & semisse. Si igitur quinquies duodena millia uel duodecies quina numeres

numeres, cū quinq; turdorū millia fuerint, sexaginta millia nummorū efficies. Turdi apud nos hyeme non altiles, sed aucupio capti, & cōtinuò occisi, ueneunt summum senis denariolis, id est, solidi semisse. Florentiæ altiles auicu las comedi adipe omnino obesas, magnitudine alaudæ, sapore admodum suaui, quæ tribus solidis nostris emptitari dicebantur: sæpe etiā pluris. Verùm hoc adnotandum, quòd ager ducentorū iugerûm, triginta millia reddere nō poterat, cū uillatica pastio sexaginta millia uno nomine redderet. Triginta millia ære nostro septingētos quinquaginta aureos ualent. Romanæ luxuriæ rationē inire in uniuersum ex Plinij uerbis possumus, qui lib. 8. de suibus loquens ita inquit, Et adhibetur ars iecori fœminarum sicut anserum: inuentum M. Apicij, fico arida saginatis, uel (ut in recētioribus libris) caryca, à satietate necatis repēte mulsi potu dato. Neq; alio ex animali numerosior materia ganeæ: quinquaginta propè sapores, quū cæteris singuli. Hinc Cēsoriarum legū paginæ, interdictaq; cœnis abdomina, glandia, testiculi, uuluæ, sincipita uerrina. Placuere autem & feri uesicæ. Catonis Censoris orationes aprinum exprobrāt callum. In tres tamen partes diuiso apro, media ponebant, lumbos aprinos appellata. Solidū aprū Romanorum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli qui Ciceronis in Cōsulatu legem agrariā promulgauit. tam propinqua origo nunc quotidianæ rei est: & hoc annales notarunt. Ex his uerbis intelligimus Plinij tempore solitum fuisse solidos apros inter fercula epularū apponere etiā in quotidianis luxuriosorum epulis: quod etiam Seneca attestatur. Sed nihil maius est quàm ficis aridis sues saginare, & mulsum ijs obijcere. Huiusmodi sues ex uiuarijs petebantur

Luxuriæ Romanæ.

Theriotrophium.

bantur, quæ theriotrophia dicuntur: quale fuisse in Laurentina uilla Hortensij oratoris apud Varronẽ legimus.

Porcus Troianus.

Eodẽ pertinet porcus Troianus, cuius in lege Fannia sumptuaria mẽtio facta est, qui mensis inferebatur aliis animalibus farctus, ut olim equus ille Troianus armatis inclusis grauidus in urbem Troianã illatus esse dicitur.

Plinij locus.

Sed in uerbis Plinij suprascriptis ego duo uerba emẽdanda sic censeo, ut legamus, Placuere autẽ & feri sues. Iam Catonis &c. ex uetusti obseruatione, in quo legitur, & feris uesicam. Nusquam enim, ut arbitror, uesicæ aprinæ fit mentio inter fercula antiquæ luxuriæ. Videamus de

Pretia mancipiorum.

mancipijs Romanis. Plinius lib. VII. Pretium hominis in seruitio geniti maximũ ad hanc diem (quod equidem cõpercrim) fuit grãmaticæ artis Daphnidis, Cn. Pisaurense uendente, & M. Scauro principe ciuitatis III. M. DCC. sestertijs licente. Excessere hoc in nostro æuo, nec modicè, histriones, sed libertatem suã mercati, quippe cũ iam apud maiores Roscius histrio. III. M. D. Anniã mercasse prodatur. Sic in omnibus impressis exẽplaribus legitur,

Plinij locus.

in ijs etiam quæ Hermolaus castigãdo Plinio obseruasse se dicit. Quo magis mirum est Hermolaum conniuẽtibus oculis hæc uerba prætermisisse, cũ tamen eodẽ capite unũ uerbum mutauerit contra fidẽ uetustæ lectionis, in quo ego ei non assentior. Quomodo autem summum pretium hominis serui esse potest tria millia & septingenti sestertij, cum Columella lib. IIII. dicat de unitore seruo loquens, Sed ego plurimorũ opinioni dissentiẽs, pretiosum unitorem in primis esse cẽseo: isq; licet sit emptus sex uel potius sestertiũm octo millibus: cũ ipsum solum septẽ ingerũm totidẽ millibus nummorũ partum sit. Quod si apud Plinium sestertia genere neutro intelligas, immanè erit pretium,

pretium, etiã præterquam quòd latinè loquentium cõsuetudo refragatur, ut alibi diximus. Plutarchus in Catone Maiore, Cum Babylonia supellex hæreditate ei obuenisset, ut quamprimum uenundaretur curauit. Nullam eius uillam tectorium habuisse, nec ullum mãcipiũ ultra mille & quingentas drachmas emisse dicit: quasi non delicatis & formosis, sed colonis ac robustis stabularijs & bubulcis sibi opus esset. Mille & quingentæ drachmæ sex millia nummorũ ualent. Quod cõuenit cũ dicto Columellæ, qui sex uel potius octo millibus uult emi unitorem, quem pretiosum uocat, id est, centum quinquaginta uel ducentis aureis nostris emptum. Liuius lib. IX. de bel. Macedonico, de censura eiusdem Catonis loquens, In censibus quoq; accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamenta & uestem muliebrem, & uehicula quæ pluris quàm quindecim millium æris essent, in censum referre uiatores iussit. Item mancipia minora annis. XX. quæ post proximum lustrum decẽ millibus æris aut eo pluris uenissent: uti ea quoq; decies pluris quàm quãti essent, æstimarẽtur: & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. Hæc æstimatio maior est tribus millibus septingẽtis sestertijs: uerum ex Liuij loco intelligimus nõ impune olim, id est, censuræ tẽpore, fuisse ijs qui pretia rerũ ultra modũ intẽdissent: propter quod emanauit dictũ illud Plinij in loco supradicto eodẽ capite statim post uerba antedicta, Nisi siquis in hoc loco desiderat Armeniaci belli paulò antè propter Tyridatẽ gesti dispensatorẽ, quem Nero. III. C. XXX. manumisit: sed hoc pretiũ belli, non hominis fuit, tam Hercules, quàm libidinis non formæ Paronetemi spadonis Seiano III M. D. mercante à Sutorio Prisco, quam quidem iniuriam lucrifecit

ille, mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli uacabat. Quo in loco Peronetomi libentius legerim quàm Paronetemi: quod quid significare possit, non uideo. παρονήτομος fortasse nomen spadoni accõmodatũ, quasi exectis genitalibus etiam infibulatus. Legimus apud Senecam in epist. ad Lucillium lib. III. seruos anagnostas, id est, lectores literarũ peritos, centum millibus nummorum emptos: quod tum maximũ habebatur pretiũ. Caluisius (inquit) Sabinus memoria nostra fuit diues. hic eruditus uideri uolebat. Hanc itaq; compendiariam doctrinam excogitauit: magna summa emit seruos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodũ. Nouẽ præterea Lyricis singulos aßignauit. Postquam hæc familia illi comparata est, suasit illi Satellius stultorum diuitũ arrosor, & (quod sequitur) arrisor, ut grammaticos haberet analectos. cùm dixisset Sabinus centenis millibus sibi constare singulos seruos, Minoris (inquit) totidem scrinia emisses. Quin & apud Plinium ipsum eodẽ in libro de exemplis similitudinum loquentem ita legitur, Toranius M. Antonio iam Triumuiro eximios forma pueros, alterum in Asia genitũ, alterum trans Alpes, ut geminos uendidit: tanta unitas erat. Postquam deinde sermone puerorũ detecta fraude, à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretij requirente (nam ducentis mercatus erat sestertijs) respõdit uersutus ingenij mango, Ob id ipsum se tanti uendidisse, quoniam non esset mira similitudo in ullis eodem utero editis. Trãquillus de Cæsare, Seruitia recentiora politioraq; immenso pretio comparauit, & cuius etiã ipsum puderet, sic ut rationibus uetaret inferri. Proinde uel refragante exemplariũ fide hũc locũ Plinij ita lego, M. Scauro principe ciuitatis CCC. millibus

Anagnostæ.

DCC

DCC sestertijs licente. Excessere hoc in nostro æuo nec modicè histriones, sed libertatem suam mercati: quippe cum iam apud maiores Roscius histrio CCCL annua meritasse prodatur, uel potius, sestertia quingẽta annua meritasse. Nota enim sestertij potuit immutari in aliam notam, ut alibi sæpe, sicut tria III, in locum trium CCC irrepserãt. Meritasse autem uerbum non sine admonitione uetusti unius exemplaris lego. Quod autem sequitur, Nisi si quis in hoc loco desiderat Armeniaci belli paulò antè propter Tyridatem gesti dispensatorem, quem Nero. III. C. XXX. manumisit: suspectum mendi habeo, ut fortasse centies uicies legendum sit, hoc modo, quem Nero sester. centies uicies manumisit. nã in uetusto. III. C. XX. legitur. Sestertiũ enim antiqui longuriolis binis & semisse notabant, quam notam facile fuit in tria iota decidere. Omnino statuendum est nõnulla etiam contra fidem quantumuis uetustæ lectionis emẽdare, cum argumentis ad hoc ualidis impellemur: ut alibi in eodẽ lib. ubi Plinius exempla numerosæ sobolis ponit. Extat (inquit) in monumẽtis etiam medicorum, & quibus talia consectari curæ fuit, uno abortu duo puerperia egesta. In omnibus libris sic legi, præterquam in uno uetustißimo, ubi, duo dicit puerperia, legitur, cum anxiè obseruarem propter Aristotelem qui duodecim dicit lib. VII. de hist. animalium, ἄλλη γὰρ γενομένης διαφθορᾶς καὶ δίδυμα σωθῆναι καὶ δωδέκατα ἐκπεσεῖν τὰ ὠδινηθέντα. Iam contigit corruptione in locis muliebribus facta, & decem & duodecim superfœtatos partus egeri. Quare hic duodecim puerperia lego. Illud eodẽ in loco magis suspectum habeo, quã ut emendare ausim, Quarto partu Dacorũ nota in brachio redditur. Aristoteles, ἄλλη δὲ ἀπέδωκε τῶν τοιούτων τι καὶ διὰ

Plinij loc.

Sestertij nota.

τρεῖῶν, οἷον ἔχοντός τινα στίγμα ἐν τῷ βραχίονι, ὃ μὴ ὑπὸ ἐκ ἐγένετο, ὁ δὲ υἱὸς ἔχων ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ συγκεχυμένον μέλαν. Iam tale quid aliquando & in tertiam prolem redijt. siquidem habentis iusti puncti notam in brachio, filius sine ea nota natus est: ex eo uerò nepos, eodem in loco brachij nigritiem quandam confusam retulit. Plinium autem eo in loco Aristotelem esse secutum, facile est utriusq; auctoris collatione iudicare, ut fortasse nõ Dacorum, sed uel decorum uel dedecorum legendum sit pro eo quod Aristoteles stigma dixit. Aliquando ita censui, quoad, ut interim nihil minus cogitantibus accidit, in locũ Artemidori incidi in pri. τῶν ὀνειροκριτικῶν, ex quo facilè & Aristotelis uerba & Plinij intelligentur. sic enim inquit, κοινὰ μὲν οὖν ἔθη πάντων τῶν ἐθνῶν ἐστὶ ταῦτα, θεὸς σέβασθαι καὶ τιμᾶν, τέκνα τρέφειν, καθεύδειν νύκτωρ. ἴδια δὲ τὰ ἐθνικὰ καλῶμεν, οἷον στίζονται παρὰ θραξὶν οἱ εὐγενεῖς παῖδες, καὶ παρὰ γέταις ἅλλοι. Stigmate & nota inuruntur nobiles pueri. Aristoteles de huiusmodi nota in uniuersum locutus est, tanquam suo tẽpore nulli ignota. Plinius de Dacis dixit & Artemidorus de Thracibus scripsit. Pli. ipse lib. IIII. Ab Histro, inquit, in plenum omnes Scytharũ sunt gentes, uariè tamen littori apposita tenuere, aliàs Getæ, Daci à Romanis dicti. Verũtamen emendationem illa superiorẽ insigni aliqua auctoritate cõfirmare oportet, ne dubitandi argumentum cuiquam relinquamus. Audiamus igitur Macrobiũ lib. III. Satur. de saltatione histrionica & histrionibus ita loquentem, Cæterùm histriones non inter turpes habitos Cicero testimonio est: quem nullus ignorat Roscio & Aesopo histrionibus tam familiariter usum, ut res rationesq; eorum sua solertia tueretur. Et certè satis constat contendere

Roscius & Aesopus.

dere eum cum ipso histrione solitum, utrum ille sæpius eandem sententiam uarijs gestibus efficeret, an ipse per eloquentiæ copiam sermone diuerso pronunciaret. Is est Roscius qui etiam Lucio Syllæ charissimus fuit, & annolo aureo ab eodem Dictatore donatus est. Tanta autẽ fuit gratia & gloria, ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus acceperit. Aesopum uerò ex pari arte ducenties sestertiũ reliquisse filio constat. Hactenus ille. Mille denarij, quatuor millia nummûm ualẽt, id est centum aureos nostros: quam mercedem si per singulos dies anni accepisse Roscium intelligeremus, fieret summa annuæ mercedis triginta sex millia & quingenti, quæ computatione Romana sestertium quaterdecies & sexaginta millia dicitur. At ea summa tribus partibus maior est ea quam Plinius posuit, id est trecentis & quinquagenis millibus sestertiũm. Quare mille denarios diurnos suspicari possumus Macrobium intellexisse ludorum tantum diebus accepisse Roscium. Cicero in ea oratione quã pro Roscio habuit, mercedẽ publicã Roscium respuisse dicit, his uerbis, Roscio cur tãti fuerit ut socium fraudaret, causam requiro. Egebat? immò locuples erat. debebat, immò in suis summis uersabatur. auarus erat? immò etiã antequam locuples, semper liberalissimus munificentissimusq; fuit. Proh deũm hominumq; fidem, qui H-S. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. quæstus facere noluit (nam certe H-S. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. merere & potuit & debuit) is per summã fraudẽ & malitiã & perfidiã H-S. LIII. appetijt? & illa fuit pecunia immanis, hæc paruula: illa honesta, hæc sordida: illa iucunda, hæc acerba. Cur hi numeri ter legãtur, nõ intelligo: sed CCCLM legendum puto, ut ex tribus III fiat M. Est autẽ alioquin oratio illa, uel

Salarium. Roscianum Romæ.

uel orationis fragmentum potius, & mutilatum, & in numeris suspectum: magnam tamen fuisse mercedem Roscij ex eo intelligimus, quod eodē in loco orationis sequitur, Decem his annis proximis (inquit) sestertiū sexagies honestissimè consequi potuit, noluit: laborem quæstus recepit, quæstum laboris reiecit: populo Romano adhuc seruire nō destitit, sibi seruire iampridem destitit. hoc tu unquam Fanni faceres? sed si hos quæstus recipere posses, non eodē tempore & gestum & animam ageres? dic nūc te ab Roscio H-S. LIII. circumscriptum esse, qui tantas & tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Infinitas pecunias Cicero sexagies sestertium appellat: nec mirum, cum centum & quinquaginta aureorum nostrorum millia esse iam docuerimus. Ergo singulis annis sexcenta sestertia, hoc est quindecim aureorum millia Roscius merere recusauit. Quod tum intelligimus factum fuisse, cum diues esse cœpit, cum etiam ad extremum annulo aureo, id est Equestri ordine donatus sit à Sylla. Re autem acrius pensitata, Plinij dictum de annuis trecentis & quinquaginta sestertijs, uel de quingētis potius, intelligo de Roscij mercede in seruitute existente. siquidem in eadem oratione Ciceronis legimus Panurgum seruum comœdum tanti operas suas locasse, qui Panurgus Roscij fuerat seruus. Sunt hæc uerba ex oratione trāscripta, Panurgum tu Saturi proprium Fannij dicis fuisse: at ego totum Roscij fuisse contendo. Quod erat enim Fannij, corpus est: quod erat Roscij, disciplina. Facies non erat, ars erat pretiosa. nemo enim illū ex trūco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. Illa mēbra merere per se non amplius poterāt. XII. æris: disciplina quæ erat ab hoc

Aureus annulus, equestris ordinis indicium.

hoc tradita, locabat se nō minus H-S. CCCLIII. Nihil autem certi constitui potest ex illa oratione, quā nō nisi impressam uidimus, In uolumine autem antiquo Orationū Ciceronis quod legere nobis contigit, illa oratio cum duabus alijs deerat. Quantum tamen ex illo fragmēto colligi potest, Panurgus ille comœdus qui cōmunis inter Roscium & Fānium erat, à Flauio quodam interfectus fuit, qui iudicio damni iniuriæ cōuentus, lite transactione decisa, CCCL. sestertia Roscio dedit pro parte sua. quare cū Fannius partem à Roscio auferre uellet tanquam in rem communem Roscius transegisset, Cicero primùm actionē Fannij depellere uolens, Roscium ait pro media tantum parte decidisse, quippe qui amplius neminem eo nomine petiturum non spopondisset: deinde etiam contendit Fannium alterum tantum à Flauio abstulisse eodem nomine. propter quod Plinius non frustra dixit, Excessere hoc in nostro æuo nec modicè histriones, sed libertatē suam mercati. auctо enim in immensum peculio histrionicis mercedibus, facilè libertatem quantūuis magno emebant. Quòd si quis apud Macrobiū non mille denarios, sed mille nummos legat: erit summa annuæ mercedis paulo id est quindecim tantum millibus sestertiūm maior quàm apud Plinium. Vt autem denarios mille etiam quotidianos per annum totum meruisse Roscium credam, & nihil in Macrobio mutandum censeam: facit id quod sequitur, Aesopum ex pari arte ducenties sestertium reliquisse filio. Vt enim triginta tātum annua aureorum nostrorū millia mereret, oportuit eum duodeuiginti annis ut minimum artē exercuisse ut ducēties sestertium hæredi relinqueret. Plus autem quotannis meruisse ex eo cōiecturam facio, quòd uix annis duodeuiginti uox perdurare potuit ad actus fabularum:

larum: deinde (quod maius est argumentum) inusitato luxu uitam transegisse dicitur. Quare ut tantum luxuriæ restaret, oportuit eum maiora multo stipendia ac magis opima fecisse, de quo elogium illud extat Plinij lib. x. his uerbis, Maximè tamen insignis est in hac memoria Clodij Aesopi Tragici histrionis patina, sexcentis sestertijs taxata, in qua posuit aues cantu aliquo aut humano sermone uocales, nummûm sex millibus singulas coëmptas: dignus prorsus filio, à quo diximus deuoratas margaritas. De filio autem lib. IX. locutus est his uerbis, cum Antonij & Cleopatræ mentionem faceret, Non ferent tamen (inquit) hanc palmam, spoliabunturq; etiam luxuriæ gloria. prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius Aesopi tragœdi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres (ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius penè histrioni comparatus) & quidem nulla spõsione ad hoc productus, quo id magis regium erat: sed ut experiretur in gloria palati quid saperent margaritæ. Atque ut mirè placuere, ne solus hoc sciret, singulos uniones conuiuis ad sorbendum dedit. Quo in loco nõ triumphatu sed Triumuiratu lego ex uetusto libro. Docuimus suprà hanc patinã Aesopi patris quindecim millibus coronatorũ nostrorũ stetisse. Plinius dicit uniones magnæ taxationis filiũ conuiuis singulis sorbẽdos dedisse. Quòd si ducenties sestertium ad id sufficere potuit, cõiectura assequi possumus immanem esse summam ducenties sestertiũ: præsertim cum Cicero sexagies sestertiũ infinitã pecuniã appellauerit. Athenæus lib. XIIII. de quodam Amœbeo citharœdo loquens, ita inquit, Mihi uerò nihilo inferior esse uidetur antiquo illo Amœbeo quem Aristeas in li. de Citharœdis scribit Athenis habitasse, domũq; prope theatrum

Plinij locus.

trum habuisse: cumq; in theatrum cãtaturus prodiret, talentum unum Atticum in dies singulos merere solitũ esse, ὅν φησιν ἀριστέας ἐν τῷ περὶ κιθαρῳδῶν, ἐν ἀθήναις κατοικοῦντα, καὶ πλησίον τοῦ θεάτρου οἰκοῦντα, ὅτε ἐξέλθοι ἀσόμενος τάλαντον ἀττικὸν τῆς ἡμέρας λαμβάνειν. Qui hoc de citharœdo Athenis merẽte credere sibi persuaserit, qd de Aesopo & Roscio Romæ credere hæsitabit, cũ talẽtũ Atticũ sexcentis aureis nostris ualuerit? Restat igitur ut credamus Rosciũ non minus sex & triginta millibus aureorum nostrorũ meruisse annua mercede, duntaxat publica, ut in ludis Romanis, & Megalẽsibus, Cõpitalitijs, Secularibus, & alijs qui publico sumptu fiebãt. Nã et priuatis ludis, ut funebribus, & alijs qui à magistratibus priuato apparatu fiebãt, multas etiam pecunias meruisse eos intelligimus. De publicis meminit Iuuenalis Satyra sexta.

Si gaudet cantu, nullius fibula durat.

Vocem uendentis prætoribus. – Exemplum priuatorum est apud Tranquillum in Cæsare: Edidit spectacula uarij generis: munus gladiatorium, & ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnes linguarum histriones. Ludis Decius Laberius Eques Ro. mimum suum egit, donatusq; est quingentis sestertijs, & annulo aureo. Inde illud Iuuenalis octaua Satyra,

Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
Sippario, clamosum ageres ut phasma Catulli.

Idem Tranquillus in Augusto, Fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro alijs magistratibus qui aut abessent, aut nõ sufficerent, ter & uicies: fecitq; nonnunquam uicatim ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones. Et post paulum, Ad scenicas quoque & gladiatorias operas & equitibus Romanis aliquando usus est. spectandi uoluptate

ptate teneri se neque dißimulauit unquam, & sæpe ingenuè professus est. Itaq; corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de suo offerebat. Idem in Vespasiano, Ludis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, uetera quoq; acroamata reuocauerat: Apollinari tragœdo quadringenta, Tarpeio Diodoroq; citharœdis ducenta, nonnullis centena: quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Ex dictis liquidò apparet unde Aesopus tantæ luxuriæ sufficere potuerit, quanquam ante hæc tempora fuerit: sed quibus erat non minus studium artis histrionicæ: & maius fortasse, quo magis primores urbis Romæ populum huiusmodi spectaculis conciliare sibi conabantur, eo tempore quo omnia in populi erant potestate. Quantam enim esse eam munificentiam putamus, quæ unico histrioni una donatione decem millia aureorum dederit? quanquam Cæsar Laberio quarta parte plus dedit. Hanc tamen Aesopi prodigentiam Apicius nepotinis helluationibus exuperasse dicitur, ob quod in prouerbium Apicianæ cœnæ uenerunt: de quo Martialis in quinto Epigrammatum:

Apicij luxus perditissimi.

Dederas Apici bis trecenties uentri:
Sed adhuc supererat centies tibi laxum.
Hoc tu grauatus, ne famem & sitim ferres,
Summa uenenum potione duxisti.

Quod perinde est ac si diceret, Apici sexcẽties sestertiũ, id est quindecies centena aureorũ millia (de nostris semper loquor, ijsq; coronatis) inexplebili illa ingluuie helluatus, cum posses adhuc ducentis quinquaginta millibus (quod centies laxũ appellat) uitã lauto & eleganti uictu producere: tamen uenenum miser hausisti, ne patrimonio tanto

tanto superesses, quod iamiam te deserturum uidebatur. Longè autem falsus est in hoc Calderinus, qui bis trecenties pro sex millibus uel sexcentis millibus intellexit: cum septingenties centena millia Martialis significauerit: quo modo & alibi in secundo Epigrammatum,

Illa illa dies mortua est Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Millia enim subaudiendum, ut apud Iuuenalem,

–Et ritu decies centena dabuntur Antiquo.–

Quomodo idem alibi,

Optima sed quare Cæsonia teste marito?
Bis quingẽta dedit: tanti uocat ille pudicam. id est decies cẽtena millia, quod decies sestertium dicitur. Plinius propterea Apiciũ nepotum omniũ altißimum gurgitẽ appellat lib. x. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apicius docuit, nepotũ omnium altißimus gurges. Et in IX. M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus. Suidas, Ἀπίκιος μάρκος, ὃς διαρκεῖ μυρίων ὄνομα ἐπὶ τρυφῇ καὶ πολυτελείᾳ, ἑκατὸν μυριάδας ἀργυρίου καταναλώσας εἰς τὴν γαστέρα. Apicius Marcus, cuius adhuc nomen perdurat in luxũ & inusitatos sumptus insigne, multas argẽti myriadas in uentrẽ absumpsit. Martialis ex Seneca sumpsisse id uidetur, qui libro de Cõsolatione ad matrẽ Albinam ita inquit, Apicius nostra memoria uixit, qui in ea urbe ex qua aliquando philosophi uelut corruptores iuuẽtutis abire iußi sunt, scientiã popinæ professus, disciplina sua seculũ infecit: cuius exitũ nosse operæpreciũ est: Cum sestertiũ millies in culinã congeßisset, cũ tot congiaria principũ, & ingens Capitolij uectigal singulis comessationibus hausissent, ære alieno oppressus, rationes suas tũc primùm coactus inspexit: superfuturũ sibi sestertium

Decies centena.

Apicius popinæ professor.

centies computauit: & uelut in ultima fame uicturus, in sestertio centies si uixisset, ueneno uitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui sestertium centies egestas fuit? in imo putat pecuniæ modum ad rem pertinere. (Sic enim lego) Sestertium centies aliquis extimuit: & quod alij uoto petunt, ueneno fugit. Hactenus Seneca: quem si secutus est Martialis, ut mihi uidetur, apud Martialem non bis trecenties, sed ter trecenties legi debet. Is Apicius Tyberij tempore fuit, ut ex nonagesima epistola eiusdem Senecæ ad Lucilliũ patet, his uerbis, Mullum ingentis formæ Tyberius Cæsar missum sibi, cum in macellũ deferri, & uenire iussisset: Amici (inquit) omnia me fallunt, nisi istum mullũ aut Apicius emerit, aut Publius Octauius. Vltra spem illi cõiectura processit. licitati sunt, uicit Octauius: & ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum quinque sestertijs emisset piscem quem Cæsar uendiderat, ne Apicius quidẽ emerat. Idem Martialis in eodem quinto,

Infusum sibi nuper à patrono
Plenum Maxime centies Syriscus,
In sellariolis uagus popinis
Circa balnea quatuor peregit.
O quanta est gula centies comesse!

Admiratur gulam quæ ducenta & quinquaginta millia aureorum uorare potuerit. Non omittendum uidetur id quod à Plinio eodem loco dicitur: sed quia locus ille uulgò corruptè legitur, ideo eum ex animi mei sententia obseruatis ueteribus libris referam. Asinius (inquit) Celer è Consularibus hoc pisce prodigus Claudio principe, unum mercatus sester. octo millibus: quæ reputatio aufert transuersum animum ad contemplationem eorum qui in conquestione luxus coquos emi singulos pluris quàm equos quiritabant. At nunc coci triumphorum precijs parãtur, & cocorum pisces: nullusq; prope iam mortalis æstimatur pluris, quàm qui peritissimè censum domini mergit. Meminit Liuius libro nono de bello Maced. de triumpho Manlij loquens, Epulæ quoque ipsæ & cura & sumptu maiori apparari cœptæ. Tum cocus, uilissimum antiquis mãcipium & æstimatione & usu, in precio esse: & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta: uix tamen illa quæ tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ. Hæc uerba congruunt cum Pliniano dicto, qui triumphorum precijs cocos emptitatos principum Romanorum temporibus admiratur, cum olim Cato & alij seueriores urbis magistratus conciones queribundas ad populum haberent (quod quiritare à crebra Quiritium appellatione uocatur) ob id quòd ineunte luxuria, coci iam equorum precijs pararentur. Octo millia nummûm ducentos aureos æstimare solemus: uerùm apud Macrobium non octo millia legitur, sed septem. Asinius (inquit) Celer uir Consularis, ut Samonicus refert, mullum unum septem millibus nummûm mercatus est. In qua re luxuriam illius seculi licet æstimare, quòd Plinius secundus temporibus suis negat facilè mullum repertum qui duas pondo libras excederet: at nunc & maioris ponderis passim uidemus, & precia hæc insana nescimus. Hactenus Macrobius. Iuuenalis de hoc dubitans Satyra quarta ita inquit,

– Mullum sex millibus emit
Aequantem sanè paribus sestertia libris,
Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur.

Ita in cõtrouersia apud auctores duo millia manent. Cocũ igitur Plinius antiqua æstimatione non pluris æstimauit, quàm ducẽtis aureis, quanti Columella uinitorẽ uult emi.

Plinij locus Precium mulli pisces.

Quirito.

non igitur precium hominis maximum tria millia & septingenti sunt sestertij, ut suprà docuimus: sed trecẽta millia. Multa huiusce generis restabãt, nisi hic liber iusta iam magnitudine excreuisset. Quare hactenus de nummo æreo argenteoq; dictum sit, quorum explicationem aurea (ut ita dicam) commentatio excipiet, ampliore ipsa orsu ac teretiore filo supradictis attexenda.

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, A SECRETIS REGIS FRANCIAE, DE Asse, & partibus eius, liber tertius.

LONGVM iam iter emensis partim remigio, partim uelificatu, cum scopulos omneis præteruecti uidere mur, Plinius nobis manus improuisus iniecit, ac cõsistere coactos, etiã propemodum retro cõuersis uelis inhibuit: apud quẽ lib. XXXIII. sic legitur, Aureus nummus post annos LXII percussus est quàm argenteus: ita ut scrupulũ ualeret sestertios uicenos, quod efficit in libras ratione sestertij qui tunc erat, sestertios nongentos. Post hæc placuit XL millia signari ex auri libris: paulatimq; principes imminuêre pondus: minutissimè uero ad XLV millia. Si enim hæc uerba emendata sunt, causam haud dico quin stylum uertere cogar, omniaq; retexere quæ magno cum labore adhuc cõprobasse uideor. Etenim cum

Aureus nummus.

cũ duodenæ sint unciæ in libra Romana, & in uncia, quaterna & uicena scrupula: fiunt in asse scrupula ducenta octoginta octo. est enim scrupulum, ducentesima octogesima octaua pars assis, ut inquit Columella. Si ergo scrupulum auri uicenos sestertios ualet, & uicenario numerum illum multiplicemus, fiet summa quinq; millia septingenti sexaginta sestertij: quibus si semunciam addamus, ut sit libra centenaria quam antè instituimus, fiẽt sex millia sestertiũm. siquidẽ quatuor drachmæ, id est semuncia, XII scrupula ualent: quæ uicies multiplicata, ducẽtos quadraginta efficiũt. ita fiunt sestertij sex millia, uel denarij mille & quingenti in auri libra. quæ ratio prorsus cũ Plinianodicto discrepat. Deinde quod sequitur, Post hæc placuit XL millia signari ex auri libris, quonã modo explicari potest? Nam si nongenti sestertij in libra, quonã modo XL millia? Quod si millia æris intelligere libeat, non ideo magis negotium procedet: cum XL millia æris, sedecim millia nummũm ualeant. Et ea ratio quam sequimur, XV millia æris, auri libram ualere deprehendit. siquidem auri scrupulum uicenis sestertijs ualet. In hoc nodo dissoluendo cum diu æstuarim, nihil comminisci potui quo locũ hunc certò restituerem. Morem autẽ antiquis fuisse nouimus ut non modò numeros notulis significarent exarandi cõpendia sectantes, ut nos quoq; facimus: sed etiam ut denarios & sestertios & sestertia proprijs quodque notis scriberent. Priscianus etiã illas in Verrinis Ciceronis ad tẽpora sua extitisse testatur: quanquã Prisciani opusculũ illud de numeris & ponderibus esse nõ puto, ut antea dixi. Lubricã autem scribendi rationẽ illam notulariã fuisse, ex eo cõijcere possumus, quòd mille per M purã scribebant: & per eandẽ literã singulis apostrophis hinc &

Scrupulum.

Notæ numerorum antiquæ.

,M,

inde circumscriptam, decem millia: eaq; rursus sic multiplicabant per apostrophos, ut centum millia significare
»»I«« uolentes, I literam unitatis notam, ternis utrinque apostrophis cingerent. Apostrophus autem dextera, simulis est omnino literæ c, quæ tertia est in alphabeto, qua numerus centenarius, ut nunc, sic olim notabatur. Ita facile fuit uel duas uel tres apostrophos pro duobus aut tribus c fallere, id est pro ducentis & trecentis: apud eos quidem qui rationem numerorum antiquariam ignorarent. Quanquã & is auctor, siue Priscianus siue alius fuit, parum sibi constare uideatur in ijs notulis declarandis. Iam
X apud Valerium Probum x litera quæ tertia est à fine alphabeti nostri, nota est denarij numeri: addita tamẽ à dextro latere uirgula transuersa, eademq; litera pura, id est sine uirgula, nota est decem milliũ, apud Priscianũ autem utrinque apostropho circunscripta. Idem Probus addit, quãlibet numerorum figuram, si ei præponatur linea ex transuerso directa, tot significare millenarios, quot per se
I ac pura unitatum nota est, ut uerbi gratia, I mille, & v
V quinq; millia, & x decem millia, & itidẽ alias literas. Id
X quod mihi tractum à Græcorum more uidetur. Quare simile ueri est numeros antiquorũ auctorũ ad nostram ætatem magna ex parte corruptos peruenisse, qui quidem notis scripti fuerunt. Librariorum enim ignorantiæ, & sæpius incuriæ, accesit emendatorũ uel temeritas, uel hallucinatio: qualis est illa apud Tranquillũ de cẽsu Senatorio, quã antea adnotauimus. Multos apud Plinium locos huiusmodi deprehẽdimus, quorũ partim expliciti sunt, partim pòst explicabũtur. De asino uidimus quadringẽtis sestertijs empto apud Varronẽ, apud Plinium nummis totidẽ: & itidẽ de auiculis uocalibus. Notabo nũc etiam alios duos,

interea

interea dũ & alij in ordinẽ suũ reijciuntur. Apud Plinium igitur li. XIII. de citrinis mẽsis ita legitur: Extãt hodie M. Ciceronis, in illa paupertate, &, quod magis mirũ est, illo æuo, emptæ libris XI. cũ his memorãtur & Galli Asinij, quæ libris XI. uenũdatæ sunt, & duæ à Iuba Rege uẽdente: quarũ alteri preciũ fuit libris XV, alteri paulo minus. Interijt nuper incẽdio quã Cethegus decedens libris XIIII. permutauerat, lati fundi taxatione si quis prædia tanti mercari malit. Sic quidẽ legitur in codicibus Venetæ impreßionis etiã antiquæ, quã Hermolaus secutũ se esse teßatus est, qui tantũ ipse admonito latifundij pro lati fundi legendũ esse, nihil præterea dixit. Ego impressos codices cum antiquis conferens, ita in duobus legi: Et quod magis mirũ est, illo æuo emptæ his memoratur, & Galli Asinij XI. uenundatæ. Et rursus, incendio, ac tegus descẽdens his permutati lati fundi taxatione. His autem pro sestertijs legi, facile est conijcere, quod uerbum antiqui interdum per aspirationẽ & S literam sic scribebant, ℔S. quod duas libras & semis significabat. aspiratio autẽ ex duplici II cõstat. Hunc locũ igitur sic restituendũ puto ex uetustæ lectionis obseruatione, Extãt hodie M. Ciceronis in illa paupertate, &, quod magis mirũ est, illo æuo, emptæ sestertijs XI. Memorantur & Galli Asinij sestertijs XI uenundatæ. sunt & duæ à Iuba Rege pendentes, quarum alteri preciũ fuit sester. XII. alteri paulo minus. interijt nuper incẽdio attegijs descẽdẽs sestertijs XIIII. permutata latifundij taxatione. In mentione autẽ Ciceronis antiqui codices sestertijs tantum habẽt sine numeri adiectione. Cæterũ uidere est pauculis in uersibus quot errata fuerint. Attegijs autẽ legendum puto pro Maurorum calsulis: quod non sine stomacho à Plinio dictum est, ut ex

Plinij locus.

Attegias

ſupellectili ruſticæ domunculæ menſa ſeſtertijs x i i i i pa rata ſit, id eſt trecentis quinquaginta aureis, quod Plinius precium appellat latifundij, id eſt agri latè patentis. Iuuenalis Satyra decimaquarta,

Dirue Maurorum attegias.

Apud eundem Plin. lib. x i x. in prædictis exemplaribus ita legitur, ubi hortorum meminit, Etiaḿne in hærbis diſcrimen inuentum eſt? olusq́; differentiam facere, in cibo etiam uno aſſe uenali? & in his aliqua quoque ſibi naſci tribus negant: caule in tantum ſignato, ut pauperis menſa non capiat. ſyluestres fecerat natura horridos, ut quiſque demeteret paßim: ecce altiles ſpectãtur aſparagi, & Rauenna ternis libris rependit. Hæc uerba Hermolaus, & qui ante eum Pliniũ emendauere, pari conniuentia tranſmiſerunt: cum tamen quædam ex antiquis exemplaribus emendari potuerint, quibus obſeruatis ſic legere locum hunc inſtitui, Etiaḿne in hærbis diſcrimen inuentum eſt? opesq́; differentiã facere in cibo etiam uno aſſe uenali? & in his aliqua quoque ſibi naſci tribus negant: caule in tantum ſaginato, ut pauperis menſa nõ capiat. Syluestres fecerat natura corrudas, ut quiſque demeteret paßim: ecce altiles ſpectantur aſparagi. Saginatum caulem dixit Plinius, non ſignatũ, ut altiles uerbũ ſatis ſignificat. antiqua autẽ exẽplaria horridas non horridos habẽt, & opus nõ olus, & fecere non facere in uetuſtiſſimo legimus. Plinius ipſe alio loco eodẽ in libro, Hortorũ iudicauimus corrudam: hunc intelligimus ſyluestrẽ aſparagum. Ex his uerbis ſatis apparet Pliniũ loco ſuperiore corrudas non horridos ſcripſiſſe. Idem, Omnium hortenſiorum laudatiſſima cura aſparagis. de origine eorum in ſyluestribus curis abũde dictum. Eſt & aliud genus incultius aſparago, mitius

Plin. locus.

mitius corruda, paßim etiam in montibus naſcens, refertis ſuperioris Germaniæ campis, non inſcito Tyberij Cæſaris dicto, hærbam ibi quandam naſci ſimillimam aſparago, uel (ut in antiquis codicibus) nõ inficeto Tyberij Cæſaris dicto. Cæterum quod ſequitur in ſuperiore loco. Et Rauenna ternis libris rependit: haud ſcio an ternis ſeſtertijs rependit, legi debeat, uel ternis nummis. Plinius alibi, Nullum gratius ijs ſolũ quàm Rauentinum. Quòd ſi ternis libris legamus, ad pondus referendum eſt: propterea quòd ſaginatos & altiles appellauit: ſed illud non conuenit, propter uerba quæ ſequuntur. Heu prodigia uentris: mirum eſſet nõ licere carduis pecori ueſci, non licet plebi. Vt autem libris pro aßibus intelligam, adduci non poſſum, cũ legiſſe me non meminerim, nec id pretiũ eſſet quod plebẽ à macello arceret. Eiuſdem autẽ annonæ fuit duracina perſica tricenis nummis aut uicenis uenire, & aſparagos ſingulos ternis nummis. In eodem capite obiter & alia emendabimus, Aues ultra Phaſidem amnem peti, nec fabuloſo quidem terrore tutas, imò ſic pretioſiores: alias in Numidia atq; Aethiopia in ſepulchris aucupari: aut pugnare cum feris: mandi ab eo cupientem, quod mandat alius. Lego ex antiquis, Alias in Numidiæ atque Aethiopiæ ſepulchra, aut depugnare cum feris, mandiq́; capientem quod mandat alius. Sic enim ſenſus argutior, & magis Plinianus. Ibidem, Hortorum Cato prædicat caules. hinc primũm agricolæ exiſtimabantur priſci. Et ſic ſtatim faciebãt iudiciũ num quæ eſſet in domo materfamiliâs (etenim hæc cura fœminæ dicebatur) ubi indiligẽs eſſet hortus. Lego ex antiquis, Et ſic ſtatim faciebãt iudiciũ, nequã eſſe in domo matrẽfamiliâs, id eſt parũ frugi, nec ad rẽ augendã acrẽ. hoc enim nequã ſignificat, ut ſer-

Plinij locus.

Nequam

uos nequam dicebant qui bonæ frugi non essent. Et paulo inferius, Nam carnis desideria etiam erant in exprobratione. Legẽdum, gari, id est, liquaminis. Respondet enim præcedenti membro, Damnantes pulmentaria quæ alio egerent pulmentario. Et rursus inferius, Hortos uillæ iungendos nõ est dubiũ, riuosq; maximè habendos, si contingat, profluo amne. si minus, è puteo, pertica organisue pneumaticis tollendo non hausto rigando. Lego, Si contingat, præfluo amne: si minus, è puteo pertica organisue pneumaticis uel tollenonũ haustu rigãdo. Liu. lib. VIII. de bello Maced. circa principiũ, Collectis rursus animis, in arietes tollenonibus libramẽta plumbi aut saxorũ stipites robustos incutiebãt. Huiusmodi tollenonũ meminit Vegetius libro quarto. Dicuntur & tollones à quibusdã, à tollendis rebus uel hominibus. hic autem à Plinio pro eo hausторio accipitur quod à Græcis celoneum dicitur. In uetusto codice tollon nouum legitur, in alijs uel tollendo non: ex quibus facile erat cõijcere tollenonum esse legendum. Sunt & alia in eodẽ capite mendosa, quæ intacta ideo relinquenda duxi, quia comminisci nihil potui: aliqua etiam uix digna quæ attingantur, ut illud in quo Hermolaus cõflictatus est, In remedio saturnica signa: ubi Saturica ex uetustissimo lego pro Satyrica, more antiquo. Quod autẽ sequitur, Tot generibus usq; ad infimã plebem descendente anima: legendũ mihi uidetur ammona, etiã si nulla auctoritate exemplaris ducar. Hæc autẽ ideo commemoranda duxi, ut labefacta tam esse exemplarium Plinianorũ fidẽ lectores meritò iudicare possint, qui hæc & huiuscemodi alia toto hoc opere sparsa accuratè perpẽderint: nec unius aut alterius loci auctoritate rebus contestatissimis fidem derogandam esse: quanquam

Tollenones.

dictum Plinij supradictum huiusmodi est, ut res ipsa & mutilatum & corruptum esse locum clamitet, cum eius loci membra mutuò collidantur. Si enim auri scrupulum uicenis sestertijs ualuit, quonam tandẽ modo in libra sestertij tantum nongenti? sed sint sanè nongenti in libra sestertij, quî igitur fieri potest ut à noningentis ad XL. millia perueniatũ sit? Quare relinquetur ut Plinius hoc in loco suo sibi testimonio refellatur & concidat. In uno uenerandæ uetustatis libro ita legebatur, Quod efficit in libras ratione sestertij qui tunc erãt. D. nongenti: post hæc placuit. X. XL signari ex auri libris. ex quo conijcio non millia XL, sed nummos Plinium reliquisse scriptũ, & locum mutilatũ post uerbũ sestertij. In omnibus enim libris antiquis, erant pluraliter legitur, & XL. signari, nõ XL millia. Quàm autẽ ancipites notæ fuerint inter nummos & millia, patuit ex supradictis. Nec eò tamen pertinet longa hæc disputatio, ut ueritatis assertionem in hoc loco positam putem, aleamq; huius operis in hoc uno cardine uerti. Nec enim usq; adeo exilibus argumẽtis nixus sum, ut si Plinius ipse reuiuiscat, & hunc locum agnoscere uelit ita ut lectitatur, aut si dies olim fortè autographũ Plinij, aut eius ætatis uolumẽ æquale protulerit (ut id fieri posse credamus) nõ ipsi etiam Plinio iudicẽ ferre ausim uniuersam antiquitatẽ, ni hoc perperã ac falsò scriptum sit, ut & alia quædam quæ postea dicentur. Dixi suprà argẽtea me nomismata Romanorũ diligenter expẽdisse, ut id quod ratiocinatione & auctoritate uetusta colligebam, reapse quoque comprobarẽ. In auro itidẽ faciendũ quum statuissem, quatuor & uiginti nomismata (tot enim aurea eoque plura habebam) in altera lance posui, & ex aduerso sex uncias nostras statui. Quo facto, cum leuius

Aurea nomismata expensa.

uius aurum esse inuenirem, grossulorum duorum additamento cum pauculis minutijs, rem ad æquilibrium perduxi. has minutias nostrates grana uocant: nos momenta latinè appellare possumus. hæc quatuor & uiginti sunt in denario nostro, quod scrupulum latinè uocitatur. Quomodo enim in uncia latina quatuor & uiginti sunt scrupula, sic in nostra quatuor & uiginti denarij: & ut drachma tria scrupula pendet, sic grossus tres denarios. Verùm hæc nomusmata cum singillatim pensitarem, in ijs fuerunt Tyberij Augusti duo, in quibus effigies parũ iconicæ uidebantur: unum hac inscriptione. Tyb. Cæs. diui Aug. Augustus. & in auersa facie, Pontif. Max. ubi simulachrum sedens. Alterum utrinq; effigiẽ habebat, ut eodem habitu, sic sibi dissimilem, cũ hoc elogio notis scripto, Tyberius Cæsar Augustus Tribunitiæ potestatis quindecies. & in altera parte, Tyberius Cæsar diui filius. Singulorum pondus erat didrachmũ, id est, denarij bini argentei quadrigati, de quibus antè diximus. Alterum fuit male imitatũ, sed quod Augusti fuisse ex indice cognouimus, qui fuit eiusmodi, quatenus legi per uetustatem potuit, Cæsar Augustus Pater patriæ. & in postica facie, Cæsari Augusto. Hoc quanquã attritũ grauissimum, tamen inuenimus, ut bina argentea traheret. Aliud eiusdem principis erat iconica effigie, qualis uulgò agnoscitur, à postica parte quadrigatum, dicterio tetragrammato in infimo mãrgine, S.P.Q.R. significãte Senatum populumq; Romanum. & in auersa parte nomen principis ipsius erat. hoc iusto pondere leuius erat circiter granulis duobus, sed ita, ut detritum diceres quod põderi deerat. Erat unum eiusdem Augusti & Antonij in Triumuiratu percussum, utrinq; effigie insigne: ijsdẽ elogijs

Grana.
Momenta.
Denarius.
Grossus.

gijs quibus & argenteũ illud cuius inter argentea meminimus, nec decoris characteribus, & cætera inscitè assimulatum, pondere non detrito, sed iniquo, immunuto sex momẽtis. Incidit in manus meas & aliud in quo erat Augusti effigies pulchrè expressa, hoc titulo, S.P.Q.R. Cæsari Augusto Cos. XI. trib. Pot. VI. & in tergo, Ciuib. & sig. Milit. à Part. Recup. percussum in memoriã signorũ quæ cũ Crasso amissa erant, & postea Augusto à Parthis remissa sunt cum captiuis. Appendi & aliorum principum, in queis & Tyberij Claudij Augusti, elegãter percussum, hoc epigrammate, Ty. Claud. Cæs. Ger. IM. TR. P. iconicum, cuius imaginẽ ex Tranquillo agnoscere: à tergo hoc elogio, Cõstantiæ Augusti. quod quãquam detritũ, põdus tamẽ iustum asseruauerat. Appendi & Neronis Cæsaris & iconica & scitè percussa hoc indice, Nero Cæsar Aug. Imp. In postica facie spicea erat corona, intus quatuor habẽs literas ex senatusconsulto significantes decretam ei coronã, ambiente extorsus hoc elogio, Pontif. Max. TR. PO. VI. Cos. IIII. iusto pondere aliquanto leuiora. Vnum præterea Galbæ Neronis successoris iconicè efficiũ, cũ corona spicea ambiente marginẽ, in auersa facie octo literarũ elogio hoc significãte, Senatus po. quæ Romanus ob ciues seruatos. leuius etiam aliquanto Neronianis. Habui tũ & Vespasiani superciliosa fronte, & nitentis uultu. Habui & Neruæ & Traiani Hadrianiq; principum, eleganter quidem expressa, sed põdere leuiuscula, octonis circiter detractis minutijs. suus unicuiq; index erat, supradictis tituloſior, ut in Neruæ, Imp. Cæsar, Nerua Traian. Augu. Ger. P.M. TR. P O. Cos. II. P.P. Imp. Cæsar, Nerua Traianus, Augustus Germanicus, Pontifex Max. Tribunitiæ potestatis

Nomismata prisca.

statis, Consul iterum, Pater patriæ. Et in Traiani itidẽ, nisi quod Dacici titulus accesserat. In cuius postica facie statua equestris erat hastã intorquẽs, accuratè expressa, equo uehens incitato, cũ honorifico hoc elogio, S.P.Q.R. optimo principi. Hoc nomisma, omnium quæ uidi, pulcherrimum erat, & facie augustissima, secundum quod Hadriani successoris eius nomisma principalem dignationem atque auctoritatem augustam præferre maximè uidebatur: quod etiam ipsum equestrem statuam habebat, equo non pugnaci sed uiatorio insidentem. Cernere erat asturconem tollutim gradientem, & uelut à longis itineribus strigosum, credo, ut princeps terrarũ peragrator intelligeretur. sic enim appellatus est. Appendi etiã Antonini pij, M. Antonini cognomẽto Philosophi: Aurelij & Seueri, imminutiore sensim pondere. In quibusdam à tergo est pro elogio liberalitas Augusti, in Aureliano hilaritas, in Seueriano æternitas imperij, & in Lucij Veri Victoria Augusti alata. M. Antonini philosophi huiusmodi titulum habebat, M. Aurelius Cæsar Aug. Pij filius, tribunitiæ potestatis tertium, Consul iterum, & in auersa facie Concordiæ simulachrũ, brachijs leniter expaßis, cuius latera altrinsecus cingebant chamæteræ pusillæ singulæ, inuicem auersantes, quibus utraq; manu laciniis stolæ porrigere Concordia uisebatur. Hic M. Philosophus, qui Verus ab Eusebio appellatur & ab Eutropio, Aurelius etiam dictus est Antonini Pij adoptione, ut auctor est Capitolinus, quì etiam Faustinæ uxoris nomine nummũ percußit hoc indice, Faustina Augusta, Pij Augusti filia. Hæc ideo enarraui uerbosè fortassè, quòd hodie huiusmodi multa circũferũtur nomismata, ex quibus iudiciũ fieri uolo, si quid aut falsò aut temere cẽsuisse uisus

Concordiæ simulacrum.

sim. neq; enim de meis tantũmodo iudicio facto acquieui. Aureum autẽ Romanũ Attici nummi instar percussum fuisse existimare debemus, cõiectura ab argenteo nũmo sumpta, de quo antè dictũ est. At aureus Atticus, qui stater ab eis appellatur, põdere didrachmus erat, ut auctor est Pollux lib. IIII. de Vocabulis rerũ, ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο εἶχω δραχμὰς ἀττικὰς. Aureus (inquit) nummus duas drachmas Atticas habebat. de quo etiã infrà nonnihil dicetur. Existimo staterem esse quod in iure libra auri uocatur, ut in lege Omnes, in Cod. Iustiniani in tractatu de Appell. & in l. Illustres, de modo mulctarum. Plus est enim auri uncia, quàm auri libra, ut ibidem liquet, & inferius dicetur, si locus occurrerit. Quare cũ denariũ Romanũ drachmali pondere fuisse cõstet, aureũ quoq; Romanũ didrachmũ, id est, duorũ denariorũ põdere percussum fuisse meritò iudicare debemus. quanquam quid opus est argumẽtis, cũ nummi ipsi extent uetustatis symbola asseruantes, ne imponere nobis nouitij proueteranis possint? Proinde cũ libra Romana sex & nonaginta drachmarũ fuerit, duodequinquaginta nummi didrachmi ex ea factitati sunt à principio: quibus si semunciam addideris, id est, quatuor drachmas, ut ex libra fiat plena mina (cũ librã & minã in re nummaria idẽ fuisse docuerimus) erũt in libra quinquaginta omnino nomismata: ut apud Plinium quinquaginta potius quàm quadraginta legendum sit. Siquidẽ (ut dixi) cũ illa nomismata uniuersa quatuor & uiginti expensarẽ, & unius nũmi loco põdusculũ didrachmũ (grossũ nũc appellamus) adderẽ, minimo minus sexuncias in æquilibrio tenebã, hoc est libræ nostræ argẽtariæ dodrãtẽ. Ex quo intelligimus quinquagenos olim aureos in singulis libris fuisse, dũtaxat iusti ac legitimi nom

Aureus Atticus stater.

Libra auri in iure.

Plinij locus.

mi nomiſmatis. Vetuſtos autem nummos extare, præter ea quæ dicta ſunt, etiã Pomponius Iuriſconſultus admonere nos poteſt, qui lib. VII. Digeſtorum ſub titulo de uſufructu ſic inquit, Nomiſmatum aureorum uel argenteorum ueterum quibus pro gemmis uti ſolent, uſusfructus legari poteſt. Auaritia autem principum, uel temporum iniquitate imminutio ponderis poſtea inualuit. Id quod hodie apud nos, quanquam ad murmurante hominũ ſermone, nihilo minus factitatur. In aureis enim noſtris binûm ternumq; momentorum intertrimentum lege quoque admittitur. remedũ uiri monetales appellãt. id quod primum clementia edicti ali nummulariorum mancipibus indultum, ne cui fraudi eſſet ſi quis nummus ex multis leuiuſculus fefelliſſet, auaritia pro iure ſuo ſumpſit, ita ut nulli iam iuſto priſcoq; pondere ſignentur: & qui priſcorum extant, aut oſtentationis gratia in delicijs habeãtur, aut prius acciſi demum in commercia & ad collybũ prodeant. Hinc fit ut coronati qui Cruciati cognominantur, iam commerciales non ſint, utpote ſuperpondiales. Quòd ſi tam animosè principes imminutæ monetæ crimina exercerent, quàm imminutæ maieſtatis exercent, melius cum rebus humanis ageretur, & minus fallerent adulteratores nummi, quorũ iam ipſorum crimen multitudine reorum, & interdum potentia atrox eſſe deſijt. Sed ſic eſt ferè in omni parte ſui Reſp. noſtra, ut primorum arbitrio (ne dicam libidine) nõ legũ præſcripto gubernetur: quarum legum nulla tot, tantis, tamq; terrificis uinculis adſtricta unquã memoria noſtra fuit ſanctio, ut nõ quilibet in aula ordines ductantiũ, aut reſoluere, aut reſcindere, aut abrumpere nõ toto anno uertente potuerit. Romani autẽ nummi imminutionem ſic colligo. In uncia (ut dixi) noſtrates

DE RE NVMMARIA.

noſtrates groſſulos octo ponunt, ut Romani octo drachmas, & ternos in groſſulo denarios, qui latinè ſcrupuli dicũtur: in ſingulis autem denarijs uicenaquaterna grana momentá ue, pro quibus & ulterioribus minutijs uerbum Latinum aſſignare nõ poſſumus. In uncia igitur quatuor & uiginti denarios ponimus, & granula ſeu momenta quingẽta ſeptuaginta ſex, id eſt, quater & uicies quatuor & uiginti. At Romani quaternos aureos in uncias ſignabant, & argenteos octonos. ſiquidem argentei bini ſingulos aureos æquant pondere. Ita quater duodenos in libras ſignaſſe deprehenduntur, id eſt, in duodecim uncias & bînos, ex ſemuncia, quæ minæ, id eſt, libræ argentariæ accedit. Sic numerus quinquagenarius in librã impleri deprehenditur. Agedum igitur fac ex quolibet nummo in argyrocopio, id eſt, in officina argentaria detracta eſſe octo granula (quandoquidem hanc deceſſionem in recẽtioribus ferè deprehendimus) detrimenti ſcrupulum unum in ternis nummis inuenies, & in denis octonis ſcrupula ſex, id eſt, aureum unum, & duos aureos in tricenis ſenis, & in quadrageniſquinis duos aureos & ſemiſſem, & in quinquagenis eo amplius aurei quadrãtẽ. Quòd ſi ſeſquiplam huius detractionẽ poſueris, ut in ſingulos nummos duodena granula deceſſerint, in libras quinquageniquaterni nummi ſignari potuerunt, ita ut eo amplius ſextantes lucrifierent. huiuſmodi autẽ ætate Plinij ſignatos fuiſſe affirmare nõ dubitem. quippe cũ Tyberianis & Claudianis ut grauiſſimis aliorũ principũ nummos opponerẽ, nõ antè quàm decimũ granũ addidi, prægrauare illi Veſpaſiani nummũ deſtiterũt, cũ interim collybo detritus nõ uideretur. Quod ne comminiſci uidear, à tergo in eo nummo annonã eſſe dico. quãquam in nummo Domitiani

nihil didrachmo, id est, ponderi iusto decerat: scitè quidem ipso assimulato, & in quo uultuosam faciem agnoscerес, Vespasianum genitorẽ lineamẽtis omnibus referentem. Illud Augustale ob Parthica signa percussum, duo amplius grana auctarij habebat. In Neruæ & Aurelij leuiter quidem detritis undecimi demũ pondusculi additamẽto examen neutrò propensum stabat. Hadrianici autem octo circiter granorũ detractionem habebant. Sunt enim huiuscemodi qui in posteriore parte non equestrem statuam, sed salutẽ Augusti habent, in secundo Consulatu eius signati. in antica parte imago est lineamenta prioris illius male referens. Fortasse igitur apud Plinium legi posset, Post hæc placuit L nũmos signari ex auri libris, paulatimq; principes imminuêre pondus, minutissimè uerò ad LV nummos. Nam ut millia legatur, ratio omnino refragatur, ut antea diximus, sed eò maximè, quòd millia argenti signari ex auro non potuerũt, nec auri pondere imminuto ex XXI. millibus XLV. millia fieri, nisi argẽtei nũmi pondus imminutũ intelligamus: quod consentaneum huic loco non uidetur. Vtcunq;, locus ille corruptissimè legitur: nec nos in eo fallimur quod dictũ est. re enim cõprobatur. Romanis nomismatibus pares omnino pondere sunt Anglici nummi qui Nobiles appellantur, duntaxat Eduardei & Rosati, pondere senũm scrupulorum. Hoc cum ex actis uirorum monetalium & ex nummulariorũ monumẽtis comperimus, tum uerò examinati experimento probare uoluimus. hoc tantum interest, quòd Rosati põdere pares, auri bonitate cedũt, Eduardei instar omnifariam habent illorum. in prima enim nota auri bonitatis censentur, quæ tamen ipsa à puritate exacta & obryza, quadrante scrupuli distat. Aiunt enim nullum nummum ad pl

Plinij locus.

Nobiles, Anglici nummi.

ad plenam puritatem exactum esse. Sed iam illud uidendum, quonam modo auri scrupulus uicenos sestertios ualere potuerit. quod antequã explico, hoc præfandum habeo, me Plinij locũ ita legere instituisse, quoad aliud inuenero, Ita ut scrupulum ualeret sestertios duodenos, uel bissenos potius, quod efficit in libras ratione sestertiorũ qui tunc erant, denarios nongentos. Et inferius, Paulatimq; principes imminuêre pondus, minutissimè Nero, ad quinquagintaquinq; nummos. ut intelligamus Neronem nomisma maximè omniũ extenuasse, eo utiq; tẽpore, quo donationibus immodicis & prodigijs impendijs exhaustus, à Senatu centies sestertium annuum exigere cœpit. Verùm esto rectè apud Plinium sestertijs uicenis legatur: auri nunc uncia ad puritatem excocti, æstimatione principali sedecim francicis & quadrante & eo amplius denarijs quinq; ualet. Hanc æstimationem finitimarum gentiũ commercia intenderunt. pluris enim aurei nostri permutantur quàm per edictum liceat, conniuentia tamẽ principali approbante: quod temporũ difficultate constitui uix potest: id quod experimento uno & altero cognitum est, fremente nequicquã homine uiro primario qui id se effecturum per omnia numina dierarat, præconialibus interdictis alijs super alia personantibus: quæ quãlibet minacia, & ab homine iræ impotentissimæ manantia (cuius tunc ferociæ recta & utilia consilia cedebant) publicum tamen consensum peruincere non potuerunt. Nos autem ratione in argento instituta, neutram harum æstimationum sequemur, sed mediocrem, & eam quam Mercuriali (ut ita dicam) arbitratu approbare, id est, negotiatorum opinione posimus. id enim genus hominum auri argentiq; rationem callere maximè mihi uidetur, uidelicet

Plinij locus.

Auri pretium.

delicet commercijs id assequentes. Etenim quanti unumquodque sit nomisma, externarũ gentiũ iudicio cõdiscũt, quippe quæ aurũ argentumq; nostrũ nullo respectu characteris, exploratum tantũ appensumq; æstimant. Et ut auri argentiq; grauis rationem euariare cũ ratione nummularia & consistere necesse est: sic æquandæ rei arbitramentum in conciliabulis & emporijs rectè atq; ordine fieri existimatur. Auri igitur unciæ, sedecim frãcicos & octo solidos cum semisse pretium statuemus, & pro ea summa nouem nostros solatos taxabimus, ratione ducta quasi singuli solati sex & triginta solidis & semisse ualeant: etsi cum hæc proderem, duodequadraginta solidis oblocabantur. Qua ratione libra Romana centũ & duodecim aureos solatos & semissem ualebit. tantidem enim nec pluris singula pondo æstimabimus Romanis & Asiaticis opibus æstimandis, ut extenuasse magis rerũ miracula quàm auxisse uideamur. Tametsi poteramus citra reprehensionem aurũ argentũq; ex temporis huius conditione æstimare, præsertim cum Italia & omnes penè prouinciæ prolixius ista æstimare quàm Gallia solitæ sint. Cuius rei luculenta testimonia proferre possem, si quorũdã nostrorũ hominũ è ministerio Quæstorio quæstus immodicos cõmemorare uellem ex collybo factitatos dum in Italia res geßimus, aureis tũc nostris uice mercis exportatis. Tanti igitur nomisma ta Romana æstimare poterã, quanti aurum argentumq; infectum nunc permutatur, modò ne nota uetustatis in pretium cederet. Sit igitur auri uncia primæ indicaturæ sedecim francicis, & octo duodenarijs & semisse, quali nota percußi sunt aurei supradicti, & Galliæ quondam uernaculi, qui pecude uillosa signati sunt, nunc inuentu rari, ut plerique antiqui

Quanti auri libra Romana æstimatur.

Vncia auri.

qui. Aiunt autem eos nummularij nulli nummo aureo bonitate secundos esse. Quod ut intelligatur, scire hoc oportet, auri bonitatem in quatuor & uiginti caractis indicaturæ consummari, ultrà id nihil exquiri posse. Indicatura est quam lingua nostra legem uocat, id est, notam gradumq; bonitatis. Eadem lingua caractas à ceratio uerbo Græco uulgari inscitia deflexit. Est enim ceratium minuti ponderis uocabulum, à grano siliquæ ductum, qui fructus est arboris Italicæ prædulcis, digitorum hominis longitudine, & pollicis latitudine. nos in hac urbe importatum uidimus. intus sunt grana quæ ceratia dicuntur, nomine cum fructu cõmunicato. Theophrastus tamẽ aliter appellat: propterea Columella lib. III. Siliquã (inquit) Græcam quidam ceratiũ uocãt. Vtitur eo uocabulo Dioscorides. Aiunt Genuæ Carubam uocitari. Ex quo factũ esse arbitror, ut nostri ponduscula certam minutiam eo nomine appellent. Tradunt enim nummulariorum placita, quatuor & uiginti ceratia in auri libra esse, & in singulis ceratijs uicenaquaterna grana, & in his rursus singulis uicenas quaternas carubas, & postremò in carubis totidem minutula. Sed hic ceratium non ad pondus, sed ad indicaturam referendũ est. Ceratio enim ponderali gẽmarij tantum utuntur, non aurifices, nec nummularij. Antiqui, scrupuli appellatione in ea re utebantur. Plinius lib. XXXIII. de lapide Lydio loquens, His coticulis periti eum è lima rapuerint experimentũ, protinus dicũt quantum auri sit in ea, quantũ argenti uel æris, scrupulari differentia mirabili ratione nõ fallẽte. Scrupulũ dixit quod caractã nostri dicũt. Aurũ itaq; nummariũ iam dictũ licet nõ sit exacta probitate, in primam tamẽ notam cedet, quod quadrante tantum ceratij à primario absit, quãquã

Auri indicaturæ.

Caractæ.

Ceratium.

rarißimum ſit primariũ inuenire. Huius ſemuncia octonis erit francicis, & quaternis ſolidis, & quadrante ſolidi, æſtimatione noſtra, & quadrans unciæ, id eſt, binæ drachmæ, quaternis francicis, & binis ſolidis, id eſt, duodenarijs. Qua ratione ſcrupulum, id eſt, tertia pars drachmæ, quod denarium à noſtris dicitur, ternisdenis ſolidis & beſſe ualet. Eſt autem ea ratio argenti, ut quo purius inueniri non poßit, id cineraceum & Pariſinũ uocetur, Pariſijs ad ſummam bonitatẽ excoctũ. Apud nos enim nõ pridem uir quidam obſcuræ ſortis chryſoplyſium inſtituit, id eſt, lauãdi auri officinã, rem omnino quæſtuoſam, ſed paucißimis hominibus cognitam. Huius eſt id artificium, ut ui aquæ medicatæ, quam Chryſulcam appellant, quantulamcunq; auri partem argento aut cuiuis metallo illitam aut confuſam, nullo propemodum diſpendio adimat, ita ut in auraturis nihil iam fermè depercat mundo, niſi quod uſu interteritur. Res omnino ſtupenda, auri argentiq; quotãcunque portionem ex ære eximere, etiam (quod magis mireris) manẽte uaſculi forma quaſſa interdum & inani, ueluti quadam idea à materia abſtracta. Is moriens filio artẽ cum patrimonio nõ mediocri reliquit, qui nũc unus Chryſoplytæ appellatione dignus eſſe exiſtimatur. uſq; adeo ea in arte præſtat, alioquin à paucis tentata, cæterum ualetudini noxia. fumus enim bullientis eius aquæ hauſtus uitalia tabefacere dicitatur: & eum artificẽ magna uigilãtia ſatagere circa aquã neceſſe eſt, occaſiones q; horarũ idẽtidem obſeruare, & temperaturæ modum noſſe. quapropter in ea functione alieno ſæpe miniſterio utitur, eminus ipſe reſpectãs, in primis iam locuples eo artificio factus, ac ſecũda etiã fama celeber. Cointius appellatur. Quæ autẽ aqua uim habet chryſulcã (id eſt

Argentum Pariſinum & cineraceum.

Chryſoplyſiũ.

Chryſoplytes Pariſienſis.

Vis aquæ chryſulcæ.

(id eſt auri ab argento abſtrahendi) in ea aurum ſidit cũ aqua deferbuit, argentum autẽ aquæ cõfuſum uiſitur, & demum auro exempto, alio artificio ab aqua elicitur & eluitur. Argentum igitur cineraceũ & Pariſinum in prima indicatione cenſetur: tametſi à ſumma puritate ſex granis abeſt, id eſt, quadrante denarij. Hoc argẽtũ uulgò granallium dictum in fruſta formatur ſimilia ramẽtis ligni à terebra conuolutis: quam formam accipere dicitur cum excoctum & feruens in aquam demittitur. ſenſim enim caſitando, & peſſum eundo, in lemniſcos plerunque uel in clauiculas configuratur, quanquam & alias temerarias accipit formas. Eſt etiam cineraceum è Germania aduentitium, quod in paſtillos grandiores uel in quadras formatur leuiter puſtuloſas: & noſtro bonitate ſecundũ eſt. Huiuſmodi ab antiquis puſtulatum, ut arbitror, dictũ eſt. Eſt autem ea ratio indicaturæ in auro argentoq; communis, ut quod excoctiſſimum ſit uel aurum, uel argentum, in eo alieni metalli pars omnino decoqui non poßit: ut uerbi gratia in auro ſexta & nonageſima pars cuiuſcunque maſſæ, in argento octaua & quadrageſima. Siquidem non eadem eſt formula in auri argentiq; exploratione. Nam omne corpus aureum in quatuor & uiginti ceratia partiuntur, & pro modo temperaturæ uarias notas auri faciunt. Summa autẽ nota auri in quarto & uicesimo eſt ceratio ad quadrãtẽ abſoluto, id eſt, ut quadrans tãtũ ceratij in tota maſſa æreus ſit aut argẽteus. Argẽteã autẽ maßã in duodena denaria partiũtur, quæ latinè duodena ſunt ſcrupula. Culmen igitur bonitatis in x1. ſcrupulis & duodeuiginti granulis eſſe aiũt. Hæ igitur notæ nõ reapſe primæ, ſed pro prima nota cedũt. quãdoquidẽ experimẽto cognitum eſſe fertur Chryſurgicam diligentiam

Granallium argentum.

Puſtulatum.

Summa auri nota.

tiam progredi porrò non posse, etiam si uulgò aurum & argentum omnibus numeris absolutum appellatur. Præ-
Monetales uiri. fecti tamen nummulariorum, quos pro uiris monetalibus habemus, affirmant aurum non ad ultimũ modò quadrantem excoqui posse, sed etiã eo amplius ad ultimi quadrantis quadrantem, ita ut ad bonitatẽ numeris omnibus absolutam nihil præter quadrantis quadrantẽ desit, quẽ ipsi appellant sextãdecimã caractæ. cũ enim quadrantem qui deest exquisitæ auri uel argenti probitati, quartã ceratij appellantes, in octauas binas partiuntur, & octauã rursus unam in binas sextasdecimas. Decoqui igitur aiunt octauam & alterã sextãdecimã summa industria posse, alterã sextãdecimam nõ posse. Argentũ uerò ita decoqui posse, ut nihil præter merũ argentũ supersit: & huiusce modi in hac urbe fuisse dicebant cum hæc scriberẽ: uerum lege cautum olim fuisse, ne cui argyrocopij mancipi fraudi esset qui nummũ percuteret, si auri quod primæ notæ adscriberetur, ultimi ceratij dodrans tantum aureus esset. uidelicet id prouidente legislatore, ne auri excoquendi difficultate nummulariorũ mancipes in mulctam inciderent, & nummi ipsi sæpe in publicũ cõmitterẽtur: eam tamẽ mentẽ fuisse, ut pleriq; nũmi exacta indicatura signarẽtur: sed auaritia hominũ factũ, ut omnibus omnino nũmis quadrãs ille decederet: dũ paßim remißione summi iuris mancipes quasi iure suo uti cœperũt, & id quod intra spem ueniæ relictũ erat, ab omnibus & semper pro iure usurpatũ est. Huius rei argumentum esse, quòd quadrantale illud subsidium non lucro redemptorum cederet, sed principum solitum sit, quibus hoc lucrum refun-
Monetarij redemptores. dere Monetarij redemptores, hoc est argyrocopiorum mancipes, publico nomine sæpißimè coacti sunt nirorum

Monetal

Monetalium seueritate: hodieq; ita facilitari aiebant, licet in alio genere, ut si argyrocopiorum conductores (quos magistros nummulariorum uocant) relatis pyxidibus deteriora aliquanto fecisse nomismata iudicentur: quod notæ præstitutæ deest, id resarcire principi populi nomine cogantur. Pyxidas appellant uascula in quibus nomismatis cuiusque officinæ specimina conduntur. Reliquum est ut colligamus qualis fuerit argẽti ad aurum analogia. Diximus in uncia octonas esse drachmas, & in drachma terna scrupula. hac ratione scrupulus sestertiũ unum & trientem capit, cum drachma & denarius quaternis sestertijs ualeant. Si igitur scrupulum auri uicenos sestertios ualuit, ut ex Plinio didicimus: auri ad argentum ea fuit proportio, quæ est quindecim ad unum, cum uiginti sestertios quindecim argenti scrupula ualuerint, quot scilicet unum auri scrupulũ ualuit. Hoc autem tempore ea ferè est auri ad argentũ analogia, quæ est duodecim ad unũ, paululo tãtũ minor. siquidẽ cũ uncia auri edicto regio sedecim francicis & quadrãte taxata sit: & argenti, uigintiseptẽ solidis & semisse: si undecies hãc summã solidorũ numeres, fiẽt quindecim francici, & duo solidi & semis, et minor erit summa, quòd si duodecies multiplices, fient sedecim francici & semis, & paulo summa exuperabit. Quòd si æstimationẽ à me institutã spectes, eadem erit ratio. hoc est si analogiã duodetriginta solidorum (tanti enim unciã argenti æstimaui) & sedecim francicorum & octo solidorum spectaueris, quãti aurum primarium æstimandum censui. Sex enim solidis tantũ exuperabit summa, ut prior illa quinq;. Vt autem quindecuplex esset auri ad argentum olim analogia, fieri potuit propter auri pœnuriam, quam Romæ tunc fuisse Plinio

Nummulariorum magistri.

Pyxides argyrocopiorum.

Auri ad argentum analogia ex Plinio.

Aestimatio unciæ argenti.

r 5 auctori

auctori credendum est, qui lib. XXXIII. sic inquit, Romæ quidem non fuit aurum nisi admodum exiguum lõgo tempore. certè cum à Gallis capta urbe pax emeretur, non plus quàm mille põdo effici potuere: nec ignoro M. Crassum duo millia pondo auri rapuisse suo & Pompeij tertio Consulatu è Capitolini Iouis solio, à Camillo ibi condita: & ideo à plerisq; existimari duo millia pondo collata: sed quod accessit, ex Gallorum præda fuit. Et paulo inferius, Ergo (ut maxime) duo tantum M pondo cum capta est Roma anno CCCLXIIII fuere, cum iam capitum liberorũ censa essent CLII millia. Et rursus infrà, Frequentior autem usus annulorum non ante Cn. Flauium Annij filium deprehenditur. hic nanque publicatis diebus fastis, tantam gratiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre genitus, ut Aedilis Curulis crearetur, præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres Consules fuerant. quo facto tanta Senatus indignatione exarsit, ut annulos ab eo abiectos fuisse, in antiquissimis reperiatur annalibus.

Annulorum primum uestigium.

Hoc primum annulorum uestigium extat, promiscui autè usus alterum secũdo Punico bello. neque enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Idem inferius, Nullosq; omnino annulos maior pars gentium hominumq;, etiam qui sub imperio nostro degunt, hodie habet, nec signat oriens aut Aegyptus etiã nunc, literis contenta solis. Multis hoc modis, ut cætera omnia, luxuria uariauit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuq; opimo digitos onerando, mox etiam effigies uarias cælãdo, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. Alias deinde gemmas uiolari nefas putauit. Ac ne quis signandi causam annulis esse intelligeret, solidas induit. Contra uerò multi nullas admittunt gemmas, auroq; ipso

ipso signant, ut Claudij Cæsaris principatu repertum. Ex his uerbis Plinij intelligimus annulos aureos nõ ornamenti causa, sed signandi institutos, siue aurea pala, siue gemmea: id quod satis ex libris uris ciuilis intelligitur in mẽtione obsignandorum testamentorum. De iure autem annulorum aureorum nos alibi diximus. Tyberio autẽ principe (inquit idẽ auctor) anno ab Vrbe cõdita DCCLXXV, annulorum auctoritati forma constituta est. Quo tempore statutum ne cui ius esset annuli aurei gestandi, nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoq; paterno sestertia CCCC census fuissent, & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus sedendi. Romæ autem argentum magis quàm aurum olim abundasse ex eo conijcere possumus, quòd idem auctor alibi eodem libro inquit his uerbis, Sed præter alia quidem miror populum Romanum uictis gentibus in tributo semper argentum imperasse, non aurum, sicut Carthagini cum Annibale uictæ, argẽti põdo annua in quinquaginta annos, nihil auri. Nec potest uideri pœnuria mundi id euenisse. nam Midas & Crœsus in infinitum possederant. Quo in loco numerus pondo deest in omnibus libris, ex Liuio restituendus, qui pacem factam ea conditione inquit, ut decem millia talentûm descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta soluerent. Aut igitur Plinium numerum omisisse calculi exigendi tædio dicendum est, aut locum sic restituendum, Argenti pondo annua sedecim millia in quinquaginta annos. Hoc autem sic colligo, Si decem millia talentûm in quinquaginta annos pensionibus æquis distributa sunt, oportuit ducenta singulis annis pensitari. At talentum octogenarium accipio, id est uel Euboicum, uel Aegyptium. quare ex ducenario numero per octogenarium

Aurei annuli gestandi ius.

Rarum olim aurum Romæ. Plinij locus.

ducto,

ducto, summam sedecim millium pondo colligo. Non me latet Hermolaum Barbarum in loco Plinij supradicto, pro illis uerbis, sed præter alia, legere, sed Spartaci, ita ut ad præcedentia referatur. Cui lectioni antiqua exemplaria adstipulantur. quod si quis sequi malit, sententia à uerbo equidem incipiẽda erit: & illa duo uerba, sed Spartaci, in superiore sententia includenda. Plinius, Talentum autem Aegyptium pondo octoginta patere Varro tradit. ubi fortasse capere Plinius scripsit, quod postea literis transpositis corruptum est. De Euboico testimonium est apud Liuium libro septimo de bello Macedonico, de pace cum Antiocho facta loquentem, Pro impensis in bellum factis, x v millia talentûm Euboicorum dabitis, quingenta præsentia, duo millia & quingenta cum Senatus populusq; Romanus pacem comprobauerit: mille deinde talenta in. x i i. annos. ubi non mille, sed millena lego. Et libro sequenti ubi de confirmatione eius pacis loquitur, Argenti probi x i i millia Attica talenta dato intra x i i annos pensionibus æquis. Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat. Quo in loco non Attica talenta, sed Euboicorum talentûm lego. nisi intelligamus Atticum magnum & Euboicum idem fuisse, ut utrunque Liuius pro eodem usurpauerit. Pœnuria igitur auri fieri potuit, ut auri ad argentum quindecuplex proportio priscis temporibus fuerit: ideo scilicet, quòd Romani studiosiores argenti quàm auri tunc fuerunt. Pollux libro nono de uocabulis ad Commodum Cæsarem, aurum ad argentum decuplam proportionem habuisse his uerbis affirmat, τὸ δὲ χρυσίον ὅτι τὸ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς ἂν τις ἐκ τοῦ μυριάνδρου παρακαταθήκης μάθοι. Quòd autem aurum decuplum argenti esset,

Li. locus.

Auri ad argentum proportio.

esset, non obscurè ex Menandri comœdia quæ sponsio uel pignus dicitur, uel depositum apud argentarium potius, intelligere quiuis possit. Cum enim quodam in loco talenti aurei pondus dixisset, alio loco de eodem loquens, decatalantum dixit, id est talentis decem æstimabile. Herodotus aurum τριςκαιδεκαπλάσιον dixit, id est terdecies argento æstimabile, uel terdecies argento rependendum, ut infrà dicetur. Ecce autem rursus aliud aliudq; occurrit. Si enim ea fuit auri analogia ad argẽtum quam diximus, quonam modo stare illud Tranquilli dictum poterit in Cæsare, In Gallia fana templaq; deûm donis referta expilauit: urbes diruit sæpius ob prædam, quàm ob delictum: unde factum ut auro abũdaret, terniscq; millibus nummûm in libras promercale in Italia prouincijsq; diuenderet. Multis iam testimonijs docuimus absoluta nummi appellatione sestertium nummum intelligi, sestertiumq; quartam tantum partem denarij fuisse: quare etiam drachmæ, cum denarius drachmali pondere fuerit. Porrò etiam ratione & experimento, id est libra docente, didicimus binos denarios aureis singulis rependi, & centenos in libram (quæ duodenarũ unciarum est & semunciæ) signari solitos. Cui consequens est ut in libras singulas quadringentos nummos adnumerare debeamus: qua ratione tria nummûm millia, septẽ libras & selibram conficiunt. Ita apud Tranquillum auri ad argentum analogia dimidio minor est, quàm esse ex Plinij lectione collegerim, & quarta parte minor quèm Pollux esse dixerit. Ita quicquid hactenus adstruximus, corruat in sese necesse est. Age, nonne Plinius quodam loco libri tricesimi tertij ita inquit, Miscuit denario Triumuir Antonius ferrum. miscuit æri falsæ monetæ. Alij è pondere subtrahũt,

cum

cum sit iustum LXXXIIII è libris signari. Quo in loco notandum quod idem auctor inquit legem latam à Mario Gratidiano, ut ludus, id est schola Romæ instituere-

Ludus probandi nomismatis.

tur probandi nomismatis, ut ægrè fallere possent adulteratores nummi. Igitur (inquit Plinius) ars facta denarios probare, tam iucunda è lege plebe, uti Mario Gratidiano uicatim totas statuas dicauerit. mirumq;, in hac artiũ sola, uitia discũtur, & falsum denarij spectatur exẽplar,

Plinij locus.

pluribusq; ueris denarijs adulterinus emitur. Vbi tamen non iucunda è lege plebe, sed iucunda lege plebi lego, admonitus ab antiquis exemplaribus: alioquin absurda erit locutio. Sic suprà, non, miscuit æri falsæ monetæ: sed, miscentur æra. Verùm si hoc uerum est quod Plinius dixit, nos luculento errore lapsi sumus, uel Plutarchus potius & Appianus, cæteriq; qui centenos denarios in libra statuũt, cum Plinius eo minus sedecim statuerit, qui etiam libro sexto de publicano rubri maris loquens, qui ad Taprobanem tempestate delatus, percontanti Regi enarrauit Romanos & Cæsarem. Rex autem (inquit) mirum in modũ inter audita iustitiam Romanam suspexit, quòd pares pondere denarij essent in captiua pecunia, cum diuersæ imagines indicarent à pluribus factos. & hoc maximè solicitatus ad amicitiam, Legatos misit. Hoc dictum Plinij pugnare uidetur cum eo quod idem ipse li. XXXIII. dixit de imminutione ponderis. Sed hoc Claudij tempore cõtigisse à Plinio dicitur. Et de denario dictum est, non de nummo aureo. Quare prius ad illud Tranquilli respondeo, & olim id potuisse, & hodie fieri posse, ut libra auri non pluris quàm septẽ libris & semisse argenti ueneat. Fac ut aurum obryzum decuplex quàm argentum fuerit purum, id quod Pollux inquit: potuit Cæsar aurum ex donarijs

narijs templorum & priuatis expilationibus congestum, ita conflandum temperandumq; curasse: immo ut non hoc affectauerit Cæsar, potuit aurum ex omnibus notis conflatum simul & colliquefactum, ad eam indicaturam redijsse, quæ uno quadrante à primaria distat. Id hodie nostri duodeuicenarium uocant. Vasa enim rarò ex auro tenuissimo & mollissimo fiunt, ideo, quòd illud aurum usuram non fert atq; attrectationem sine magno intertrimento. Quare aurũ uascularium & usuale, ferè uicenarium aurifices esse dicunt: quanquam & deterius multo reperitur, consultò etiam temperatum, non modò fortuitum. Plerunq; tamen Parisijs cælatores & inclusores in sigillis & catellis spirisq; & mundo muliebri, duoetuicenario utuntur, quod duodecima parte à purissimo distat. Est etiam in usu undeuicenarium, quod coticulariũ uulgò uocant. Qui autem splendidiora gestamina habere uolunt, auro nomismatico utuntur, quo aurei nostri percussi sunt: quorum legitima & iusta nota uno tantum ceratio indicaturæ deficitur. Non pridem aurifices in aurcolis gestaminibus solo undeuicenario utebantur, quod coticularium ideo uocatur, quòd infra eam notam aurum cælare lege municipali uetitum est. Superiores autem notæ nunc passim in officinarum usu sunt usq; ad nomismaticam. Extant hodie nummi in Germania signati ex auro dodrantali, id est duodeuicenario, in quo quarta pars æris uel argenti mixta est. Visuntur etiam hodie Philippei & Gulielmei siue Hilermei Hollandini ex auro ferè septunciali, id est cui sesquiquadrans æris mixtus est, quos quindecim ceratijs temperatos appellant. Aurum primariũ æstimatione quam nunc sequimur, ualet in uncias (ut iam dictum est) senisdenis libris, & octonis solidis & semisse. Qua

Aurum duodeuicenarium.

Aurum uicenarium.

Aurum duoetuicenarium.

Aurum undeuicenarium.

Coticularium aurum.

Philippei Gulielmei

ratione

ratione ceratium XIII solidis & octo denariolis ualet. Esto igitur (uerbi gratia) proportio auri ad argentum, quæ est duodecim ad unum: hac ratione libra auri Romana duntaxat summæ notæ quaternis millibus & octingenis nummis uenalis esse debuit, & auri uicenarij quaternis millibus, & duodeuicenarij ternis millibus & sexcentis. Eademq; ratio est in cæteris temperaturis, accedente decedenteq; semper auri portione pro eo quantũ est æris quod in auro remãsit. Fieri igitur potuit ut Cæsar aurum promercale tribus nummûm millibus in libras habuerit, tum ob auri abundantiam, tum ob craßitudinem, etiam ut maiorem decupla proportionem auri ad argentũ statuas. Chrysurgorum tamen placita auri appellatione non dignantur quod infra dodrantem descendit. Fortasse etiam ternis millibus pro quaternis apud Suetoniũ legitur. Mihi enim antiquum uidere non contigit, sed eò suspectos numeros habeo, quòd in Tyberio ita legitur, Corinthiorum autem uasorum precia in immensum excreuisse, trésque mullos XXX millibus nummûm uenisse grauiter conquestus est. Si enim hoc uerum esset, quonam modo aut Plinius hoc tacuisset, qui prodigum appellat Asinium Celerem quòd mullum unum Claudio principe octo millibus nummûm emerit: aut Iuuenalis, qui sex millibus emptum mullum satyricè exclamauit? Præterea quis credat tres pisces, decem auri libris emptos? (tanti enim empti sunt, si aurum tribus millibus uenijt) & pisces eos qui Plinio auctore binas libras ponderis rarò ad modum exuperant? Restat nunc ille scrupulus uel scopulus potius de denariorum numero in libra testimonio Plinij, contrà quàm toto hoc opere censuimus: quem si eximere uel amoliri quoquo modo poßim, rursus ille alter exi

ter existet de millenis sestertijs quæ libro tertio de Institutione iuris à Iustiniano principe pro uno aureo accipiuntur, ut antea diximus. Equidem tot difficultatibus offensus, hanc nostram commentationẽ subinde interpellantibus, marinũ illũ deum Protei nomine à poëtis decantatum, retentare mihi uisus sum. Protei autem nomine Proteus.
uetustatem esse à priscis adumbratam in præsentia interpretabor. Etenim senex ille fingitur, ad id etiam nomine accommodato. Is cum omnia nouerit quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur: siquando è specu emergens, & in littore apricans, de rerum ueritate cõsulitur, omnia transfõrmat sese in miracula rerum: nec prius in sese redire dicitur, quàm omni ope omnibusq; (ut aiunt) unguis correptus, manibus uinclisq; tenetur. Nam sine ui non ulla præcepta dabit, neq; illum orando flectes: uim duram ac uincula capto injcias necesse est, si ueritatis documentum ab eo elicere uelis. Hunc Proteum non modò ego nunc captare, sed etiam uincire iam uideor, necdum tamen satis arctis nexibus retinere. Siquidem ueritatem rerum nunc in uasto quodam sinu uetustatis abstrusam, nunc in mendis exemplarium uelut in alto quodam gurgite obscuritatis obrutam, in lucem ac solem elicere conor, haud intempestiuè, ut arbitror: quippe eo demum tempore, quo lingua Romana maiorum æqualiumq; nostrorũ diligentia propemodum reddita sibi creditur: ut si hæc ætas paucarum adhuc rerum caliginem dispulerit, prisca omnino lux oborta nobis existimari poßit. Veritatem igitur adhuc attigisse magis, atque etiam nunc palpare, quàm in potestate habere ipse mihi uideor. Idque adeò eò magis, quòd numerosa quædam cohors antiquorum scriptorum enarratrix ex aduerso stare mihi uidetur, et Proteum

teum ipsum altrinsecus retentare. Proinde instaurato cõmentandi impetu, rursus eodem incũbendum: quandoquidem fortè, ut spero, fortunata, ex alterius operis diuerticulo quod in manibus erat, in parergon huiusce modi trãsuersum me rapuit impetus animi fortasse inconsultus. Verùm nũltitudine rerum obuiam sese ingerẽte longißimè digressus, institutum cursum quem magnopere urgebam, non modò differre (ut sperabam) sed etiã destituere atque obliuisci coactus sum. Excreuit enim opus quadruplo iam amplius quàm pro destinatis modulis. In quo iam ipse in altum iterum iterumq; raptus sum, haud sine quadam utique culpa, ut qui expansis uelis peruicaciæ, in altum magis ac magis quo res cũq; tulisset, quàm in littus quoddam certum meditatus uela facerem. Quare ultro citroq; iactatus emansisse tandem me sensi, cum cœlum undique & undique pontus esset. uidelicet in eo culpa fuit, quòd inexplorata improuisaq; rei absoluendæ difficultate, strenuè magis quàm considerate has mihi uices depoposci. Cum enim hoc opus (ut ita loquar) menses abhinc circiter decem locaretur, digito præcupidè sublato me obstrinxi. Itaque cum renunciare eam redemptionem nequeam, & prædes annotationes meas, & omnem industriam meam atq; etiam existimationem dederim, & idẽtidem appeller ab ijs ad quos res emanauit, quasi iam dies & cesserit & uenerit: omnino uetustati ipsi ut uenerãdæ quidem, sic malignè ueritatem promenti, nec mihi unquã ueritatis dispendio sacrosanctæ, manus iniicienda nobis est. Quam enim interdum ueritatem ipsa ad manum etiam aspiciendam porrexit, rursus in tenebras ac caliginem condit: & cum rem profligatam speramus, & ad lucem nos peruenisse, tum uariæ illudunt species: adeò nunc in summa manu

manu imponenda operisq; ardui colophone labor propè omnis effusus. Atqui certum est nobis nihil eorum quæ dicta sunt antea, interlinere, cum satis animaduersa sint, & comprobata. Quid igitur? Proteo uim adhibere tum quidem cum flecti oratione non poterit, & planè affirmare corrupta esse exemplaria, aut siquid eo facinorosius erit atque confidentius: cuius tamen inuidiam laudatis auctoribus summis amoliri à me possim, litiq; oppositis. Neque enim cum hoc cõmuserimus, nostrũ id exemplum erit, & magnos in hoc uiros crimineq; maiores imutabimur. Iam primum ad Iustiniani dictum satis iam responsum est. Centenarij etiã olim dicti sunt non qui centum sestertia possidebant, sed qui centũ millibus æris censi erant, ut ex Liuio apparet in classium descriptione, & ex Plin. lib. XXXIII. his uerbis, Maximus cẽsus CX millia assium fuit illo Rege, & ideo hæc prima classis. Quòd si lex Papia post nũmum argenteum signatũ lata sit, centenarij etiam dici potuerunt qui sestertia centum in censu habebant, quomodo ducenarij iudices dicti sunt Equites Romani, qui dimidiatum censum Equestrem habebant: de quibus Tranquillus in Augusto, Ad tres, inquit, iudicũ decurias quartam addidit, quæ ducenariorum uocaretur, iudicarentq; de leuioribus summis. Ii autem ius annulorum non habebant. Auctore Plinio his uerbis, Diuo Augusto decurias ordinante, maior pars iudicũ in ferreo annulo fuit, ijq; non Equites, sed Iudices uocabantur. Vt autem pro mille sestertijs unus aureus haberetur, nulla auctoritate antiqua defendi potest. Etenim docuimus suprà aureũ unum pro centum sestertijs cessisse Galbæ tempore: qua ratione quinque millia sestertiũm in auri libra fuerunt. Et auri ad argẽtum proportio ea fuit, quæ est duodecim & semißis ad

Centenarij.

Ducenarij iudices.

unum. Restat locus ille Plinij de quatuor & octoginta denarijs, & alter lib. XXXV. longè nos retroagens, quo in loco sic legitur, Timomachus Byzãtinus Cæsaris Dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeã, ab eo in Veneris genitricis æde positas, octoginta talentis uenundatas. Talentum autem Atticum, ut ait Varro, sedecim sestertijs taxatur. Nos talentum Atticum sexcentis coronatis taxauimus, & singula sestertia quinis & uicenis. Qua ratione fit ut talentum quatuor & uiginti sestertia ualeat, quod Plinius sedecim ualuisse dicit. Ita fit ut aut in his uadis hærere necesse sit atque consenescere, aut aliquid non uulgare nec mediocre comminisci: quandoquidem certum est retroactu nõ defungi. Quod ad prius igitur illud pertinet, Alij è pondere subtrahunt, cum sit iustum LXXXIIII è libris signari; hoc affirmare non dubitauerim, quod Hermolaus in glossematis suis suspicatus est, eo loco ubi talenti meminit, Plinium non LXXXIIII, sed LXXXXVI scriptum reliquisse. Ita enim fateri scriptorum auctoritas cogit: cui ut adstipulatur id quod apud Priscianum legitur, libram duodenarum unciarum sex & nonaginta drachmas habere, ita Plinianæ lectioni refragatur in libra eadem Romana denarios duos & septuaginta fuisse. id enim ibidem legitur. Alioquin piaculi instar esse non putem Plinio in hoc non assentiri, qui de re nummaria, & auri argentiq; temperatura parum accurate scripsit, nec pro eo quanta eius esse solet cæteris in rebus tradendis diligentia. Quod non magnopere mirandũ est. Quotus enim quisq; hodie eorũ qui literas didicerunt, disertus in ea re inuenitur, ut uel numerũ nummorũ in libram nostram statuere certò possit, nedũ rationem indicaturæ tenere? Nihil tamen de Plinio, id est de ingenio

Rei nummariæ difficultas.

ingenio rerũ omniũ capaci, temere affirmare uelim, nisi aut eum non semper idem de eodem dixisse, aut (quod uerius est) corruptũ eius per multis in locis librum esse. Iam primũ libro XXI. Drachma (inquit) Attica (ferè enim Attica obseruatione medici utuntur) denarij argentei habet pondus, eadẽq; sex obolos pondere efficit. Nos autem suprà docuimus in scrupulo binos esse obolos, & in drachma terna scrupula: quod cum Plinij dicto cõgruit. Docuimus ex Plutarcho idem esse denariũ & drachmã. Si Plutarchi testimoniũ non satis est, audiamus Strabonem, qui libro quinto Geographiæ circa finem sic inquit: Casilinũ oppidũ situm est ad flumẽ Vulturnũ. In eo Prænestini uiri quingẽti & XL cum Annibale tunc florẽte usqueadeo restitere, ut urgente fame medimnus frumenti ducentis drachmis ueniret, eo euentu, ut uẽditor fame mortuus sit, emptor incolumis euaserit. ὥσθ' ὑπὸ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μεδίμνου, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος. Valerius de hoc loquens lib. VII. non medimnũ sed murẽ fuisse dicit, his uerbis, In illa obsidione & fide cũ trecẽti Prænestini permanerẽt, euẽnit ut quidã murem captũ ducentis potius denarijs uenderet, quàm ipse leniendæ famis gratia cõsumere mallet. Sed credo deorũ prouidentia effectũ, ut & uenditori & emptori quẽ uterq; merebatur exitũ attribuerint. Valerius denarios latinè dixit, quod Strabo græcè drachmas. Plinius VIII. nũmos ducentos dixit, non denarios. Venisse murem ducẽtis nummis Casilinũ obsidente Annibale, cumq; qui uẽdiderat, fame interijsse, emptorem uixisse, annales tradunt. Vsqueadeo uel uaria antiqui de re eadem tradiderunt, uel nummis apud Plinium pro denarijs legitur. Rursus Plinius eodẽ in loco libri uicesimiprimi, Mna, quã

nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Idem lib. XII. de thure loquens, Micas concussu elisas mannam vocamus. etiam tamen inueniuntur guttæ quæ tertiam partem minæ, hoc est XXXIX denariorum pondus æquent. In uetusto exemplari non XXXIX, sed XXIX, id est undetriginta legitur. In duobus alijs manuscriptis XXVIII legitur. Si XXXIX probamus, ut omnia impressa habent exemplaria, mina centum & decem & septẽ denarios habet. si XXIX, septẽ & octoginta. si XXVIII, quatuor & octoginta, & conuenit cum dicto Plinij lib. XXXIII. nisi quòd illic de libra dicitur, hic de mina: id quod si admittamus, Plinius secum ipse pugnabit. Ad illud alterũ de talento Attico quod ex Varronis auctoritate à Plinio sedecim sestertijs taxatur, id est quadraginta libris, dico in antiquis omnibus codicibus nõ XVI sestertijs legi, sed sedecim alijs: quod quo modo restituendum sit, nescio. Sed quàm dubia sit fides numerorũ summarumq; in Plinio, & pecuniæ uocabulorum, multis iam exemplis docuimus: quibus tamen & unum aut alterum addemus ex eodẽ. XXXV. libro. Quo enim in loco de Parethonio loquitur, sic habent impressi codices: Precium optimo in põdo sex librarũ. ubi manuscripti habẽt, Precium optimo in pondo CXI denarij. unus uetustissimus sic, in pondo CXI. & denarij uerbum additum erat lectoris manu, & C loco deletili scriptum. Et paulo inferius de Vsta in impressis libris, Optima nunc Asiatica habetur, precium eius in libras æris quini. In manu autem scriptis, pretium eius in libras XVI denarij. Et paulo superius de L. Mummio, Nam cum in præda uendẽda Rex Attalus sex millibus sestertiũm emisset Aristidis tabulam Liberum patrem continentem, pretium miratus, suspicatus ali

Pliniani numeri corruptissimi.

Locus Plin.

tus aliquid in ea uirtutis quod ipse nesciret, reuocauit tabulam, Attalo multum querente. In reliquis non sex millibus sester. sed sedecim libris legitur, pro sedecim talentis, ut arbitror. Græci enim sestertij uocabulum non nouerunt, & alioquin sex millia sestertiũm non erat precium quod Mummius Corintho expugnata miraretur, & ob id addictam tabulã reuocaret. Strabo lib. VIII. de Corinthi euersione loquens, hãc tabulam Romæ se uidisse affirmat in æde Cereris consecratam, opus omnino speciosum, propter quod etiã emanauit prouerbium apud Græcos, Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. id est, nihil ad Liberũ patrẽ. hoc est, nihil hoc præ Aristidis Libero patre. quod prouerbium usurpari solet quoties res impares cõponuntur. Talẽtum autẽ Atticũ nemo minus dixit esse LX minis centenarum drachmarũ, ut suprà docuimus. Suidas omnino LX minarum esse affirmat, & minas cẽtenarias esse. Quare apud Plinium sic fortasse legẽdum est, Talentũ autem Atticũ, ut ait Varro, denariorum VI millibus taxatur. Antiqui enim denarium X nota significabãt, ut suprà dictum est à nobis. Quod cum VI iunctũ, pro XVI exauditum est, & millibus pro sestertijs, quorum uerborũ eadẽ sæpe significatio est, ut ex præcedentibus apparet: ut cum centũ sestertia pro centum millibus sestertiũm dicunt. Hæc etsi abunde sufficiũt cum ijs quæ antea tot auctoritatibus auctorum comprobata sunt, hæsitatiunculam tamen manere scrupulosis mentibus nolo, Protogenisq; pictoris exemplo tabulas idẽtidem respectans, tollere manũ nequeo: urgeo memet ipse, scriptorumq; meorum calumniator fio, nec mihi satisfacio nisi omnia tam clara quàm lucem reddo. Itaque ut semel hãc disputationem finiam, recitanda sunt ea testimonia quæ controuersiam quamlibet ambiguam

Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.

Tollere manũ de tabula nescire, verbum est Plinianum lib XXXV. & Ciceronianum in libro de Perfecto Oratore.

decernere ita poßint, ut ultrà referri quæstio nequeat. Iã primum (ut mittam quod apud Priscianum legitur, Senecam ad Nouatum scribentẽ, Talentum paruum Atticum dixisse quatuor & uiginti sestertiorũ fuisse, quæ sexaginta libras ualent) Plutarchus in Fabio, Progressus, inquit, Dictator ad plebem uouit, dijs omnia eius anni caprarum, ouium, suum, atq; boũ fœta, quæ Italiæ montes planitiesq; ac flumina prataq; ea in regione educarent, se mactaturum fore, & trecenta trigintatria sestertia, totidemq; denarios pro Megalesiacis spectaculis faciendis, in impensam se collaturum, tertiamq; partem additurum. Hoc caput est octo myriades, & tria millia quingentæ octogintatres drachmæ, & oboli duo. Hæc uerba Plutarchi prius quã exemplar Græcũ legissem, quũ calculo prosequerer, nec numerus responderet ad rationem quam hactenus tenendã affirmaui, errore id factũ interpretis intellexi, qui quod transtulit, nõ percepit. id quod facilè calculo explanabitur. trecẽta sestertia septingentas ac quinquaginta libras ualẽt: & trigintatria sestertia, octoginta duas libras & selibram, quũ in singula sestertia dipondium & semissem intelligamus. fiũt hæc in summa octingenta trigintaduo põdo & selibra. Si igitur in singula pondo centenas drachmas numeres, ideoq; eum numerũ centenario multiplices, facilè drachmas octoginta millia & ducentas in summa inuenies, & præterea pro selibra quinquaginta. huic summæ si pro trecentis trigintatribus denarijs totidẽ drachmas adieceris, fient in aßẽ octogintatria millia quingentæ octogintatres drachmæ. Huic iterum summæ si tertiã partẽ addideris, nescio quid summæ habiturus sis. Nõ enim id conuenit ut tertiam partem addas huius ingentis summæ, cum duo oboli tantum restent ex summa à

Plutar

Plutarcho posita. Si autem triẽtem adieceris, id est, duos obolos (denarius enim senis obolis constat) summa adamußim quadrabit. Interpres Plutarchi tritemorion, id est trientem, pro trito morio, id est, tertia parte, errore ductus accepit. Trientẽ enim Plutarchus pro triente denarij intelligi uoluit, non pro tertia parte summæ, θέας δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄξειν ἀπὸ σηστερσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν ἔτι τριτημορίου προσόντος. Hoc ex Liuio probari potest libro secũdo de bello Punico, qui de Fabiano uoto loquẽs (in quo omnia ternario numero nuncupata sunt) ita post alia uerba subdit, Eiusdẽ rei causa ludi Magni uoti, æris CCCXXXIII. millibus, triente, præterea bubus trecentis. nisi tamen error est apud Liuium. Plutarchus alium auctorem secutus est. Liuius enim pro CCC. millibus nummûm, id est, totidem sestertijs, millia æris dicit, & de denarijs tacuit. Trientem autem tertiam partem Aßis intellexit, qui genus nummi fuit, ut postea uidebitur. Satis tamen patet ex uerbis Plutarchi denariũ & drachmã pro eodem accipi, & centenos fuisse in libris. Suspicari quis posset apud Liuium locum esse mutilatum post uerbum millibus, itaq; restituendum, CCCXXXIII. mil. trecentis trigintatribus aßibus, triente. Idem Liuius lib. VIII. de bello Macedonico de L. Scipione loquẽs, qui post triũphum Asiaticum accusantibus Tribunis peculatus dãnatus esse dicitur ob suppressam manubiarũ partẽ, De Scipione (inquit ille) iudicium factum, quò commodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex millia põdo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse quàm in ærarium retulerat. Et paulo inferius de summa damnationis loquẽs, In L. Scipione malim equidem librarij mendum

Plutarchi locus.

Locus Liuij.

quàm mendaciũ scriptoris esse in summa auri atq; argẽti. Simulius enim ueri est argenti quàm auri maius pondus fuisse, & potius quadragies quàm ducenties quadragies litẽ æstimatã, eo magis, quòd tantæ summæ rationem etiã ab ipso requisitã Publio Scipione in Senatu tradunt: librumq; rationis eius cũ L. fratrem afferre iussisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus cõcerpsisse, indignatũ quòd cum bis millies in ærariũ retulisset, quadragies ab se ratio posceretur. Hactenus Liuius Valerius lib. III. cap. VII. ita scripsit: Cum à L. Scipione ex Antiochensi pecunia sester. quadragies ratio in curia reposceretur. Sex millia põdo auri æstimatione à nobis instituta sexcenta septuagintaquinq; millia solatorũ ualent, cũ in singula pondo, centum & duodecim aureos & semissem numeremus, id est, nouenos in uncias: & quadringenta octoginta argenti pondo, quatuor millia octingentos coronatos. Porrò si aureos solatos ad coronatos redigere uolumus, in singulos solatos deducere solidum & semissem oportebit. Sic enim singulas auri libras. centũ & duodecim solatis & semisse taxauimus, ut solati singuli triginta sex solidis & semisse ualerẽt. quare ex sexcẽtis septuagintaquinq; millibus, decies centena & XII. millia quingẽti solidi decedant necesse est: quæ summa ad quinquaginta millia & sexcentos uigintiquinq; francicos contracta, circiter undetriginta millia aureorũ coronatorũ ualet. Nihil enim refert exactè hoc colligere. fit summa septingẽta & octo millia octingẽti aurei. Tãti æstimamus peculatũ L. Scipioni obiectũ, & tamẽ lis æstimata fuit ducenties quadragies sestertiũ: quod nos æstimare solemus sexcẽta millia coronatorũ. Ita centũ & octo millia octingẽti exuberãt in priore summa, si tanti dãnatus est, quãta fuit

fuit petitio. Sed si decuplex tantũ fuit auri ad argentum proportio, ut Polluci credere nũc uelimus, sexta fere pars hinc decedere debet. Ego enim hoc aurũ ita æstimaui, ut auri libra paulo minus XII. libris argenti ualuerit. Hæc sexta pars centũ decẽ & octo millia & paulo aliquid amplius efficit. Ad amussim autẽ quadrare numerus nõ potest propter auri ad argentũ analogiã hodiernã, quæ paulo minor est duodenaria, ut antea docuimus, & ego ita nũc deduxi quasi planè duodecuplex esset. Nõ dubito autem tãti Scipioni litẽ æstimatã esse, quantũ iudicatũ fuit cum auri atq; argenti interuertisse, id est, in lite æstimãda nihil ei remissum esse, sed iudices decuplicẽ æstimationem secutos, quæ cõmunis erat, præsertim in auro nõ planè obryzo. Hæc ratio etsi odiosa est propter supputandi tediũ, eò tamẽ pertinet, ut intelligatur ducẽties & quadragies sestertiũ ingentẽ pecuniã fuisse, nec absurdã me rationẽ iniuisse in auri atq; argẽti æstimatione facienda.

Nunc uerò cõpendiariã rationẽ ineamus. Cẽties sestertium significat centies cẽtena millia nummũm, id est, centies ducenas & quinquagenas libras, quæ sunt quinq; & uiginti millia pondo argẽti. Sic ducẽties & quadragies sestertium, sexaginta millia argenti pondo ualet. Huius decima pars est sex millia, & illa est proportio auri ad argentũ, ex Polluce. Quare ad nummũ ratio quadrabit, ut ducẽties & quadragies sestertiũ, id est, sexaginta millia pondo argenti, uel auri sex millia, sexcentis millibus aureorũ nostrorũ æstimari debeant, cum singulas libras denis aureis æstimare statuerim. id tantũ excurret, quod pro quadringẽtis octoginta libris argenti taxauimus, id est, quatuor millia & octingenti aurei. Intelligere autem debemus, uel argenti in lite æstimanda nullã habitam esse rationem

Animaduertendus locus.

rationem præut erat auri summa, uel annalium scriptores eam summã prætermisisse, quæ extra rotundum numerum excurrebat. Parum enim expeditum erat sic loqui, ut dicerent ducẽties & quadragies semel & aliquot præterea sestertijs litem ei æstimatam. Hoc autẽ ex eodem libro Liuij confirmari potest: qui de conditionibus pacis Aetolis datæ ita inquit, De pecuniæ summa quam penderent, pẽsionibusq; eius, nihil de eo quod cũ COS. cõuenerat, mutatũ. Pro argẽto si aurum dare mallent, dare conuenit, dum pro argenteis decẽ aureus unus ualeret. Et intellige de nũmis Asiaticis, nõ Romanis, quia aurei Romani duplici põdere quàm argẽtei erãt, ut antea dictum est, utpote didrachmi. Hæc ratio etsi pulchrè quadrare mihi uisa est, sola tamen nequit ita hominũ arbitriũ adstringere, ut non liberè negare poßint nos ad ueritatis ipsius (ut ita dicã) cubile peruenisse, etiã si multa eius uestigia luculenta atq; expressa deprehendimus. Vlteriore igitur indagine lectorẽ eò perducemus, ubi uel ab inuito confessio exprimatur, se iam ueritatem non modò uidere, sed etiam palpare. Primus locus est apud Demosthenẽ in oratione quæ κατὰ ἀφόβου inscribitur: in qua orator enumerãs fraudes tutorum suorũ, & ostendere uolens tribus propemodum talentis uno nomine se ab eis circunscriptum, ita inquit, σκέψασθε τοίνυν ὅσον ἀργύριον ἔτοι παρὰ τοὺς κλινοποιοὺς κλέπτουσι. τετταράκοντα μὲν μνᾶς αὐτὸ τὸ ἀρχαίον. δέκα δὲ ἐτῶν τὸ ἔργον αὐτῶν, δύο τάλαντα. δώδεκα γὰρ μνᾶς ἑκάστου τὴν ἐνιαυτὴν τὴν πρόσοδον αὐτῶν ἐλάμβανον. Considerate igitur quantam isti pecuniã ex lecticarijs fabris interuertunt. primùm pro sorte quadraginta minas pono, deinde pro quæstu decennij eorũ opificij duo talenta. siquidẽ duodenas minas quotannis accipiebãt eius mercedis

mercedis nomine quam serui meruerunt. His uerbis apparet decies duodenas minas duo talenta ualere: qua ratione sexaginta minæ cẽtenariæ talentũ Atticũ faciunt. Eodem pertinet locus à nobis in primo libro citatus cum de usuris centesimis loqueremur. His enim exẽplis & alijs per multis eiusdẽ orationis, quæ citare nunc longũ esset, planũ fit, quicquid aliqui scripserint de mina Attica, minam tamen Atticam semper centenariam intelligi, & huiusmodi minas sexaginta talentũ efficere. Demosthenes enim non modò Athenis & ad Athenienses orationẽ illã habuit, sed etiam atticißimè locutus est, ut alibi in eadẽ, ὅστις γὰρ ἐκ τεττάρων ταλάντων καὶ τρισχιλίων, τοῖς μὲν τρία τάλαντα καὶ δισχιλίας προῖκα δέδωκε, τῷ δ' ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπῶσθαι, φανερρὸν δή που πᾶσιν, ὅτι οὐκ ἀπὸ μικρᾶς οὐσίας, ἀλλὰ πλέον ἢ διπλασίας ἧς ἐμοὶ κατέλιπε, ταῦτα ἀφεῖλεν. Verba sunt Demosthenis argumentantis ex uerbis testamenti patris sui quæ uerba sic uerti latinè possunt, Qui enim ex quatuor talentis & tribus millibus, his quidẽ tria talenta & bis millena doti dedit, illi uerò septuaginta minarum usumfructum reliquit: nimirum hunc clarum est apud omnes non à tenuibus fortunis ea legata decerpsisse, sed à summa altero tanto maiore, atque eo etiã pleniore quàm mihi reliquerat. Quam autem summam his uerbis orator intellexerit, ex narratione eius orationis apparet, his uerbis, θηριππίδι μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον ἕως ἂν ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην: δημοφῶντι δὲ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, καὶ δύο τάλαντα εὐθὺς ἔδωκεν ἔχειν. αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν μητέρα καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς. Therippidæ quidem usumfructum ex bonis meis septuaginta minarum dedit, quoad ego inter uiros censerer

censerer, id est, quoad tutelæ meæ factus essem. Demophontem autē uoluit apud se sororem meā habere cū duobus talentis. Huic autē ipsi quī cū ago matrē meā uxorem ducendam cū dote octoginta minarū reliquit. Hactenus Demosthenes. Ex cuius uerbis intelligimus duo talenta & octoginta minas & septuaginta, id est, centū & quinquaginta minas, tantum ualere, quantum quatuor talenta & ter millenas. ubi subintelligēdū drachmas, ut ex Græco apparet, propter quod millenas pro mille trāstuli. Sic fit ut talentū sexaginta sit minarū, & mina centum drachmarū. Minā enim Atticā ad centum drachmas auxisse Solonē Plutarchus in eius uita tradidit, ut quæ Græci mīlia dicūt ex sua persona, drachmarū semper intelligere debeamus. quod eò pertinet, quod legitur apud Plutarchum in Pōpeio de uectigalibus Romani imperij, & in Antonio de decies sestertio, ubi interpretes male sestertios intellexerunt, ut suprà adnotauimus. Quàm multus autē Demosthenes in eo loquendi modo fuerit, licet ex eadem oratione perlecta intelligere, cuius loca uertere necesse nunc nō habui. Alter est locus Ciceronis, ubi uelut cubile esse ipsius ueritatis quam quærimus, existimaui. Is est autē in oratione pro Rabyrio, in qua oratione de Gabinio loquēs, qui ob Ptolemæi reductionē in Aegyptum, & peculatū insignē in ea re admissum, decē millibus talentūm damnatus est, ita inquit, Redeo igitur ad crimen & accusationem tuam. quid uociferabare decē millia talenta Gabinio esse promissa? huic uidelicet perblandus reperiundus fuit qui hominem ut tu uis auarissimum exorararet. Sestertium bis millies, sed quadringenties magnopere contemneret. Ad intelligentiam horum uerborum hoc præfari habemus, Gabinium decē millibus talentūm damnatum

Locus Cicer.

Gabinius X. M. talentorum damnatus.

damnatum, nec prædes tantæ summæ dare, nec ex bonis eius auctione addictis eam summā seruari potuisse. Quare cū Rabyrius Post humus eius criminis affinis uideretur, accusatus & ipse fuit, quasi impulsu eius Gabinius Ptolemæū in regnum reduxisset, & quasi pars peculatus ad eum peruenisset: ut quod eius pecuniæ à Gabinio seruari non potuerat, à Rabyrio damnato exigeretur. Hūc igitur Cicero patrocinio suo defendit, cuius oratio & corrupta & mutilata lectitatur, nec eā in uetusto libro orationū Ciceronis reperi. Ea autē uerba sic legēda censeo, Quid uociferabare decem millia talentûm Gabinio esse promissa? huic uidelicet perblandus reperiendus fuit, qui hominem, ut tu uis, auarissimum exoraret. Sestertiûm bis millies scilicet & quadringenties magnopere contemneret. Hoc sensu, Pugnat secum accusatio tua. tu Gabinium auarissimum hominē fuisse criminabaris, & ut regem reduceret, talentis decem millibus conductū esse: nunc Rabyrij impulsu fecisse dicis ut regem deduceret, & ob id Rabyrium in crimen uocas. quo nam modo cōuenit hominem auarissimū (ut tu uis) Gabiniū pollicitatione bis millies & quadringēties sestertium adduci ad facinus nō potuisse, nisi & suasore Rabyrio impelleretur? Cæterum nos singula talenta sexcētis coronatis aureis, & sexaginta libris centenarijs æstimare instituimus: singulas autē libras denis aureis. sexagies enim deni aurei, sexcenti in summa fiunt. Hac ratione cētum talenta, sexaginta millia aureorum ualent, id est, centies sexcētos. Hæc summa decies multiplicata, sexcenta millia aureorum efficit. tot enim coronatorum millia, mille talentûm ualet. Sic fit ut decem millia talentûm, sexagies centena millia aureorū ualeant, hoc est decies sexcēta millia. Rursus æstimatione nost

ne noſtra quadringenties ſeſtertium, millies mille aureos noſtros ualet, hoc eſt decies centena millia. Qua ratione bis millies & quadringenties, ſexagies centena millia ualet. Et ita ad nummũ ſumma latina cũ ſumma græca conuenit, & eſt ea quam Græci Apartilogiã uocant. lingua noſtra uernacula latinæ linguæ imitatione rotundam rationem uocat. Horatius libro primo Epiſtolarum,

Apartilogia.

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porrò

Tertia ſuccedant. De Gabinio & Ptolemæo Plutarchus in Antonio ſic inquit circa principium, μετὰ ταῦτα γαβίνιον ὠθεῖ μυρίοις ταλάντοις τῶν Πτολεμαίου τέκνων καὶ ἀργυρίου ἅμα στρατεύειν ἀξιῶν. id eſt, Deinde cũ Ptolemæus ſuadere cœpiſſet Gabinio, ut in Aegyptum ſecũ expeditionem ſuſciperet, pacta mercede talentorum decẽ millium. Qui locus latinè non eſt conuerſus in exemplaribus quæ uidi. ex quibus uerbis liquet id quod dictum eſt de decẽ millibus talentorum. Nego igitur quẽquam eſſe tam hæſitatorem, qui modò hæc uerba & ſupputationem intellexerit (quotus autẽ quiſq; etiam citra calculum non intelliget?) ut de hoc quod hactenus egimus, ultrà addubitare poſſit, id eſt, de ſeſtertiũm & talẽtorũ & reliquorum uerborum intellectu, & ſummarũ auri argentiq; æſtimatione. Nam de auri proportione ad argentũ, nondum planè ſtatuo. Ita Proteus ille Logodædalus, id eſt, uerborum uarietate fallax, & diu exẽplarium mẽdis ueluti formarũ deſultoria uiciſsitudine ludificatus, in ſeſe tandẽ redijt, peruicaci noſtro propoſito uictus ueritatis inueſtigandæ. Exoratũ autẽ unumquẽq; lectorẽ uelim, aut certè candidiſsimum quenq;, mihi ut uitio ne uertatur quòd monumẽta antiquitatis hactenus ſancta atq; intacta, ipſe temerare auſus ſim, homo, ut inter literatos homines, nouus

Logodædalus Proteus.

nouus, nullisq; maiorũ imaginibus fretus atq; ſubnixus. A quo enim tandem literarũ ſtemma ingenijq; commendationẽ Francus homo duceret? tametſi in hodierna literarum claritate, nihil obſtat quo minus in poſterum nonnulli ubiq; gentiũ imagines ſibi gentilatesq; comparent, à quibus poſteritas fiduciam auctoritatẽq; uendicet. Quos etſi ipſos ingenio & doctrina longè me ſuperaturos non dubito, magni tamen meriti inſtar erit, unũ me ex ijs eſſe qui rei cõmendabilis exemplum patriæ prodiderunt. Cedere autem mihi in compenſationẽ id poſtulo, quòd immutata haud ita pridẽ quædam loca nunc ſibi reſtituerim, ut paria feciſſe iudicari poßim cum eo, quod magnorum auctorum laudatione fretus atq; teſtimonio, cõmouere quædam non dubitaui trabali (ut aiunt) clauo fixa. Hæc & alia contra ius receptum nõ ſine exẽplo admiſſa, per Philologiæ numen multis hodie mortalibus uenerandũ, ignoſci ita mihi poſtulo, ſi etiam ſponſione perfunctus, corollarium non unũ aut alterũ, ſed multiplex addidero. Gellius li. v. noctiũ Atticarũ, Equus Alexandri Regis, & capite & nomine Bucephalas fuit. Emptum Chares ſcripſit talentis XIII. & Regi Philippo donatum. æris noſtri ſumma eſt ſeſtertia trecenta & XII. Hactenus Gellius. Talenta decem, ſex millia aureorũ ualent: & tria talenta, mille & octingentos: fiunt ſeptẽ millia octingenti aurei. Centũ ſeſtertia duobus millibus & quingẽtis ualẽt ea ratione qua in ſingula pondo denos aureos taxamus: ſic trecenta ſeſtertia, ſeptem millia & quingentos coronatos ualent, & XII. trecentos, hoc eſt triginta libras argenti. Quare ad nummum cõuenit inter utranq; ſummã. De hoc Plinius, Eidem Alexãdo & equi magna raritas contigit: Bucephalũ eũ uocauerũt, ſiue ab aſpectu toruo,

Gell. locus.

Bucephali pretium.

t ſiue

siue ab insigni taurini capitis armo impressi: sedecim talentis ferũt ex Philonici Pharsalij grege emptũ etiam tũ puero capto eius decore. Rectè tamẽ apud Gelliũ XIII. legi ex Plutarcho patet in Alexandro, qui tredecim talentis à Philonico Thessalo emptum dicit, ut fortè apud Pliniũ XVI. pro XIII. legatur. Idẽ Gellius lib. III. Aristotelem quoq; traditũ est libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emisse talẽtis Atticis tribus. ea summa fit nũmi nostri duo & septuaginta millia. Hactenus Gellius. Nos diximus talentũ LX librarũ esse: qua ratione tria talenta, centũ ac nonaginta libras ualẽt: qui numerus ex duobus & septuaginta millibus cõfit, si in singula millia, bina pondo & selibram numeremus. Rursus tria talẽta, mille & octingẽtis aureis æstimatione nostra ualuerũt, & eadẽ summa cõficitur ex septuaginta duobus sestertijs, si sestertia singula, quinq; & uiginti aureis æstimentur. Quare planũ facimus & talenta nos & sestertia iusta æstimatione perpẽdisse. Apud eundẽ Gelliũ lib. I. emendandũ unũ uerbũ huic dicto contrariũ, ubi de Laide scorto Corinthio loquitur. Ad hãc, inquit, Demosthenes clanculum adit, & ut sui copiã faceret petit: at Lais myrias drachmas, id est, decẽ drachmarũ millia poscit. hoc facit nũmi nostratis denariũm decẽ millia. Tali petulantia mulieris, atq; pecuniæ magnitudine ictus expauidusq; Demosthenes, auertit iter: & discedẽs, Ego (inquit) pœnitere tanti nõ emo. Sed græca ipsa quæ fertur dixisse, lepidiora sunt, οὐκ ὠνοῦμαι (inquit) μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, id est, nõ emo centum sestertijs pœnitentiam. Ex his uerbis testimonium locupletissimum habemus auctoris antiqui, qui Hadriani principis temporibus scripsit, drachmam & denariũ eodẽ pondere fuisse, sed quòd decem

Plinij locus.

Gell. locus.

Laidis meretricis petulantia.

decem millia denariorũ centũ sestertijs ualuerint, falsum est. tantũ enim quadraginta ualent. minis ergo nõ sestertijs legendũ est. Athenæus lib. IIII. Dipnosophistarum, Ὁ δὲ μέγας ἀλέξανδρος δειπνῶν ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων, ὡς ἱστορεῖ ἔφιππος ὁ ὀλύνθιος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀλεξάνδρου καὶ ἠφαιστίωνος μεταλλαγῆς, ἀνήλισκε τοῦ ἡμέρας μνᾶς ἑκατὸν, δειπνούντων ἴσως ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα φίλων. ὁ δὲ περσῶν βασιλεὺς, ὥς φησι κτησίας καὶ δίνων ἐν τοῖς περσικοῖς, ἐδείπνει μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων, καὶ ἀνηλίσκετο εἰς τὸ δεῖπνον τάλαντα τετρακόσια. γίνεται δὲ ταῦτα ἰταλικοῦ νομίσματος ἐν μυριάσι διακοσίαις τεσσαράκοντα, αὗται δὲ εἰς μυρίους πεντασχιλίους μεριζόμεναι, ἑκάστῳ ἀνδρὶ γίνονται ἀνὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἰταλικοῦ νομίσματος, ὡς εἰς ἴσον καθίστασθαι τῷ τοῦ ἀλεξάνδρου ἀναλώματι, ἑκατὸν γὰρ μνᾶς ἀνήλισκεν ὡς ἔφιππος ἱστόρησεν. Magnus autẽ (inquit) Alexander cœnans semper & ubiq; cũ amicis, ut Ephippus Olynthius in eo uolumine prodidit quod de Alexandri obitu & Ephæstionis scripsit, cẽtenas minas in dies expẽsas cœnæ ferebat, cum ad sexagenos, aut summũ septuagenos ad cœnã adhiberet. At uerò Persarũ Rex, ut auctores sunt Ctesias & Dinon in historijs Persicis, ad cœnam suã quindecim hominum millia accipiebat, in easq; cœnas quadringena talenta expẽsabat. Fiunt hæc Italico nomismate myriades ducẽtæ & quadraginta. Porrò hæ in quidecim millia hominum distributæ, fiunt in singulos centum & sexaginta Italici nomismatis. Quare hic sumptus superiorem illum Alexandrinum æquat quippe cum Alexander centenas minas in dies expẽderet. Hæc uerba Athenæi cũ ad calculum reuocarẽ, sic rationem inibã: ducẽtæ & quadraginta myriades, id est, ducenties & quadragies dena millia,

Hic locus colophonem & coronidem disputationi imponit.

Conuiuæ Alexandri & Persarum Regum.

more Romano uiciesquater centena millia dicuntur. Cũ igitur compẽdio sermonis quater & uicies sestertiũ dici soleat ab antiquis, ut nos in superioribus docuimus: si nũmos hic sestertios intelligamus, & ad aureos nostros redigamus, fient sexaginta millia coronatorum, id est, duplex census Senatorius. At quadringenta talenta more à nobis instituto æstimata, fiunt ducenta & quadraginta millia coronatorũ, cum centũ talenta sexagenis millibus semper antea æstimauerim. Quare talentorũ æstimatio quadruplex erit nomismatis Italici cõtra sententiã Athenæi, qui ignorare hoc nõ potuit, cũ Romæ sub Hadriano scripserit, ut ex lectione eius intelligimus. Quòd si ut antea apud Plutarchum fecimus, non sestertios nummos, sed denarios, id est, drachmas intelligamus, ut mos Græcorum postulat, summa ad nummũ quadrabit. Sexaginta enim aureorũ millia quater multiplicata, ducẽta & quadraginta millia fient: & quater & uicies sestertiũ, nongiesexies sestertium fiet: cum singuli denarij quaternos nummos ualeant. Græci enim uidẽtes denarios Romanos æquales esse suis drachmis, cum myriadas dicerent, denariorum intelligi uolebant, quandoquidẽ sic Attici numerabant, quos alij omnes secuti sunt scriptores. Hic locus colophonem (ut aiunt) disputationi nostræ demonstrationibusq; imponit. Age exigamus rem ad calculum. ducentæ & quadraginta myriades drachmarum uel denariorum, id est, uiciesquater centena millia, ad minas contracta centenarias, quatuor & uiginti millia fiunt, id est, quadringenties sexagenæ minæ: at eandem summam quadringenta talenta sexagenaria efficiunt. ita ratio conuenit. Alioquin si nũmos sestertios aliquis improbior Athenæum intellexisse dixerit, talentum Atticum quindecim necess

necessariò minarum erit: quod nemo unquã scripsit. Nũc pergamus porrò, & quatuor & uiginti millia minarum in quindecim millia conuiuarum diuidamus, fient in capita sesquimina & denæ drachmæ: utpote cum quindecies millies sesquimina, uicenabina millia & quingenas efficiat. Ita restant mille & quingentæ minæ ex numero supradicto, quæ centena quinquagena millia denariorũ ualent, in quindecim partes diuidenda propter quindecim cœnantium millia. Atqui numerus hic partiens denarius est numerus, cum in centũ & quinquaginta millibus, decies quindecim millia inueniãtur, & decies quinquies decem millia. ita fit ut in singula millia cõuiuarũ, dena millia denariorũ accedant, & in singula capita denarij deni. sic fiunt centeni & sexageni denarij in capita, id quod Athenæus dixit. Et totidem denarios nos sedecim aureis nostris æstimare instituimus: qui numerus si per numerũ conuiuarũ multiplicetur, ut quindecies senadena millia, uel sedecies quinadena millia multiplicemus: fient ducena quadragena aureorum millia, quanti quadringenta talenta æstimand. contendimus. Porrò cùm Alexander in sexaginta conuiuas centenas minas impẽderet, id est, dena denariorũ millia, hac ratione in capita sesquiminã & sextantẽ minæ cõsumebat, hoc est, centum & sexaginta sex denarios & bessem, quæ summa sex denarijs in capita excedit. Quòd si in septuaginta cõuiuas rationẽ ineamus, in capita singula minus erit sesquimina. Ita obiter locũ Athenæi explicuimus, & extremã manũ operi addidimus, quod ad hoc quidẽ pertinet. Plutarchus in Antono de Curione & Antonio loquẽs sic inquit, Ex quibus sumptibus grande æs alienũ ei, maiusq; quàm pro ætate conflatũ est, ducentorum quinquaginta talentorum. Hæc

ſumma ad nomiſma noſtrum reducta æſtimatione à me inſtituta, cētum & quinquaginta millia aureorū noſtrorum efficit, cum talentū aureos ſexcentos, & centum talenta centies ſexcentos ualeant, hoc eſt ſexaginta millia. Audiamus igitur nūc Ciceronē Philipp. II. qui Antoniū increpans cōtumelioſa oratione, ita inquit, Tenes'ne memoria, prætextatum te decoxiſſe? Et paulò pòſt, Recordare tempus illud cū pater Curio mœrēs iacebat in lecto, filius ſe ad pedes meos proſternens, lachrymans te mihi commendabat: orabat ut te contra ſuū patrem ſi ſexagies ſeſtertium peteret, defenderē. Tantum enim pro te interceßiſſe dicebat. Hactenus Cicero. De hac interceßione Plutarchus ibidem meminit his uerbis, Pro quibus CCL. talentis cùm interceßiſſet Curio, pater id ægrè ferens, domo ſua expulit Antonium. Cum decies ſeſtertium à me quinq; & uiginti millibus aureorū ſæpe ſit æſtimatū, in promptu eſt ſexagies ſeſtertium centū & quinquaginta millia ualere, & ita utrāq; ſummam ad nummum cōgruere apud Ciceronē & Plutarchum. Idē Plutarchus in Antonio, Calphurniam Cæſaris uxorē tradit apud Antoniū bonam partem pecuniarū depoſuiſſe, quarū ſumma fuit ad quatuor millia talentorū. At in uita Ciceronis idē auctor ſcribit inimicitias inter Antonium & Octauiū ortas ob pecuniam Cæſaris auunculi eius ab Antonio interuerſam. Ab eo enim repetebat (inquit) Cæſar iunior ducentas quinquaginta myriadas. Hoc latinè dici debet ducenties quinquagies centena millia drachmarum, hoc eſt millies centena millia nummûm, uel loquendi compendio. millies ſeſtertium: quod nos æſtimare ſolemus uicieſquinquies centenis millibus aureorum coronatorum. At mille talenta, ſexcentis millibus aureorum à nobis æſtimata ſunt

ſunt. Quo fit ut quatuor millia, quater & uicies centenis millibus aureorum ualeant. Quare ſummæ ambæ quadrabunt, ſi tantum hoc animaduertamus, Plutarchū excurrentem numerum talentorū (qui ſunt ferè centum & quinquaginta ſex) addere quatuor millibus neglexiſſe. Sed ne mirum aut incredibile potius uideatur tanti cœnas Perſicas conſtare Regibus potuiſſe, hic mihi in mentem uenit ut adderem id quod memoriæ proditum eſt de uaſis & ſupellectile & inſtrumento (ut ita dicā) luxuriæ Perſicæ. Poſt uictum igitur Dariū apud Iſſum in Cilicia, cum Alexander Darium fugiētem ſecuturus, Parmenionem Damaſcum miſiſſet, ubi ueluti ſedem eius belli Darius eſſe ſtatuerat, cōportatis illuc pecunijs, omniq; ſplendore inſtrumenti uiatorij tam regij quàm procerū: Damaſco iam in poteſtatem redacta, Parmenio ad Regem Alexandrū ſcribens de theſauris repertis, & impedimentorū copias enumerans, inter alia luxus caſtrenſis miniſteriū hoc catalogo recenſuit, παλλακίδας εὗρον μουσουργοὺς τοῦ βασιλέως τριακοσίας εἰκοσιεννέα, ἄνδρας στεφανοπλόκους ἓξ καὶ τεσσαράκοντα, ὀψοποιοὺς διακοσίους ἑβδομήκοντα ἑπτά, χυτρεψοὺς εἰκοσιεννέα, γαλακτουργοὺς τρεῖς καὶ δέκα, ποτισματοποιοὺς ἑπτὰ καὶ δέκα, οἰνοκθητὰς ἑβδομήκοντα, μυροποιοὺς τεσσαράκοντα. Pallacas (inquit) inueni canēdi peritas, & muſicæ uariæ artifices, ad Regis oblectationē intētas, numero trecētas undetriginta. uiros coronamētorū artifices ſex et XL. coquos ducētos & ſeptuaginta ſeptē. figulos ad culinariū inſtrumētū in caſtris fingēdū undetriginta. lactarios piſtores XIII. potionū tēperatores cōcinnatoresq; liquorū decē & ſeptē: & præter hos, homines ſeptuaginta qui à ſacellādis uinis erāt Regi, & colo cōdiendis. unguētarios inſuper quadraginta. Si tantus

Luxus darij Perſarū Regis.

tus igitur splendor fuit, tamq; copiosus in statiuis & castris apparatus, quãtum concipere animo possumus eum fuisse apparatum qui Babylone aut Susis aut Persepoli fuit? Hoc igitur tandẽ cõfecto, quod uix absolui posse sperabamus, uideamus quo'nam modo intelligi poßit id quod apud Plutarchum legitur de tertio Põpeij triumpho loquentem, quem de Asia subacta egisse dicitur. Ex prænotatis (inquit) literis clarè cognoscebatur ex quo genere gentiũ triumpharet. Erant quippe regiones hæ, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia. Præterea ij qui circa Phœniciam & Palæstinen incolunt, Iudæi, Arabes. Piratarũ etiã quotquot genera terra mariq; debellata erãt. Inter hæc notabantur castella haud pauciora quàm mille capta, ciuitates ferme noningentæ, Piraticæ naues octingentæ: urbes colonijs Romanis habitatas esse undequadraginta. His quoq; addebatur uniuersa Romanæ urbis tributa ante id bellũ quinquagies decies centena millia fuisse: cũ ijs uerò quæ Populo Romano ipse quæsiuit, octuagies quinquies decies cẽtena millia. In ærarium præterea uasa aurũ argentũq; signatum ad uiginti millia talentorum, præter ea quæ militibus diuisa sunt, quorum qui minimũ accepit, mille & quingẽtos æris tulit. Hæc uerba significant tributa Populi Romani ante Mithridatem uictum, quingẽties sestertium fuisse: & ex tertia expeditione Pompeij trecẽties quinquagies accessionis factũ esse. Hæc summa ære nostro uicies semel centena & uigintiquinq; millia aureorum ualet. Intra quam summam si coarctare uelimus imperij Romani redditum, ridebimur ab ijs qui nouerunt regni nostri tributa. Quo anno hæc prodidi, princeps noster tantam ferme pecun

Summa tributorum Po. Romani ex Plutarcho.

Redditus regni Franciæ.

pecuniam ex ditione Gallica percepit. Quod ne comminisci uidear, scire licet apud nos tria esse pensitationum genera ex quibus ærarium nostrũ constat, Canonem, Oblationem, & Indictionem. In Canone censentur ea quæ sceptris ita hærent, ut cum sceptris nata, nec sine ijs interitura uideãtur, qualia sunt portoria, & isagogica uel exagogica quæ in introitu uel exitu urbium uel locorum aliorum pensitantur. Et in uniuersum uectigalia quæ multis nominibus accepta referũtur in ratiocinijs principalibus, & posseßiones prædiaq; quorum etiam mancipium proprium est diadematis Francici, nec in commercio hominũ esse putatur, duntaxat ut perpetuò emancipari ipsæ posseßiones poßint. Huc accedunt regaliorum clientelarũq; iura, id est iura quædam certarum perceptionum in eas posseßiones adscripta, quæ in fide sunt diadematis. Accedunt & commissa omnia, & aduentitia quæ assertorem non habent, Albana uulgo dicũtur, adespota à Græcis appellantur, quæ assertorem nullum atq; uindicem habent, ob idq; in fiscum cedunt. Strabo libro decimoseptimo de Aegypto loquens, ἄλλος δὲ ἐστιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστιν. Eodem pertinẽt uno uerbo omnia in fiscum cedentia, ut caducorum iura in externorũ hominum hæreditates, qui quidem ius ciuilitatis, aut prouinciæ à principe nõ impetrarint. In secundo genere sunt quæ Oblationes dicuntur, uicesima, & octaua, & quarta in quibusdam locis, in res promercales statutæ, & salarium uectigal, & exoticum, omnia à popularibus olim principibus delata: unde nomen Oblatio apud priscos accepit. Horum duorum generum ut æstimationem certam facere nequeo, sic ad sexcenta aureorum millia, hoc nomine ac

Canon.

Regalia.

Albana, adespota.

Oblationes.

ne accepta referri haud incerta ratiocinatione colligo.

Indictio. Tertium genus Indictio appellatur. hoc caput statam plerunque habet summam paulo plus octingena & quinquagena aureorum millia, ita ut urbes insignes stipendiariæ non sint. Indictio ob id appellata, quòd anniuersarijs diplomatis indicitur. Ex quo tamen trans Alpes res gessimus, accessionibus quas superindictiones appellant, idétidem aucta est. Sic enim sunt Galli homines, ut prout quidque principi aut collibuit, aut collibuisse dicitetur, id perinde ius fasque esse credatur: omniũ haud dubiè mortaliũ, qui quidem Barbari non sint, maxime (ut græcè dicitur)

Superindictiones.

Pitharchici Franci. Pitharchici, id est principalibus edictis æquo animo obsequentes, nec ideo tamen minus libertatem loquendi uiuendiq; usurpantes, principibus etiam haud inuitis. Sic enim fert huius regni genius, nobis à Deo omnipotente Christianissimi nominis (ut arbitror) commendatione cõcessus, ut & obsequiosa alacritate seruiamus, & qui nobis imperant, liberos nos esse non nolint. Verùm quo anno hæc prodidi, uno edicto princeps ter & tricies centena millia Francicorum imperauit. Quibus accedit haud contemnenda summa quam cuiusuis non est intelligere. Neoterico enim inuento hominum in ærariã officina perpolitorum factum est, ut dies pensitationum ita cedant, ut insequẽtis anni quadrans primus in ultimũ præcedẽtis incurrat, sicq; quinq; quadrãtes in uno asse reperiãtur. Nouo etiã aucupio trientes ex quadrãtibus facti, quò perplexioribus inuolucris res argentaria intricaretur. Hoc nomine dicere possem quãtũ accessionis hoc biẽnio factũ sit, populo ita deuorãte strophas argẽtarias, ut nihil nõ concoxerit: id quod eò pertinet, quod dixi de æquanimitate populi in accipiẽdis obeũdisq; imperijs. In quo utinã etiã felicita-

tẽ suam ac benignitatem diuinam principes agnoscerent: nec fallere nos ij homines existimarent, qui huiusce modi commentis deũ & superos omneis aut accõmodare conniuentiã, aut arridere credũt. Verùm ut ad rem redeamus, hoc affirmare ausim, Indictionum capiti principẽ quo anno hæc prodidi, non minus acceptũ retulisse, supputata cum sorte supradicta repræsentatione, quàm quanta sit æstimatio illa supradicta octingenties sestertij. Quare apud Plutarchum legẽdum antea putabam, quinquagies decies centena millia drachmarum. Græci enim nunquam per sestertiũm millia numeros colligere solẽt, sed per myriadas chiliadasq; drachmarũ, ut non semel antè diximus. Nunc autem quod antea conijciebam, certò ac non dubiè opinor, ut paulò pòst ostendam. hac uerò ratione summa illa redditus Romani quadruplicato augetur, & fit ter millies & quadringenties sestertium, id est octogies quinquies centena millia aureorũ nostrorũ. Summa autem pecuniæ in ærarium relatæ ab eodem Pompeio, fit cẽties & uicies centena millia aureorum, quod nos duodecies millies mille aureos lingua uernacula dicimus: Græci mille ac ducentas myriadas appellant. Myrias enim numerum decies millenariũ significat. Quòd si præter hoc æstimemus in capita singula militũ sesquilibrã argẽti, id est mille & quingẽtos æris, æstimatio in immẽsum abibit: & tamen corruptũ id esse apud Plutarchum interpretis culpa facilè ostẽdemus ex Appiano, qui in eo libro qui Mithridaticus dicitur, de hoc loquens ita inquit, Finiente hyeme Pompeius præmia militibus exhibuit, uiritim mille & quingentas drachmas Atticas, ducibus eorum condigna pariter impẽdit, quorum summa decies sexagies mille talenta attigisse creditur. Vbi legendum, Quarũ summam aiunt

Plutarchi locus.

Summa pecuniæ a Pompeio in ærarium illatæ triumpho Mithridatico.

aiunt fuisse talenta sedecim millia, uel decem & sex millia. καθ' ἕκαστον ἄνδρα χιλίας τριακοσίας ἀτιμίας, καὶ τοῖς ἡγεμόσι αὐτῶν ἀνάλογον. & ducibus eorũ proportione, καὶ φασὶ γενέσθαι τάλαντα μύρια ἑξακισχίλια. Huiusmodi corruptos numeros nõ semel apud eum auctorem latinum factum offendi: sed ex his uerbis intelligimus non mille & quingẽtos æris, ut interpres existimauit, sed mille & quingentas drachmas, id est denas quinas libras argenti, hoc est centenos quinquagenos aureos singulis militibus datos. Ex Plutarcho autẽ ipso Græco, qui post alteram etiam libri huius editionem ad nos peruenit, error interpretis ipsius Plutarchi manifestus est. sic enim in eo loco historiæ legitur, πρὸς δὲ τούτοις ἔφραζε διὰ γραμμάτων, ὅτι τριακισχίλιαι μὲν μυριάδες ἐκ τῶν τελῶν ὑπῆρχον, ἐκ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τῇ πόλει, μυριάδας ὀκτακισχιλίας τριακοσίας λαμβάνουσιν. Et paulò pòst, ἃ δὲ γραπτῶν ὁ τοὐλάχιστον ἄρων καὶ λόγου, δραχμὰς ἔλαφε χιλίας τριακοσίας. Ex quibus apparet interpretem nummos sestertios uel asses pro drachmis intellexisse, errore luculẽto, qui etiã tributa pro uectigalibus trãstulit. Plutarchus enim ijs summis uectigalia, id est τέλη, non tributa, id est φόρους significasse mihi uidetur. Quòd autem Plutarchus quinque millia myriadum scripsit, quingenties centena millia latinè uerti debuit, uel quingenties sestertium, si quidem sestertios nummos intelligi uolebat. Et secundo loco octingenties quinquagies. Verùm quoniam Plutarchus more Græcorũ scripsit, summa quadruplicato excrescit, & fit ter millies & quadringẽties centena millia nummûm, uel ter millies quadringenties sestertium. Plutarchi autẽ uerba sic uerti ad uerbũ possunt: Ex ijs uerò quæ ipse ciuitati Romanæ iam quæsitis addidit

Vectigalia Tributa.

dit, Romanos capere quotannis octo millia & quingentas myriadas drachmarũ. Sic superior summa quaternario multiplicata, efficit ter millies & quadringẽties centena millia. Plin. lib. xxxvii. hunc triumphum magnificè descripsit, sed adeò corruptus ad nos peruenit, ut satis habuerim locum notare, quem transcribere non poteram. Qui tamen locum illum legerit, Plutarchũ mirabitur uiginti tantum millibus talentûm æstimasse prædam in ærarium illatã. Apud Plinium in eius triumphi descriptione ad ultimũ ita legitur in codicibus omnibus impressis, Cætera triumphi eiusdem quàm uerissimè subijciam. Recip. datum mille talentûm, Legatis & quæstoribus qui oras maris defendissent, sestertia bina millia: commilitibus singulis quinquaginta. Hoc prorsus non conuenit nec cum Appiano, nec cum Plutarcho. bina enim millia sestertiûm quinas libras argenti ualent, & quinquaginta sestertij uiginti drachmas. Præterea quis credat Plinium post bina millia dixisse quinquaginta? saltem quinquagena emendatores scriberẽt. In antiquis quos uidi, sic legitur, Cætera triumphi eiusdẽ quàm uirilia. Recip. & Quæstoribus qui oras maris defendissent, datum mille talentûm: militibus singulis sena millia sestertiũ. Et hactenus legitur. Fortasse autẽ sic legi debet, Cætera triũphi eiusdem quàm uirilia (ut hoc referatur ad superiora, in quibus Plinius mollitiem & delicias reprehendit) præfectis & quæstoribus qui oras maris defendissent, datum mille talentûm, militibus singulis sena millia sestertiûm, comitibus singulis quinquagena. Vt intelligamus comites, eos qui sponte Põpeiũ secuti sunt. Sena millia sestertiũ, millenas & quinquagenas drachmas significant, quod conuenit cum supradictis. Quapropter admirari subit uel emendatorum licentiam,

Cap. 2.

Plinij locus.

uel

uel librariorum incuriam, qui hunc locũ ita corruperunt: ex quo coniecturam in uniuersam Plinij emendationem facere licet. Appianus auctor est, in exercitu Pompeij ab initio statim peditum uiginti millia, & equitum quatuor fuisse: & legatos ei quinque & uiginti à Senatu decretos. Vt ergo in singulos pedites mille & quingẽtas drachmas dederit, & tria millia in equites (sic enim fieri solitum, ut equites uel duplex uel triplex donatiuum acciperent, & duplex Centuriones) Pompeius ultra mille talenta legatis & Præfectis data, non potuit minoris quadringentis & uiginti millibus argenti libris defungi. Fiunt in summa cum mille talentis quadringenta octoginta millia pondo, quæ ære nostro duodequinquagies centenis millibus aureorum æstimantur. In singula enim pondo, denos aureos numeramus. Atque in hoc rationem nullam habeo centurionatus, nec auxiliaris militis, & euocati, & prouinciatim collecti. Appianus Latinus (ut diximus) summas argenti nõ modò incredibiles, sed etiam absurdas refert: apud quem legitur, in eam largitionem Pompeium decies sexagies mille talẽta impendisse. Ego autem interpretem nõ sexagies decies, sed decies & sexies scripsisse puto, pro sedecim talẽtorum millibus, quæ ære nostro sexies et nonagies cẽtena millia aureorũ dici poßũt. Hoc donatiuũ Põpeianũ nõ modò credibile, sed etiã contemnendũ nec memorabile fecerũt illa quæ postea secuta sunt donatiua, ad bella ciuilia legiones auctorantia, ut posthac ostẽdemus, Nũc uerò si Romani imperij magnitudinẽ nõ dico ostendere, sed argumentis tantũ conijciendam relinquere uelim, longus de integro instaurandus erit sermo. Plinius libro septimo de trophæis triumphisq; Põpeianis loquens ita inquit, Triũphi uerò quẽ deduxit Põpeius ad tertium

App locus.

Magnitudo Romani Imperij.

tertiũ Calen. Octobris, præfatio hæc fuit, Cum oram maritimã à prædonibus liberasset, & imperiũ maris Populo Romano restituisset, ex Asia, Põto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia insula, Creta, Basternis. & super hæc de Regibus Mithridate atq; Tigrane triumphauit. Summa summarũ in illo gloria fuit, ut ipse in cõcione dixit cũ de rebus suis dissereret, Asiam ultimã prouinciarũ accepisse, eandemq; mediã patriæ reddidisse. Si quis ecõtrario simili modo uelit percensere Cæsaris res, qui maior illo apparuit: totum profectò terrarũ orbẽ enumeret, quod infinitũ esse conueniet. Asiã hoc in loco Plinius pro peninsula Asiæ accipit, quod regnũ olim Lydiorũ dictum est. Tranquillus in Cæsare, Geßit autem nouem annis, quibus cum imperio fuit, hæc ferè. Omnem Galliã quæ à saltu Pyrenæo Alpibusq; & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetq; circuitu ad bis & tricies centũ millia passuũ, præter socias ac bene meritas ciuitates, in prouinciæ formã redegit, eiq; in singulos annos stipendij nomen imposuit. Ab his duobus ducibus Romana res magnopere creuit. Quanta autẽ peninsulæ Asiæ fuerit acceßio, quæ Asia proprio ac priuato nomine dicta est, ut auctor est Plinius, ex eo cõijcere datur, quòd Plutarchus in Lucullo scribit, Syllã quum fœdere icto cum Mithridate Asiã recepisset, uiginti millia talentûm mulctæ nomine Asiæ imperasse, eiq; pecuniæ colligendæ Lucullum qui secum militauerat, præfecisse, ut inde pecuniam signaret. quanta autẽ sit pecunia, nos suprà docuimus. σύλλας ἢ τὴν ἀσίαν δυσμυρίοις ταλάντοις ἐζημίωσε. Appianus in secundo de bellis ciuilibus, de Cæsare Dictatore loquens, Statim post triumphum quæcunque exercitui pollicitus fuerat,

Asia proprie.

Viginti millia talentum Asiæ imperata a Sylla.

Donatiuum Cæsaris & congiarium memorabile.

rat, omnia cum additamẽto exoluit, militi drachmas Atticas quinque millia, manipuli ductori bis totidem, Tribunis militum, equitumq; præfectis duplo maius. Sic enim legi debet, στρατιώτῃ μὲν ἀνὰ πεντακισχιλίας δραχμὰς ἀττικὰς, λοχαγῷ δ' αὐτὸ τὸ διπλάσιον, καὶ χιλιάρχῳ καὶ ἱππάρχῳ τὸ ἔτι διπλάσιον καὶ τοῖς δημόταις ἑκάστῳ μνᾶν ἀττικήν. Ad hæc singulis ex populo minam unam Atticam. Apud Tranquillum locus mutilatus est. Veteranis (inquit) legionibus prædæ nomine in pedites singulos super bina sestertia quæ initio ciuilis tumultus numerauerat, in equites uicenaquaterna millia nũmûm dedit: populo præter frumẽti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoq; nummos quos pollicitus olim erat, uiritim diuisit: & hoc amplius centenos pro mora: annuam etiam habitationem Romæ usq; ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingenos sestertios. Quadringentos sestertios dedisse uiritim populo Tranquillus dicit, & Appianus minã Atticam, quod idem est: ex quo loco cõprobatur id quod semper diximus, librã fuisse centenûm denariorũ: & soluitur obiectum superius factũ ex Prisciano. Sed hic quina millia drachmarum data dicit in singulos milites, & in equitum præfectos singulos multo maiorem summam: ille in equites uicenaquaterna millia nummûm, id est sena millia drachmarum. quare locum mutilatum esse oportet apud Tranquillum. Sed & apud Appianum nulla equitum fit mentio. ἵππαρχοι enim turmarum ductores sunt, non λοχαγοὶ, ut interpres intellexit: quo uerbo Appianus uti solet pro Centurione, quemadmodum & in quarto de pronunciatione eius donatiui loquens in concione ab Antonio facta, καὶ τῆς τοιαύτης δ' ὅμως ζημίας ἕνεκα ὑπιδώσομεν ὑμῖν νικητήρια δραχμὰς ἑκάστῳ στρατιώτῃ πεντα

πεντακισχιλίας, λοχαγῷ δὲ πεντάκις τοσαύτας, χιλιάρχῃ δὲ τὸ διπλάσιον τοῦ λοχαγοῦ. Equitum nullã facit mẽtionem. Eusebius auctor est, eo tempore quo Sylla Dictaturam inuasit, censu Romæ acto inuenta esse hominum quadringenta sexagintatria millia. Appianus autem tradit censu post triũphum Cæsaris acto, inuẽtum esse dimidio penè minorẽ numerũ ciuium quàm quantus ante bellum ciuile fuisset. Esto igitur ut Romæ ducenta & uiginti millia hominum fuerint eo tempore quo Cæsar centenas drachmas in populum diuisit: id cõgiarium bis & uicies centenis millibus aureorum nostrorum æstimabitur. Age esto ut uiginti millia ueteranorum fuerint (tot enim minimum esse oportuit, ut ex Hircio nouimus in Commentario de bello Aphrico) si quina millia drachmarũ, id est, quinquaginta argenti pondo in singulos diuisit, decies millies mille aureis nostris id donatiuum constitit, id est centies centenis millibus. Adde nunc augmentum pro Centurione & Equite & Tribuno, & habitationes illas gratuitas Romæ & in Italia datas: certè in immensum res abibit, si omnia æstimentur. Appianus ipse de triumphis eius loquens, quos diebus quatuor instaurauit post omnia bella confecta, Pecuniarum (inquit) in triumphis illatarum summã ad sexagintaquinq; talentûm millia fuisse ferũt, & coronas ex auro fuisse addit duo millia & octingenta & duas & uiginti, quæ pondo amplius uiginti millia penderẽt: ex quibus exercitui promissa præmia cũ fœnore propemodũ exoluit. χρήματα δ' ἐν τοῖς θριάμβοις φησὶ παρενεχθῆναι μυριάδας ἓξ καὶ ἥμισυ ταλάντων, καὶ στεφάνους δύο καὶ εἴκοσι, καὶ δισχιλίους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις ἀπὸ χρυσοῦ, ἕλκοντας ἐς δὶς μυρίας καὶ δέκα καὶ τέσσαρας καὶ τετρακοσίας λίτρας, ἀφ' ὧν εὐθὺς ἐπὶ τῷ θριάμβῳ διένει-

με τὰ ὑπερχιλία παυθ' ὑπερβάλλων. Summa talentorũ æstimatione nostra undequadragies millies mille aureos nostros ualet. Viginti millia pondo auri, ut minimum uicies centena millia superiori addidit summæ, ut sint semel & quadragies millies mille aureorũ coronatorũ, hoc est quadringẽties decies centena millia: cuius summæ bonam partem Cæsar ex Gallorum spolijs coẽgit: præter ea quæ impendit in emerẽdo fauore plebis & potentiũ Romæ, ut Pauli & Curionis, & aliorũ, ut suprà dictum est. Omnia enim illa ante bellum ciuile contigerant: sed triumphi ducti sunt post bella ciuilia confecta. Antonius autem Triumuir post mortem Cæsaris bellum Philippense pariter cum Cæsare qui postea Augustus dictus est, gessit in Cæsaris interfectores: quo cõfecto morte Cassij & Bruti, cum Cæsar Octauius Romã redijsset, ipse Antonius in Græciam se contulit, ut illic de donatiuo statueret quod militi antea polliciti fuerãt: quodq; (ut Plutarch. inquit) quinũm millium drachmarum in singula capita fuerat, ut antè Cæsaris, id est uicenũm millium nummũm ὑπερχιλίοι γὰρ ἑκάστῳ στρατιώτῃ δραχμὰς πεντακισχιλίας, ἐδίδοσαν σωτηρίας χρημάτισμὸν ἢ δασμολογίας. Quantus autem fuerit exercitus eius, ex eodẽ auctore alio loco nouimus: qui de altero dissidio Cæsaris & Antonij loquens, & de bello Mutinensi, quo tempore Antonius Lepidi castra ingressus esse dicitur, Munatiamq; sibi adiunxisse, οὕτω γὰρ μέγας ἀρθεὶς ἀὐδυς ὑπορρέβαλε τὰς ἄλπεις, ἐς τὴν ἰταλίαν ἄγων ἑπτακαίδεκα τέλη στρατοῦ σὺν ἀμφοδῳ, καὶ μυρίοις ἵπποις. His rebus (inquit ille) elatus Antonius, castra Lepidi ingressus, quadã ex cõpotoribus suis cũ sex legionibus in præsidio Galliæ relicto, ipse in Italiã rediit, decem millia equitũ & decẽ & septẽ legiones peditũ secum

Donatiuũ Antonĩ.

cum agens: quo tempore Cicero à Cæsare destitutus est ob id quòd libertati nimiũ tribuere uideretur, Cæsarq; cum Antonio iterũ in gratiã rediit. Vt autẽ omnia extenuare potius quàm augere uideamur: ponamus equitũ peditũq; octoginta millia capitum fuisse (plenæ enim rarò legiones erant) equites etiã & Centuriones in ordinẽ rediga-mus, ut in singula militũ capita simplex donatiũ procedat, id est quingenti aurei: ad eam largitionẽ quadringenties centena millia aureorũ nostrorum constituenda sunt æstimatione iam dicta, ut promptum est colligere. Quod an credibile sit, ex ijs quæ infrà dicentur, apparebit. Fuerat etiã memorabile donatiũ Cassij & Bruti, quod Cassius in cõcione pronũciauit. nã cũ octoginta millia legionariorũ essent in eius exercitu sine equitibus, ipse in singulos milites millenas & quingenas drachmas Italicas se cõfestim repræsẽtaturũ dixit ijs qui ad præliũ, quod instabat, alacri animo ituri essent, et cẽturioni quincuplex donatiũ, & tribuno pro portione. ἢ νῦν ἴσοι ἐσμὲν τὸ ἔργον ἄλλῳ σωσόλῳ τ' ἢ μὴ λόγῳ ἕνεκα, ἀδιδώσομεν ἑυδυς ἀπὸ τῆς ἢ τ' βήματος, στρατιώτῃ μὲν χιλίας μὴ πενταχοσίας δραχμὰς ἰταλικὰς, χιλιάρχῃ δὲ τὸ ἀνάλογον. et paulopost, Collaudãtes autẽ milites Brutũ & Cassiũ, cũ se omnia eorũ causa, ut par erat, facturos polliciti essent, illi confestim quod pronũciarãt, præsenti pecunia persoluerũt, & alia insuper alijs atq; alijs nominib. erogauerũt. Hac ratione in octoginta millia hominũ, qui undeuiginti legiones nõ planè integras, ut ipse inquit, cõficiebãt, cẽties & uicies cẽtena millia aureorũ Frãciæ elargiti sunt, absq; eo qd' Cẽturionib. quod Tribunis, qd' equitib. datũ est, qui amplius decẽ millia fuerunt, Celtæ, Lusitani, Parthi, & aliarũ gentiũ. Eodẽ autem tẽpore Antonius cũ Ephesũ in Asiã ex Græ-

cia uenisset, & eò reges reginæq; orientis ad eum salutandum confluerent, sese suaq; ultro illi offerentes (ut auctor est Plutarchus) diu illic per luxum inusitatum debacchatus, cũ de primoribus uiris pro arbitrio suo statuisset, præ dictarum rerum impendijs exhaustus, altera tandem uectigalia Asiaticis populis imperare instituit. Ibi Hybreas quidam orator nobilis, qui causam gentium Asiaticarum agendam receperat, huiusmodi oratione usus esse dicitur, memorabili certè, ac nostris quibusdã hominibus etiã atque etiam animaduertenda, si ipsis ab aulicis apparituris feriari paulisper uacaret, & animũ aduertere huiuscemodi acroamatis. Sed quãdò id fieri nõ potest, proximum est ut optemus per ora id hominum ferri tãdiu quoadusq; ad principes permanarit. Verùm ille orator, Si potes (inquit) o Antoni alterum uectigal eodem anno exigere: illud etiam posse te æquum est, binas ut eodem anno æstates, binosq; etiam autumnos habeamus. Ducenta tibi talẽtũm millia Asia iã pependit: hæc si tu nõ accepisti, exige ab ijs qui acceperunt. sin cũ acceperis, iam non habes, quid nunc causæ est quin ipsi pereamus? ταῦτα εἶπεν, εἰ μὴ ὃν εἵλκυσας, ἀπαίτει παρὰ τῶν λαβόντων, ἀπὸ δὲ λαβὼν ὃν ἔχεις, ἀπολώλαμεν. Hoc sermone magnopere flexit Antonii Hybreas, ut quẽ plurima latuissent eorum quæ fiebãt: & erat nõ tam remisso animo quã simplici, ideoq; omnia credens ijs quos circa se esse uoluerat. Inerat enim moribus hominis simplicitas, nec cito ad secus admissa animum aduertebat: uerùm ubi res perperã actas senserat, illico pœnitẽtia subibat eius animũ, culpamq; ingenuè etiã ad eos ipsos agnoscebat, ad quos res acta iniuriaq; pertinebat. Hic locus, ut alia pleraq; eius auctoris, mendose latinus factus est. Digna uerò omnino historia quæ in regiæ conspicuo

Hybreas orator.

Memorabile dictum.

spicuo loco sesquipedalibus literis proscriberetur, uel in æs incideretur potius, ut & principes nostri meminissent quid sui sit officij, & qui rei argentariæ apud nos summã tenent, innocentius & cautius obirent sua munera in posterũ. Hic est ille M. Antonius qui Cleopatræ ultimæ Aegypti reginæ, Phœniciam, Syriã, Cyprum, & Ciliciæ bonam partem, Iudæam balsamiferam & Nabathæorũ Arabiam in stupri mercedem dedit: qui Antigonũ Regem securi percussit: qui expeditionem in Parthos cum centum millibus peditũ equitumq; suscepit: cui denique nobilis illa cœna portentosi luxus condicta est à Cleopatra, in qua cẽties sestertiũ, id est ducenta & quinquaginta millia aureorum uno ferculo secundæ mensæ consumpta sunt. De hac re Athenæus in quarto Dipnosophistarũ ita propemodũ inquit, uerbis ex Rhodio Socrate transcriptis, qui bellum ciuile Cæsaris & Antonij scripsit: Quum autem Cleopatra obuiã processisset Antonio in Ciliciam, ibi conuiuium regium opiparumq; instruxit, in quo aulicum omne instrumentum aureum erat, gemmis etiam consertum singulari uascularioru opificio. Erãt etiam parietes purpureis aureisq; peripetasmatis obtenti. Duodecim igitur ad hũc modum triclinijs constratis & instructis, Antonium ad conuiuium illud Cleopatra, quosdamq; primorum uocauit, quos ei uisum fuit. Ibi Antonio apparatus magnificentiam cum stupore admirante, renidens Cleopatra, omnia se illi dono dare respondit: & subinde in diem posterum cœnam ei condixit: ad quam ille postridie cum uenisset comitatus amicis & proceribus, eo splendore Cleopatra atque ea opulentia conuiuium instruxit, ut hesternus apparatus despicabilis præ eo uideretur, ac nihilo secius peracto conuiuio omnia idẽtidem donauit: uisenda sa-

Mirabilis cœna.

Cleopatræ luxus in conuiuio.

nè munificentia, cũ unicuiq; conuiuarũ permitteretur toralia, & lectũ in quo accubuisset, & uasa aurea præterea auferre, ita ut cuiq; lectisternio cesserãt. His peractis sub digreßũ Antonij comites prout dignitate aliqua præcellebãt, ita partim lecticas gestatorias cũ seruis lecticarijs, partim equos instratos argẽteis ephippijs referebãt. queis omnibus regina eo amplius face prælucẽtes asseclas digre diẽtibus repræsentauit, καὶ εἰς ἄυριον παρεκάλει συνδειπνῆσαι, πάλιν ἥκοντα μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων, ὅτε καὶ πολλῷ κρεῖττον διακοσμήσασα τὸ συμπόσιον, ἐποίησε φανῆναι τὰ πρῶτα μικρὰ, καὶ πάλιν καὶ ταῦτα ἐδωρήσατο. τῶν δ' ἡγεμόνων ἐφ' ᾗ ἕκαστος κατέκειτο κλίνῃ, καὶ τὰ κυλίκια καθὼς ταῖς στρώμναις ἐμεμέριστο, ἑκάστῳ φέρειν ἐπέτρεψε, καὶ κατὰ τὴν ἄφοδον, τοῖς μὲν ἐν ἀξιώμασι φορεῖα σὺν τοῖς κομίζουσι, τοῖς πλείοσι δὲ καταργύροις σκευαῖς κεκοσμημένους ἵππους. πάσι δὲ λαμπτηροφόρους παῖδας αἰθίοπας παρέστησε. Mirabitur forsan quispiã quonã modo ducẽta millia talẽtûm uno anno Antonius ex Asia auferre potuerit. Asiã hic intelligere oportet oriẽtale Populi Ro. imperiũ: quod quãtum fuerit, ex partitione illa Triumuirali intelligere licet, quæ mihi instar fuisse uidetur Homericæ regnorũ diuisionis inter Iouẽ Neptunũ & Plutonẽ. In ea partitione omnis ad orientẽ tractus Antonio, ad Hesperiã Cæsari, hoc est Octauio cõcessus. Vtriusq; autẽ imperij confiniũ, Ionium mare factum. Lepido Africa ceßit. Ita ditio nostra omniũ citra mare longè hodie clarißima, portiũcula prope dixerim fuit nõ dico Romani imperij, sed tertiæ partis eius. Postea autẽ sublato Lepido, cum Triumuiratus ad Duumuiratum redijsset, quantæ fuerint Romani imperij uires, æstimare datur ex utriusq; copijs. siquidẽ in Actiaco bello Antonius peditũ

Triumuiralis partitio.

centum

centum millia, equitũ duo & uiginti, & naues bellicas nõ pauciores quingentis habuit, & sex Reges in comitatu suo: Cæsar autẽ naues bello aptas ducentas & quinquaginta, peditũ octoginta millia, & equitum parem Antonio numerum. quo tempore, ut diximus, Lepido de medio sublato, Antonius ab Euphrate & Armenia ad Ioniũ mare & Illyricũ: Cæsar ab Illyrico ad Hesperiũ oceanum, & ab oceano ad Tyrrhenum Siculumq; mare: Libyæ uerò quantũ Italiæ Galliæq; & Hispaniæ obiectum est ad Herculeas colũnas, obtinebat: Antonius uerò à Cyrene ad Aethiopiã. Appianus autẽ lib. v. bel. ciuiliũ Marcũ Antoniũ inducit Ephesi ad Græcas Asiaticasq; gẽtes orationẽ habentẽ, dicẽtemq; sibi duodetriginta legiones esse, quæ cum auxiliaribus cẽtum & septuaginta peditũ millia implerẽt, equitibus nõ adnumeratis: quas legiones reliquias esse dictitabat triũ & quadraginta legionũ quas Mutinæ habuisset cũ Cæsare & Lepido communes. τέλη δὲ ἐστὶν ἡμῖν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ὁπλιτῶν, ἃ μετὰ τῶν συντασσομένων εἰσὶν μυριάδες ἀνδρῶν ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα, καὶ τούτων ἄνευθεν ἱππεῖς, καὶ ἕτερος ὅμιλος ἑτέρου στρατοῦ. Itaq; cum præmia ijs reddere opus esset, et oriẽtales populi ita de eo & Cæsare meriti eßẽt, ut digni maxima mulctauiderẽtur ob pecunias Caßio et Bruto Cæsaris intersectoribus collatas, se mulctæ eis nomine decẽ annorũ tributa imperare cõtinuò persoluẽda, quãdoquidẽ tot annorũ ipsi tributa Bruto & Caßio biẽnio proximo pensitaßẽt. ad extremũq; Græcos & Asiaticos multis lachrymis impetrasse, ut nouẽ annorũ tributũ biẽnio psoluerent, καὶ τέλος παρακαλοῦντες ἔτυχον ἐννέα ἐτῶν φόρους εἰσενεγκεῖν ἔτεσι δύο. βασιλεῦσι δὲ καὶ δυνάσταις καὶ πόλεσιν ἐλευθέραις ἀλλὰ ἐς τὴν ἑκάστων δύναμιν ἐπετάχθη. Cũ interim & regibus & potẽ-

Actiacus exercitus.

 tatibus

tatibus & liberis ciuitatibus aliæ insuper collationes imperarentur. Sic enim uerti debuit. Quod autem tributa decem annorum Asiatici populi Caßio pependissent, ipse Appianus his uerbis refert lib. IIII. bellorũ ciuiliũ de expugnatione Rhodi loquens, ὁ δὲ κάσσιος ἡδόμενος τῇ ταχυδρομίᾳ τῆς ῥόδου ἁλώσεως καὶ τῷ πλήθει τῶν χρημάτων ἐπέταττεν ὅμως καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι τῆς ἀσίας ἅπασι φόρους ἐτῶν δέκα συμφέρειν. καὶ οἱ μὲν ἐπράσσοντο συντόνως. Ducẽta igitur millia talentûm quæ Plutarchus exacta esse ab Antonio dixit, ex ea collatione fuerũt quæ uno & altero anno in nouem annos indicta est. Hæc summa nomismate nostro centies & uicies millies mille aureos ualet. Græcè duodecies millenas myriadas dicerem: uel centies & uicies centenas myriadas aureorum. Hac summa maiorem nullam (ut arbitror) dicturi sumus uno tempore congestam, nisi maiores summæ in ærario fuisse uidẽtur, ut apparet ex ijs quæ li. superiore adnotata sunt. Plin. lib. XXXIII. Messala orator prodidit Antoniũ Triũuirum aureis usum uasis in omnibus obscœnis desiderijs, pudendo etiã crimine Cleopatræ. Et paulo inferius, Antonius in contumeliam naturæ, uilitatem auro fecit, opus proscriptione dignum. Idẽ auctor est luxum tum primùm Romanũ populum inuasisse, quum Asia deuicta est. Asia (inquit) primùm deuicta luxuriã misit in Italiam. Siquidem L. Scipio transtulit in triumpho argenti pondo millia quadringenta quinquaginta, & uasorum aureorum pondo centum millia. Anno urbis conditæ quingentesimo sexagesimoquinto eadem Asia domita multo etiã grauius afflixit mores, inutiliorq; uictoria illa hæreditas Attalo Rege mortuo fuit. Tum enim hæc emendi Romæ in auctionibus regijs uerecundia exempta est, urbis anno

Asia demum uicta, luxuria Romam inuisit, magis etiã donata.

DCXXVI,

DCXXVI, medijs LVII annis erudita ciuitate amare etiam & non solum admirari opulentiam externam. Immenso & Achaicæ uictoriæ momẽto ad impellendos mores, quæ & ipsa hoc interuallo anno urbis DCVIII Parthica signa & tabulas pictas inuexit, nequid deesset: pariterq; luxuria nata est, & Carthago sublata, ita cõgruẽtibus fatis, ut liberet amplecti uitia, & liceret peccare ex dignatione. In quibusdã impreßis libris legitur, & uasorum aureorum pondo ducenta millia, duplicato auri numero. In antiquis omnibus, pondo mille quingenta. adeò fluxa fides est exemplarium in numeris tradendis. Apud Liuiũ non millia sed mille utrobiq; legitur: quod luculentam facit discrepantiã. In quibusdam antiquis mille legitur, in alijs per notas scriptũ est, ut ad mille & millia ambiguum sit. Sic autẽ inquit Liuius lib. VII. de bel. Maced. Tulit in triũpho uasorũ argenteorũ (omnia cælata erãt) mille pondo, & CCCCXXIIII aureorum mille põdo, & XXIIII. Præter hæc etiã duo uerba in supradicto loco corrupta esse intelligo ex obseruatione uetustæ lectionis. Neq; enim Asia domita lego, sed donata. Scimus enim Attalum Regem Asiæ, populum Romanum hæredẽ instituisse, auctore Trogo lib. XXXVI. Deuictam igitur Asiam Plinius prius dixit luxuriã misisse in Italiã, quod fuit Antiochi tempore: postea etiam donatam, quod fuit Attalo Rege hæreditatem populo Romano relinquente. Parthica autem signa corruptum esse satis scio: sed quomodo restituendum sit, affirmare non ausim. Dicerem Corinthiaca, nisi in uetusto parta legissem, ut uictoriam partam intelligamus, id est, ut parta uictoria signa & statuas & tabulas inuexerit Romam ex Achaïa. Neque uerò ex Asiaticis tantum tributis Antonius infinitã uim

Locus Plinij emendatus.

auri argentiq; collegit & prodegit, sed etiam ex hæreditate Cæsaris pecuniã auertisse traditur. Plutarchus enim auctor est, interfecto statim Cæsare Calpurniam Cæsaris uxorẽ quatuor millia talentûm ad Antoniũ transportanda curasse. Maximam tamen pecuniã Cæsarẽ reliquisse, ex secũda Antoniana intelligimus: quo in loco Cicero ita inquit, Vbi est septies millies sestertium, quod in tabulis quæ sunt ad Opis, petebatur? funestæ quidem illius pecuniæ: sed tamen, si ijs quorũ erat, nõ redderetur, quæ nos à tributis posset uindicare. Tu autẽ sestertium quadringẽties quod Idibus Martijs debuisti, quo'nam modo ante Calendas Aprilis debere desijsti? Et rursus Philipp. v. Illa uerò dißipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis donationibus perscriptionibusq; uertit: ut portẽto simile uideatur, tantam pecuniam populi Romani tam breui tẽpore perire potuisse. Perscribere Cicero uocat quod lingua nostra registrare appellat. Vertit autẽ pro auertit, puto esse mendosum. Appianus de hoc loquẽs, Octauiũ ita ad Antoniũ loquentem inducit, cum primùm Apollonia Romã redijt audita morte Cæsaris. ὅσα δὴ τῶν καίσαρος εὐθέως ἠδὶ τῶν φόνῳ πρὸς σε μετενήνεκται, ὡς ἐπ' ἀσφαλὲς ἐξ ἠδικινδύνου τότε οἰκίας: τὰ μὲν κειμήλια αὐτῶν καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα κόσμον ἔχειν ἀξιῶ σε, καὶ ὅσα ἂν ἐθέλῃς ἄλλα, παρ' ἡμῶν ἠδιλαβεῖν. ἐς δὲ τὴν διανομὴν ἀποδοῦναί μοι τὸ χρυσίον τὸ ἐπίσημον ὃ συνηθροίκει μὲν ἐς τοὺς πολεμίους ἐκείνους οὓς ἐπενόει, ἀρκέσει δὲ νῦν μοι ἐς τριάκοντα μυριάδας ἀνδρῶν μερίζομενον. Proinde quæ à cæde statim Cæsaris trãsportata sunt tanquã in locum tutum è domo tũc periculo exposita, ex ijs tute ea habeto tibi, quæ in sanctiore thesauro censebantur, cũ omni alio mundo, ornamentoq;

Cæsaris mortui pecunia.

Perscribere.

mentoq;. hæc enim ego tibi auctor sum ut retineas, & si quid ijs amplius à nobis tibi opus esse existimaris. cæterùm ad congiariũ erogandũ & persoluẽdũ uelim ut aurum illud signatũ reddas, quod Cæsar ad bellorũ usum cõparauerat, quæ gerẽda sibi cõstituerat. satis autem mihi nunc erit is pecuniæ modus, quæ ad trecẽta millia uiritim diuisa suffectura sit. Trãquillus autẽ auctor est Cæsarem ipsum dictatorẽ populo uiritim trecenos sestertios legasse: pro quibus Plutarch. in Anto. & Appianus ipse quinas & septuagenas drachmas dicũt: quod idẽ est, & par ad nummũ summa. Plin. lib. XXXIII. Cæsar primo introitu urbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorũ XXVI millia, & numero põdo trecẽta: nec fuit alijs temporibus Resp. locupletior. Sic & in impreßis codicibus & in duobus antiquis legi, ut antea dictũ est. In uno autẽ uenerandæ antiquitatis qui in rebus meis erat, ita legitur, Laterũ aureorũ XV, argẽteorũ XXXV, & in numero H-S CCCC. quod ego interpretor sestertium quadringenties. Locũ autẽ mutilatũ esse in uulgatis exẽplaribus, ex illo uetusto cõijcio, & ex Orosio historico, qui lib. VI. sic inquit, Cæsar Romã uenit, negatamq; sibi ex ærario pecuniã fractis foribus inuasit, protulitq; ex eo auri põdo IIII MCXXXV, argẽti põdo prope DCCCC. Numeros tamẽ Orosij corruptos esse facilè ex Plinio cõijcimus: & alioqn quis credat Cæsarẽ ad bellũ ciuile cõtra Senatũ eũtẽ, locupletißimũ ærariũ primoribus (ut inquit Plaut.) digitis delibasse? Vsq; adeo numeri p oĩa in omnibus auctorib. mẽdosi sunt antiqtatis culpa, quæ notarũ cõpẽdijs nimiũ gauisa est. Verũ opulẽtißimũ illud seculũ, augusti principatus excepit, sub quo principe latißime patuisse Ro. imp. demõstrabimus, et priuatim publiceq; locupletiß

Imperium Augusti.

pletißimum fuisse, licet postea Germaniæ populi multi alijq; ad Arcton uergentes accesserint, à quibus principes Romani cognomina sumpserunt. Strabo enim Græcus auctor, qui Romæ diu uersatus est Augusti Tyberijq; tẽporibus, libro XVII. circa finẽ ita inquit: ἐπεὶ δ' οἱ ῥωμαῖοι τὴν ἀρίστην τῆς οἰκουμένης καὶ γνωριμωτάτην κατέχουσιν, ἅπαντας ὑπερβεβλημένοι τοὺς πρότερον ἡγεμόνας ὧν μνήμην ἴσμεν, ἄξιον καὶ διὰ βραχέων τὰ τούτων εἰπεῖν. Quoniam uerò Romani terræ habitabilis optimã quãq; regionẽ ac celeberrimã obtinent, omnes ante se populis imperitantes supergreßi, duntaxat quorũ memoriã norimus, dignũ esse duxi ut de eorũ statu breuibus disseramus, Et post paulum, τὴν μὲν οὖν εὐρώπην σχωδόν τι πᾶσαν ἔχουσιν, πλὴν τῆς ἔξω τοῦ ἴστρου, καὶ τῶν μεταξὺ τοῦ ῥήνου καὶ τοῦ ταναΐδος παρωκεανιτῶν. τῆς δὲ λιβύης ἡ καθ' ἡμᾶς παραλία πᾶσα ὑποχειρία ἐστὶ. ἡ δὲ ἄλλη ἀοίκητός ἐστιν, ἢ λυπηρῶς καὶ νομάδικῶς οἰκεῖται. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ἀσίας ἡ καθ' ἡμᾶς παραλία πᾶσα ὑποχείριός ἐστιν, Europam igitur ferme omnem tenent, præter eam eius partem quæ ultra Danubiũ protenditur, & eas gentes littorales quæ inter Rhenũ & Tanaim ad oceanũ uergunt. Africæ autem ora quæ nobis obuersa est, omnino eis paret. reliqua autem Africæ uel ægrè habitantur, uel Nomadum more incoluntur. Similiter & Asiæ omnis ora quæ in nos uergit, ab eis imperia accipit: nisi siquis Achæorũ & Zygorum & Eniochorũ rationẽ habendã putat, aut eorũ regiones in numero aliquo habendas cẽset, qui & latrocinia exercẽt, & Nomadũ uitã degũt. At uerò mediterranea & interiora partim Romani obtinent, partim Parthi, & qui supra eos sunt Barbari septentrionẽ & orientem uersus, ut Indi, Bactrij & Scythæ, inde Arabes & Aethiop

Aethiopes, à quibus Romani semper sensim aliquid adimunt, ditioni suæ adiungentes, προσίθενται δὲ ἀεί τι παρ' ἐκείνων αὐτοῖς. His uerbis apparet quàm latè patuerit imperiũ Romanũ sub Augusto. Ex sequẽtibus autẽ qualis fuerit status eius, et cuiusmodi imperitãdi ratio, ταύτης δὲ τῆς συμπάσης χώρας τῆς ὑπὸ ῥωμαίων, ἡ μὲν βασιλεύεται. ἣν δὲ ἔχουσιν αὐτοὶ καλέσαντες ἐπαρχίαν, καὶ πέμπουσιν ἡγεμόνας καὶ φορολόγους. εἰσὶ δέ τινες καὶ ἐλευθέραι πόλεις, αἱ μὲν ἐξ ἀρχῆς κατὰ φιλίαν προσελθοῦσαι, τὰς δὲ ἠλευθέρωσαν αὐτοὶ κατὰ τιμὴν. εἰσὶ δὲ καὶ δυνάσται τινὲς καὶ φύλαρχοι καὶ ἱερεῖς ὑπ' αὐτοῖς, οὗτοι μέντοι ζῶσι κατά τινας πατρίους νόμους. Vniuersæ autem (inquit) huius regionis quæ Romanis paret, partim à Regibus tenetur, partim Romani ipsi tenent, & prouincias appellant, in quas & Præsides & Quæstores mittunt qui tributa exigãt: in queis tamẽ liberæ quædam sunt ciuitates, quarũ nonnullæ in Romanorũ amicitiã ea lege uenerũt: nõnullis & ipsi postea honorẽ habẽtes, libertate eas donauere. Sunt & Dynastæ quidã sub eis, id est, potẽtatus nomine dominantes, & Phylarchi, id est, gentium principes, & sacerdotia obtinentes, hi quidem ipsi legibus quibusdam suis uiuentes. αἱ δ' ἐπαρχίαι διήρηνται μὲν ἄλλοτε ἄλλως, ἐν δὲ τῷ παρῶντι ὡς καῖσαρ ὁ σεβαστὸς διέταξεν. ἐπειδὴ δὲ ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτοῦ τὴν προστασίαν τῆς ἡγεμονίας, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου, δίχα διεῖλε πᾶσαν τὴν χώραν. καὶ τὴν μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτοῦ, τὴν δὲ τῷ δήμῳ. Prouinciæ uerò aliâs aliter, nec semper ijsdẽ finibus diuisæ sunt. Nũc autẽ eam diuisionis rationẽ tenẽt, quam Cæsar Augustus arbitratus est. Siquidẽ postquam ei à patria imperij summa, & pacis belliq; arbitriũ perpetuũ delata sunt, in duas parteis uniuersam

Potestas a populo in Augustum trãslata, imperiumque perpetuum delatum.

uersam ditionẽ partitus est, quarũ unã sibi, alteram populo attribuit. Et sibi quidẽ quæcũq; militari præsidio egẽt, retinuit, ut regiones barbaras, & gẽtibus nondũ subactis finitimas: populo autẽ eã partẽ cõceßit, quæ paci acquiescẽs, facilè sine præsidio in officio cõtinetur. Rursus utrãque partẽ in prouincias cõplureis distribuit, quarũ alteræ populi dicuntur. Et paulo inferius enumeratis populi prouincijs, in quas populus Consules uel Prætores mittebat, ita subdit, τὰς δ' ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει καῖσαρ, ὧν ἐς μὲν τὰς τέμπει τοὺς ἀδυνατωτέρους στρατηγικούς, ἐς ἃς δὲ καὶ ὑπατικοὺς ἄνδρας, ἐς ἃς δὲ χρατηγικούς, ἐς ἃς δὲ καὶ ἱππικούς καὶ βασιλεῖς δὲ καὶ δυνάμεις καὶ ἀρχὰς ἄλλας μοίρᾳ τινὶ καὶ ἐσιν καὶ ὑπῆρξαν ἀεί. Alias autẽ prouincias Cæsar obtinet, ad quas regendas partim Cõsulares, partim Prætorios mittit, in quasdã etiã Equestris ordinis uiros. Huius portionis Reges & potẽtatus & decarchiæ, id est, decẽprimatus seu decẽuiratus & sunt nũc, & semper aliâs fuerũt. Ex iam dictis fõrma imperij Romani, & ueluti incunabula principatus monarchiæ incuntis habẽtur, quæ mihi magnopere pertinere uisa sunt ad intelligendã rationem Romani principatus. Nullus enim auctor (quod meminerim) tam apertè hæc tradidit: meliusq; ex ijs Trãquilli locus in eodẽ Augusto intelligetur: Prouincias ualidiores, & quas annuis magistratuum imperijs regi nec facilè nec tutum erat, ipse suscepit: cæteras Procõsulibus sortitò permisit, & tamẽ nõnullas cõmutauit interdũ, atq; ex utroq; genere plerasq; sæpius adijt. Vrbiũ quasdã fœderatas, sed ad exitũ licentia præcipites, libertate priuauit: alias aut ære alieno laborantes leuauit, aut terræ motu subuersas denuo cõdidit, aut meritis erga Rẽp. allegãtes, latinitate uel ciuitate donauit. Et paulò pòst, Regna quibus belli iure

Prouinciæ Cæsaris & populi.

De ratione Romani imperij, Augusti gesta.

iure potitus est, præter pauca, aut ijsdem quibus ademerat reddidit, aut alienigenis cõtribuit. Reges socios etiã inter semetipsos necessitudinibus iunxit mutuis: prõptissimus affinitatis cuiusq; atq; amicitiæ conciliator & fautor: nec aliter uniuersos quàm mẽbra partesq; imperij curæ habuit. Rectorẽ quoq; solitus apponere ætate paruis, aut mente lapsis, donec adolescerẽt, aut resipiscerent: ac plurimorũ liberos & educauit simul cũ suis, & instituit. Hactenus Trãquillus. Hic idẽ Augustus Aegyptum post Antoniũ uictũ, & Cleopatram captam, in prouinciæ fõrmã redegit, ut auctor est Strabo: cuius etiã arma Petronio duce in Aethiopiã penetrauerũt. Plin. lib. VII. de Aethiopia loquẽs, Intrauere autẽ & eò arma Romana diui Augusti tẽporibus duce P. Petronio, & ipso Equestris ordinis præfecto Aegyptijs, oppida eorum expugnauit quæ sola inuenerat, quo diximus ordine. Sic enim legẽdũ est, quanquã in omnibus exẽplaribus legatur nõ Aegyptijs sed Aegyptus Aethiopiã expugnauit, nõ Petronius Aegyptijs præfectus. nota est historia ex Strabone. Aelius etiã Gallus in Arabiã felicẽ Augusto iubẽte expeditionẽ sumpsit, & multa ibi oppida expugnauit, quã tamẽ nõ subegit, deceptus à Syleo duce quodã Nabatæorũ primario uiro, qui diuturna ludificatione Gallũ per deserta frustratus est, exercitu interim penè cõsumpto: ob q̃ causam postea Syleus ab Augu. securi percussus est, ut auctor est Strab. li. XVI. Nabatæi tamẽ & Sabæi felicis Arabiæ incolæ Ro. tũ parebãt, ut idẽ auctor est, his uerbis, τοῦτοι δὲ ὑπὲρ ἃ συρίας ναβαταῖοι μὲν σαβαῖοι δὲ ὁμοίως ἀρχὰς ἴδιας νέμονται, καὶ πολλάκις καὶ τοῦ χορτάσματος πρὶν ἢ ῥωμαίων γενέσθαι κύριοι κἀκεῖνοι ῥωμαίοις ἐσὶν ὑπήκοοι. Metropolis autẽ Nabatæorũ urbs est Petra à situ loci dicta. Domuit idem Augusti

Augustus partim ductu, partim auspicijs suis Cantabriã, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiã cum Illyrico omni. Item Rhetiam & Vindelicos ac Salassos gẽtes Alpinas coërcuit, & Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis: Germanosq́; ultra Albin fluuium summouit: ex quibus Sueuos Sicambrosq́; dedẽtes se traduxit in Galliã, atq; in proximis Rheno agris collocauit: nec ulli genti sine iustis & necessarijs causis bellũ intulit. Virtutis autẽ moderationisq́; fama Indos etiã ac Scythas auditu modò cognitos pellexit ad amicitiam eius populiq́; Ro. ultro per Legatos petendam. Parthi quoq; Armeniam uendicãti facilè cesserũt, & signa militaria quæ M. Crasso ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesq́; insuper obtulerunt: in cuius rei memoriam signatus est ille nummus cuius suprà mẽtio facta est. Deniq; pluribus quondam de regno concertantibus, nõ nisi ab ipso electũ cõprobauerunt, Auctor Traquillus. Strabo autẽ de Syria loquẽs in XVI. Parthi (inquit) primùm quidem amicitiam Romanorũ exoptantes, Crassum eos ultro lacessentem bello, ulti sunt. Nec minorẽ & ipsi cladem retulerunt, cũ idem ausi essent Pacoro in Asiam cum exercitu misso. Antonius autẽ hortatore Armenio usus, proditus, infeliciter rẽ geßit. Pacori autẽ successor Phraates usque adeo Cæsaris Augusti amicitiæ cupidus fuit, ut trophæa ei remitteret quæ de Crasso Parthi pridẽ statuerant, & euocato ad colloquium Titio tunc Syriæ præfecto, quatuor ei legitimos liberos obsides daret, ὁ δ' ἐκεῖνον διαδεξάμενος φραάτης, τοσοῦτον ἐσπούδασε περὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς καίσαρα τὸν σεβαστὸν, ὥστε καὶ τὰ τρόπαια ἔπεμψεν ἃ κατὰ τῶν ῥωμαίων ἀνέστησαν παρθυαίοι, καὶ καλέσας εἰς σύλλογον τίτιον τὸν ἠθιστατοῦντα τῆς συρίας, δ

Parthi.

παῖδας

παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὁμήρους αὐτῷ. Post Actiacam autẽ uictoriã quantũ opes Romanæ creuerint, ex Tranquilli uerbis intelligere licet. Inuecta (inquit) ille Vrbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantã copiã rei nummariæ effecit, ut fœnore diminuto plurimũ agrorũ pretijs accesserit. Senatorũ censum ampliauit, ac pro octingentorum millium summa duodecies sestertium taxauit, suppleuitq́; non habẽtibus. Congiaria populo frequenter dedit, sed diuersæ ferè summæ, modò quadragenos, modò tricenos, nonnunquã ducenos quinquagenosq́; nummos: ac ne minores quidẽ pueros præterijt, quãuis non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consueuissent. Frumentũ quoq; in annonæ difficultatibus sæpe leuißimo, interdum nullo pretio uiritim admensus est. Hic si reputare uelim quanti congiariũ unũ ducenorum nummorũ constiterit illi principi, uereor ne fidẽ detrahã historiæ. Legitur autem apud Eusebiũ in Chronicis, post triumphum Actiacũ Romæ censu acto inuenta esse Romanorũ ciuium quadragies semel centena & sexaginta millia. Domino autẽ nostro iam nato & adolescente, Augustum cũ Tyberio quẽ sibi in filium adoptauerat, censum Romæ egisse, & inuenisse capitum Romanorum ter & nonagies centena & septuaginta millia. Fac igitur (ut omnia intra fidem statuam) uicies centena millia ciuiũ fuisse ad congiariũ nomina dantiũ, quod ipsum ducenûm tantum nummûm fuerit, id est, quinquaginta denariorum, seu selibræ Romanæ: oportuit decies cẽtena millia pondo argenti congiarium constitisse, quod nos centies centenis millibus æstimare solemus. quòd si ducenûm qninquagenûm nummûm congiariũ statuamus, uiciesquinquies cẽtena millia aureorũ ad summã illã accedent. Perge porrò, & fac quadragies

Congiaria Augusti.

Christo nato, census Romanorum capitũ.

centena millia ciuiũ fuisse, & ducẽties quinquagies centenis millibus id congiariũ necessariò æstimabis. Dubium tamẽ esse potest utrũ congiariũ Romæ tantũ commorantes acceperint, an omnes ciues Romani qui ad cẽsum nomina dabãt. Orosius lib. VI. Augustum post legiones in Sicilia à Pompeio receptas, XXX millia seruorũ dominis restituisse tradit, & quatuor & quadraginta legiones ad tutelam imperij per prouincias instituisse. Tranquillus de hoc ita scribit, Ex militaribus copijs legiones & auxilia prouinciatim distribuit, classẽ Miseni, & alterã Rauennæ ad tutelã superi & inferi maris collocauit. Et post aliquot uersus, Quicquid autẽ (inquit) ubiq; militum esset, ad certam stipendiorũ præmiorũq; formulam adstrinxit, definitis pro gradu cuiusq; & tẽporibus militiæ, & cõmodis missionũ, ne aut ætate aut inopia post missionẽ solicitari ad res nouas possent: utq; perpetuò ac sine difficultate sumptus ad tuẽdos eos prosequẽdosq; suppeteret, ærariũ militare cũ uectigalibus nouis constituit. Strabo lib. XVI. de Beryto loquẽs quæ est in Syria, αὕτη κατεσπάσθη μὲν ὑπὸ τρύφωνος, ἀνελήφθη δὲ νῦν ὑπὸ ῥωμαίων, δεξαμένη δύο τάγματα, ἃ ἵδρυσεν ἀγρίππας ἐνταῦθα. Hæc euersa à Tryphone, nũc à Romanis restituta est, duas legiones admittẽs, quas in ea Agrippa collocauit. Illa est Berytus colonia, cuius meminit Vlpian. in Pandectis, titulo De cẽsibus, in principio. Apud Strabonem latinũ Barutus ubiq; legitur: credo, quia sic hodie uocitatur. Idẽ lib. XVII. de Aegypto loquens in prouinciam redacta, ἐστὶ δὲ καὶ στρατιωτικοῦ γ τάγματα. ὧν τὸ ἓν κατὰ τὴν πόλιν ἵδρυται. τὰ δ' ἄλλα ἐν τῇ χώρᾳ. χωρὶς δὲ τούτων ἐννέα ἢ εἰσὶ σπεῖραι ῥωμαίων, τρεῖς ἐν τῇ πόλει, τρεῖς ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς αἰθιοπίας ἐν συήνῃ. φρουρὰ τοῖς τό-

XLIIII. legiones sub Augusto.

ποις

ποις, τρεῖς δὲ κατὰ τὴν ἄλλην χώραν, εἰσὶ δὲ καὶ ἱππαρχίαι τρεῖς. Copiarũ autẽ militariũ tres sunt legiones, quarum una in urbe collocata, reliquæ duæ per regionẽ dispositæ, & præter has nouẽ cohortes Romanæ, ternæ in urbe, ternæ in finibus Aethiopiæ ad Syenẽ pro locorũ præsidio: & tres per regionẽ sparsæ: & insuper tres equitum turmæ opportunis locis dispositæ. Libro autẽ quarto in mentione Britãniæ, pacatã illã prouinciã una tantum legione cõtineri in officio dicit, & paruo eqtatu, τοὐλάχιστον μὲν γὰρ ἑνὸς τάγματος χρῄζοι ἂν καὶ ἱππικοῦ τινός. Lib. III. de Hispania loquẽs, Bætica (inquit) plebi attributa est, ad quã Prætor mittitur, qui Legatũ habet & Quæstorẽ, ἔχων πρεσβευτήν τε καὶ ταμίαν. Et pòst aliquanto, ἡ λοιπὴ δὲ, αὕτι δ' ἐστὶν ἡ πλείστη, τῆς ἰβηρίας ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγεμόνι, στρατίαν ἔχοντι ἀξιόλογον τριῶν πουταγμάτων. Reliqua autẽ Iberiæ pars (hæc aũt est plurima) à Cõsulari uiro regitur, memorabilem exercitũ habẽte ad tres circiter legiones. Verũ hæc & alia è Græcis auctoribus citata & græcè plerũq; et latinè in hos ueluti cõmẽtarios recõditioris antiquitatis referẽda esse duxi & perscribẽda. Nã cũ id nõ esse discrepãs generi scriptionis arbitrabar, tum uerò si latina à me facta tantũmodo proferrem, ueritus sum ne rerũ penè incredibiliũ fidem lectoribus parum certam facerem, ut mihi interpretes plurimi nunc faciunt, postquam pœnitere me cœpit multorũ, pudereq; quòd eorum testimonijs inconsulta securitate & pene inerti usus essem: qua etiam & ipsi usi sunt quælibet exemplaria inexploratò sequendo. Sin græca tantũ uerba pro testimonio protulissem, non contemnenda parte rerum enarratarum maximam partem lectorum fraudauissem. Verùm Romanarum legionum in Germania non

Cur Budæus citata e Græcis auctoribus loca latina fecerit.

 medioc

mediocres fuisse copias oportuit, cum Tranquillus dicat Varium cum tribus legionibus & auxilijs in Germania cæsum: unde Variana clades dicta: de qua Plin. in VII. Iuxta hæc & Variana clades, & maiestatis eius fœda suggillatio. Strabo in Cheruscis hoc cõtigisse tradit. Ex supradictis autẽ cõiectura facienda in uniuersam Romani imperij amplitudinem. Huic principi Reges amici & socij populi Ro. singuli in suo quisq; regno Cæsareas urbes cõdiderunt, ut auctor est Trãquillus: & cuncti simul ædẽ Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere communi sumptu destinauerũt, genioq; eius dedicare: ac sæpe regnis relictis, non Romæ modo, sed prouincias peragrãti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni more clientũ præstiterũt. Quo quid posset honorificentius homini contingere, non uideo, à rebus quidẽ humanis. Ad extremũ ipse moriens legauit populo Ro. quadringenties, tribubus tricies quinquies, id est, unicuique tribui centena sestertia (quinque enim & triginta tribus erant Romanæ, ut ex Cicerone nouimus de lege Agraria contra Rullum) Prætorianis militibus singula millia nummûm, cohortibus urbanis quingenos, legionarijs trecenos nũmos: quam summã repræsentari iussit. nã & confiscatam semper repositamq; habuerat. Reliqua legata uariè dedit, produxitq; quædã ad uicies sestertiũ: quibus soluendis annuum diẽ finijt, nec plus peruenturũ ad hæredes suos quàm millies & quingenties professus, quamuis xx. proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorũ percepisset, quod penè omne cum duobus paternis patrimonijs, cæterisq; hæreditatibus in Remp. abstulisset. quorũ uerborũ auctor Trãquillus. Diximus suprà auctoritate Orosij quatuor & quadraginta legionibus Augustum

Variana clades sub Augusto.

Testamentum Augusti.

Legiones Romanæ.

Augustum rem Romanã tueri instituisse, idq; argumentis haud leuibus credendum esse collegimus. Si plenæ igitur legiones fuerunt, id est, denis cohortibus constantes, quarum prima millenaria, reliquæ quingenariæ esse solebant, præter equitum alas: quantũ numerũ hominũ in tot legionibus fuisse dicemus? Nã eas nõ plenas fuisse sub mortem Augusti Christo domino nostro recens è uirgine nato, credibile nõ est, cum omnia penè pacata essent, & in locum demortuorũ succenturiari facilè posset: præsertim sub eo principe, qui rẽ militarẽ seuerissimè rexit, & copiarũ militarium breuiariũ, quod & pyctaciũ dicitur, apud sese habuisse dicitur. Sed fuerint sanè legiones quatuor & quadraginta, non iustæ plenæq;, sed quaternûm tantum millium singulæ, ut legionariorũ peditũ centum & septuaginta sex millia fuerint: ut trecenos nummos singuli acceperint, hæredibus hoc legatũ centũ & triginta duobus millibus pondo argẽti stetit, hoc est tredecies centenis ac uiginti millibus aureorũ. Quibus si nũc addamus prætorianas & urbanas cohortes & equitatum, nescio quàm magna summa accessura sit. Legatũ autem populo & tribubus factũ paulo minus undecies centenis millibus ualet. quod ad hæredes peruenit, tricies septies centenis & quinquaginta millibus æstimari debet. In uaria legata non dubito ingentem summã absumptam. Præter congiaria autẽ quæ suprà retulimus in uita sæpe dedisse (nam frumentationes ternas in anno quaternorũ mensium, ne plebs frumẽtandi causa ab urbe & negotijs auocaretur, ex ærario publico institutas esse existimo) præter largitiones inquam iam dictas etiam opera publica plurima & magnifica extruxit, in quibus priuatas proprias que opes absumpsisse se elogio ultimo testatus est. Ex his præcipua

Opera publica ab Augusto extructa.

cipua sunt forum cum æde Martis ultoris in honorẽ confecti Pharsalici belli ob ultionẽ cædis Cæsarianæ susceptꝰ, quo nomine etiam nummus percussus uisitur. Aedes tonantis Iouis in Capitolio. templum Apollinis ea parte Palatinæ domus excitatũ, quam fulmine ictam desiderari à deo Aruspices pronuntiarant. addita porticus cũ bibliotheca Latina Græcaq́; quo loco iam senior sæpe etiã Senatum habuit, decuriasq́; iudicũ recognouit. Quædam etiam opera sub nomine alieno, nepotũ scilicet & uxoris sororisq́; fecit, ut porticum basilicamq́; Lucij & Caij. Itẽ Porticus Liuiæ & Octauiæ, theatrumq́; Marcelli. Sed & cæteros principes uiros, ut pro facultate quisq; monumentis uel nouis uel refectis & excultis Vrbem adornarẽt, adhortatus est: multaq́; à multis extructa sunt: sicut à Martio Philippo ædes Herculis & Musarũ, à L. Cornificio ædes Dianæ, ab Asinio Pollione atrium Libertatis, à Munatio Planco ædes Saturni, à Cornelio Balbo theatrum, à Statilio Tauro Amphitheatrum, à Marco uerò Agrippa complura & egregia. Idem princeps aduersus incendia excubias nocturnas uigiliasq́; commentus est. ad coërcendas inundationes, alueum Tyberis laxauit, ac repurgauit, completum olim ruderibus & ædificiorum prolapsionibus coarctatum. Quò autẽ facilius undiq; Vrbs adiretur, desumpta sibi Flaminia uia Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus uiris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras uetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, easq́; & cæteras opulentissimis donis adornauit, utpote qui in cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri, gemmasq́; & margaritas quingenties sestertiũ una donatione contulerit: quæ omnia auctore Tranquillo nouimus.

Sex

Sexdecim millia pondo auri æstimatione nostra (quæ est centũ duodecim aureorũ & semissis in singula pondo, si eius indicatura aurũ fuit, cuius extãt Romana nomismata) duodeuicies centena aureorũ millia ualent: & quingẽties sestertiũ, duodecies centena & quinquaginta millia. fit summma huius donationis tricies centena & quinquaginta millia aureorũ. Cũ hæc & multo plura feciſſet, paulo minus (ut diximus) quadragies centena millia hæredibus reliquit: cũ tanta etiã legata reliquerit: cum interim (quod mireris) ærarium publicũ non attigerit: quod non suũ (ut pleriq; sequentiũ principũ) sed populi esse uoluit. Tria enim uolumina cũ testamẽto suo reliquit: unum, in quo mãdata de funere suo cõplexus est: alterũ, indicẽ rerum à se gestarũ: tertiũ, breuiariũ totius imperij, quantum militũ sub signis ubiq; esset, quãtum pecuniæ in ærario, & fiscis, & uectigaliorũ residuis, & eorũ seruorũ libertorumq́; nomina à quibus ratio exigi posset: ut auctor est Trãquillus. Hic nescias utrũ magis mirere, potẽtiam ne & opulentiam Romani imperij hac ætate inauditam & incredibilem, an principis frugalitatẽ & diligẽtiam: qui tanta opera efficere, tot sumptus tolerare, tantisq́; summis testari potuerit. Spartianus auctor est, Hadrianum, antequã Antoninũ Piũ adoptasset, Ceioniũ Cõmodũ adoptasse: ob cuius adoptionẽ Circẽses ludos dedit, & donatiuũ populo ac militibus. Quẽ Consulem designatum cũ minus sanũ uideret, sæpißimè dicitabat, In caducum parietẽ nos inclinauimus, & perdidimus quater millies sestertium, quod populo & militibus pro adoptione Cõmodi dedimus. Hæc summa à nobis centies cẽtena millia aureũm nostrorum æstimatur. Is princeps cum magnificẽtißimus uideri uellet, & à nullo magnificẽtia superari

Hadrianus.

Donatiuum Hadriani.

perari, cum Phrasmeni Iberorum Regi ingẽtia dona dedisset, & ipse uicißim ab eo uisenda accepisset, & inter alia auratas chlamydes, ipse irridendis eius Regis donis, trecentos noxios cum auratis itidem chlamydibus in arenam misit cum feris depugnaturos, aut à feris laniandos. Idem Spartianus alio libro de supradicto Commodo loquẽs, qui Aelius Verus post adoptionem dictus est, Pro eius (inquit) adoptione infinitam pecuniã populo & militibus Hadrianus dedit: sed cùm eum uideret homo argutior ægerrimæ ualetudinis, ita ut scutum solidius iactare nõ posset, dixisse fertur, Ter millies perdidimus, quod exercitui populoq; pro eo depẽdimus. Sed quater (ut arbitror) hic ut suprà legẽdũ est. Quin & illud mirari magnopere quis possit, quod Augustus testamento suo inseruit, Se uiginti annis proximis quaterdecies millies testamentis amicorum percepisse: quam summã non minorem quinquies & tricies centenis myriadibus aureorũ coronatorum esse existimo, hoc est, trecẽties & quinquagies centenis millibus. Hæc enim & huiuscemodi credi non possunt ab ijs qui Romanorũ opes publicas priuatasq; animo nõ conceperũt. Quotus autẽ quisq; intra annos octingentos cõcepisse dici potest? Multa iã diximus de Crasso, de Põpeio, de Cæsare, & alijs per multis qui ciuile fastigiũ non excesserũt. Vidimus etiam quibus Romanorũ uictorijs luxuria Asiatica admissa sit in urbem & Italiam. Plin. igitur lib. XXXIII. de copia argẽti loquẽs ita inquit, Scimus lectos mulierũ iampridẽ totos operiri argẽto, & triclinia quædã, quibus argentũ addidisse primus traditur Pollio Eques Romanus, nõ ut operiret, aut deliaca specie faceret, sed punica. Idẽ & aureos fecit. Nec multo pòst argentei deliacos imitati sunt. quæ omnia expiauit

piauit bellum ciuile Syllanum. paulò enim antè hæc facta sunt. Lancésque centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat, multosq; ob eas proscriptos dolo concupiscentium. Erubescant annales qui bellum talibus uitijs imputauere. Nostra ætas fortior fuit Claudij principatu. Seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ citerioris, quinquagenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat, & comites eius octingentas quinquaginta octo librarum. Quare quæso? nisi ut quam multi eas conserui inferrent. Quinquagenariam in omnibus libris legitur, sed tamen quingenariam lego. sensus enim omnino ita poscit. Idem, Delphinos quinis millibus sestertiũm in libras emptos C. Gracchus habuit, L. uerò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis centum. Confessus tamẽ est nunquam se iis uti propter uerecundiam ausum: sicut eundem sex millibus sestertiũm in libras uasa empta habuisse: uel ut in quibusdam legitur, constat eundem. locus tamen mendæ suspectus est in dictione uasa, ex antiquo. Sestertia centum, duobus millibus & quingentis aureis à nobis æstimantur. Magnificam autem æstimatricem cælaturæ eam ætatem esse oportet, quæ uasa cælata in singulas libras senis sestertijs emeret, id est centenis & quinquagenis aureis nostris. Idem lib. XXXVI. de luxuria Romanarum ædium loquitur, quam repentè inuasisse Vrbem significare uolens, Parua sunt (inquit) cuncta quæ diximus, & omnia uni comparanda miraculo antequam noua attingam. M. Lepido, Q. Catulo Coss. ut constat inter diligentißimos auctores, domus pulchrior non fuit Romæ, quàm Lepidi ipsius: at hercule intra annos triginta quinque eadẽ centesimum

Lances argenteæ memorabili pondere.

Plin locus. Vasa argẽtea.

Magnificæ ædes Ro.

Precia domorum.

tesimum locum non obtinuit. Computet nunc in hac æstimatione qui uolet marmorum molem, opera pictorum impendia regalia, & cum pulcherrima laudatissimaq; certantes centum domos, posteaq; eas ab innumerabilibus alijs in hunc diem uictas. Idem libro decimoseptimo, Nobilissimarum gentium ambo Crassus atq; Domitius Censuram post Consulatum simul gessere, anno conditæ Vrbis DCLXII, frequentem iurgijs propter dissimilitudinem morum. Tunc C. Domitius ut erat uehemens natura, præterea accensus odio, quod ex æmulatione auidissimum est, grauiter increpuit tanti Censorẽ habitare, pro domo eius millia nummorum identidem promittens. At Crassus ut præsens ingenio semper, & facetolepore solers, concedere se respondit exceptis sex arboribus. At ne uno quidem denario si adimerentur, emptam uolente Domitio, Crassus, Vtrùm ne igitur ego sum (inquit) quæso Domiti exemplo graui, & ab ipsa Censura mea notandus, qui in domo quæ mihi hæreditate obuenit, comiter habitem: an tu qui sex arbores æstimes? Eæ fuere Loti, patula ramorum opacitate lasciuæ. Valerius libro nono, Cn. Domitius L. Crasso Collegæ suo altercatione orta obiecit quòd columnas Hymetias in porticu domus haberet: quem quum continuò Crassus quanti ipse domum suam æstimaret, interrogaret, atq; ut respondit sexagies sestertio, Quo ergo (inquit) minoris fore æstimas si decẽ arbusculas inde succidero? Ipse tricies sestertio, inquit Domitius. Tunc ait Crassus, Vter igitur luxuriosior est? ego ne qui decem columnas cẽtum millibus nummûm emi, an tu qui decem arbuscularum umbram tricies sestertium summa compensas? Tricies sestertium Omnibonus pro xxx sestertijs intellexit, cum apertè sensus refragetur. Ex

L. Crassus orator.

Ex his uerbis Valerij intelligimus numerum in Plinio deesse. Valerius enim ante Plinium fuit. In antiquissimo codice sic scriptum inueni, Pro domo eius HS promittẽs. quod significat sestertium, sed numerus deest, quẽ numerum cum librarij uel emendatores non perciperent, millia nummorum subdiderunt. In eodem codice non concedere sed addicere legitur, quod mihi placuit. Verùm eas columnas Hymetias Plinius libro trigesimosexto duobus in locis non decem sed sex fuisse dicit. Quòd si domus Crassi sexagies sestertiũm æstimata fuit ab inimico, ita ut ne tanti quidem Crassius addicere uoluerit quin arbores inde tolleret, quid existimabimus de alijs quæ postea factæ fuerunt? Siquidem L. Crassus æqualis Q. Catuli fuit, cuius paulò antè mentio facta est ex Plinio. Hoc autem ex uerbis Plinij intelligimus in eodẽ XVII. Crassus (inquit) orator fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica, sed aliquanto præstantior in eodem Palatio Q. Catuli qui Cimbros cum Mario fudit: multo uerò pulcherrima consensu omnium ætate ea in colle Viminali C. Aquilij Equitis Romani, clarioris etiam tum iuris ciuilis scientia, cũ tamẽ obiecta Crasso sua est. Hactenus Plinius. Si ergo Crassus Censor ipse centũ & quinquaginta millibus aureorum nostrorum habitauit (tanti enim sexagies sestertium esse dico) nec tamen pulcherrimam tum habuit, & quæ tunc pulcherrima domus fuit Romæ, post triginta quinque annos centesimam pulchritudinis notam non obtinuit: quantã magnificentiã ædiũ Romanarũ luxuriæ tempore cõcipiemus, cũ nulla iam Censura timeretur? Is enim est Crassus Dialogis Ciceronis de Oratore nobilitatus, quem Cicero meminisse potuit, non etiam uidisse, & qui uasa argentea senis sestertijs in libras empta habuit, si

Plin. locus restituendus.

si exempla non mendosa sunt in eo loco: quod minime ipse arbitror. Plutarchus in Mario, de domo uel prætorio Marij loquens, circa Misenum ad uoluptatem etiam effœminatam condito, Hanc, inquit, domum Cornelia fertur quinq; & septuaginta drachmarum millibus emisse. ταύτην λέγεται μυριάδων ἕπτα ἡμίσους κορνηλία πρίασθαι. Postea tempore non admodum multo interlapso Lucius Lucullus hanc eandem quingentis drachmarum millibus emit, & ducentis præterea. χρόνου δὲ οὐ πάνυ πολλοῦ γενομένου λούκιος λούκολλος ὠνεῖται μυριάδων πεντήκοντα καὶ διακοσίων. οὕτω ταχέως ἀνέδραμεν ἡ πολυτέλεια. usque adeo celeriter luxuria excurrit. Posterior summa quinquaginta millibus aureorum coronatorum ualuit, & paulo plus, cum prior non maior fuerit septem millibus & quingentis. Cicero autem non minoris quinquaginta millibus aureorum coronatorum habitauit. Gellius lib. XI. Cicero cum emere uellet in Palatio domum, & pecuniam in præsens non haberet, à Publio Sylla qui tum reus erat, mutuò sestertium uicies tacitè accepit. Ea res tamen priusquam emeret, prodita in uulgus exiuit, obiectumq; ei est quòd pecuniam domus emendæ causa à reo accepisset. Tum Cicero inopinata opprobratione permotus, accepisse se, ac domum quoq; se empturum negauit. Atq; adeò (inquit) uerum sit accepisse me pecuniam, si domum emero. Sed cum postea emisset, & hoc mendacium in Senatu ei ab inimicis obijceretur, risit satis, atque inter ridendum, Ignoratis (inquit) prudentis & cauti patrisfa. esse, quod emere uelit, empturũ sese negare propter competitores emptionis? Hactenus Gellius Tanti autem æstimatam fuisse Senatus etiam decreto Cicero ipse testis est scribens ad Atticum libro quarto, & de euentu actionis

Cic. domus.

Cicero facete mendacij crimen diluit.

actionis eius loquens quam pro domo sua habuit, quæ hodie inter alias orationes extat. Secuta est (inquit) contentio de domo. diximus apud Pontifices. acta res est accuratè à nobis: & si unquam in dicendo fuimus aliquid, tum profectò doloris magnitudo uim quandã nobis dicendi dedit. Senatusconsultũ factũ est id quod ad te misi. nobis superficiem ædium Consules de consilij sententia æstimarũt sestertiũ uicies, cætera in re ualde liberaliter, Tusculanã uillam quingentis millibus, Formianum sestertiûm ducentis quinquaginta millibus. quæ æstimatio non modò uehementer ab optimo quoq;, sed etiã à plebe reprehenditur. Dices, quid causæ fuit? Dicunt illi quidem pudorẽ meum, quòd neque negarim, neq; uehementius postularim. Sed non est id. Nam hoc quidem etiam profuisset: uerùm ijdem mi Tite Pomponi, ijdem inquam illi quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdẽ renasci. His uerbis apparet domus superficiem uicies sestertium Ciceroni æstimatam, etiam ab ijs hominibus qui Ciceronem crescere nolebant. Ea autem æstimatio facta est propter P. Clodium, qui plebiscito obtinuerat cum Tribunus plebis esset, ut Cicero in exilium pelleretur, & bona eius publicarentur: quo facto disturbanda ædificia & ad solũ diruenda curauit. Cicero autem reuersus obtinuit ut publicè damnum illud sarciretur. Huic æstimationi fidem facit Sallustius in Inuectiua oratione quam in Ciceronẽ habuit, his uerbis, Domum ipsam tuam ui & rapinis funestam tibi ac tuis comparasti, uidelicet ut nos commonefacias quàm cõuersa respublica sit, cum in ea domo habitaris homo flagitiosißime, quæ P. Craßi uiri clarißimi fuit. Et post paulum ita subdit, Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post Consulatũ cũ uxore de Republica consuluisti,

ſuluiſti, cum legis Plauciæ iudicia domi faciebatis, ex cõiuratis alios pecuniæ condemnabas, cũ tibi alius Tuſculanam, alius Pompeianam uillam ædificabat, alius domum emebat. qui uerò nihil poterat, hic erat calumniæ proximus. hic oppugnatum domum tuam uenerat, aut inſidias Senatui fecerat. deniq; de eo tibi compertum erat. Quæ ſi tibi falſa obijcio, redde rationem quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domum paraueris, Tuſculanum & Pompeianum infinito ſumptu exædificaueris: aut ſi retices, cui dubiũ poteſt eſſe quin opulentiam iſtam ex ſanguine & miſerijs ciuiũ paraueris? Ex his uerbis ſatis apparet uicies ſeſtertium magnam pecuniam fuiſſe, nec immeritò Ciceronem conqueſtum apud Atticum, quòd Tuſculanum ſuum ædificium quingentis ſeſtertijs æſtimatum eſſet, quæ nos duodecim millia & quingentos aureos eſſe dicimus. Salluſtius enim infinito ſumptu ædificatũ eſſe obiecit. Blondus libro nono Romæ triumphãtis, in quo libro urbis Romæ Romanorumq; magnificentiam diligenter magis quàm doctè oſtendiſſe uidetur, ait obſeruaſſe in Epiſtolis Ciceronis, Ciceronem uillas duodeuiginti numero habuiſſe, in quibus præcipuas Tuſculanam, Formianam, Arpinatem, Ancanam, & Pompeianam. quas tamen eũ ſimul poſſediſſe nõ credo, nec ipſe Blondus affirmat. Cicero in Oratione pro M. Cælio, Sumptus unius generis obiectus eſt, habitationis. xxx millibus dixiſtis eũ habitare. Ex hoc loco cõijci poteſt magnam eſſe pecuniã xxx ſeſtertia: & præterea exemplũ habemus quanti domus locarentur anniuerſaria mercede. xxx ſeſtertia ego ſeptingẽtos quinquaginta aureos noſtros eſſe dico. Ipſe in Oratione pro domo ſua quodam in loco ita inquit, Nihil erat latum de me: non ad-

Seſtertia xxx.

eſſe eram iuſſus, non citatus affueram: eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis, cuius domus in palatio, uilla in Tuſculano, altera ad alterum Conſulem transferebatur: Senatus Cõſules uocabat, columnæ marmoreæ ex ædibus meis inſpectante populo Romano ad ſocerum Conſulis portabantur. Sed emendandus locus in quinto Epiſtolarum, ubi ad P. Seſtium ſcribens, ita inquit, Ego tua gratulatione cõmotus, quòd ad me pridem ſcripſeras, uelle te bene euenire quòd de Craſſo domũ emiſſem, emi eã ipſam domum millibus nummũm xxxv aliquanto poſt tuam gratulationem. Itaq; nunc me ſcito tantum habere æris alieni, ut cupiam coniurare, ſi quiſquã recipiat. Huiuſcemodi menda eſt in x1, in epiſtola Decimi Bruti ad Ciceronem, Cum ad Remp. liberandam acceſſi, mihi fuit ſeſtertiũm quatuor millibus amplius. ſeptem legionum numerum alo, qua difficultate, tu arbitrare. Verum illic triciesquinquies ſeſtertium legendum puto. Si enim ſuperficies uicies æſtimata eſt, potuit arca quindecies addere ad precium. Huiuſmodi ædificia damnoſa ambitione exædificata cõpellans Salluſtius in Catilinario, ita inquit, Operæ precium eſt cũ domos atq; uillas cognoueris in urbium modũ ædificatas, uiſere templa deorũ quæ noſtri maiores religioſiſſimi mortales fecere. Ciceronẽ autem tanti domũ emere potuiſſe, argumentũ eſt id quod ipſe in ſecũda Antoniana dicit, Hæreditatẽ mihi negaſti obuenijſſe: utinam hoc tuũ uerũ crimen eſſet. Ego enim amplius ſeſtertiũ ducenties acceptũ hæreditatibus retuli. quanquã in hoc genere fateor feliciorẽ eſſe te. mẽ nemo niſi amicus fecit hæredẽ, ut cũ illo cõmodo quod erat, animi quidã dolor iũgeretur: te is quẽ nũquã uidiſti L. Rubrius Caſſinas fecit hæredẽ. Quib. uerbis Antoniũ ut teſtamẽtariũ ridiculè mordet.

Cic. locus.

det. Quanta autem sit pecunia ducenties sestertium, ex eo conijciendũ relinquitur, quòd Cornelius Nepos in uita Pomponij Attici scribit his uerbis, Habebat auunculum Cæcilium Equitem R.o. familiarem L. Luculli, diuitem, difficillima natura: cuius sic asperitatẽ ueritus est, ut quẽ nemo ferre posset, huius sine offensione retinuerit beneuolentiam: quo facto tulit pietatis fructũ. Cæcilius enim moriens testamento adoptauit eum, fecitq; hæredem ex dodrante. Ex qua hæreditate accepit circiter centies sestertium. Et infra, Cum tanta, inquit, pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano uictu mutauit, nihil de uitæ cõsuetudine: tantaq; usus est moderatione, ut neq; in sestertium uicies quod à patre acceperat, parũ se splẽdidè gesserit, neq; in sestertium centies affluentius uixerit quàm instituerat, pariq; fastigio steterit in utraq; fortuna: nullos habuerit hortos, nullam suburbanam aut maritimam sumptuosam uillam: neq; in Italia præter Ardeatinum & Nomentanum rusticum prædium: omnisq; eius pecuniæ redditus constabat in Epiroticis & urbanis possessionibus: ex quo cognosci potest eum usum pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri solitum. Hic est Pomponius Atticus Ciceronis familiarissimus, ita ut Quintus frater ei charior nõ fuerit: cui rei (ut eiusdem Cornelij uerbis loquar) indicio sunt uolumina multa epistolarum à Consulatu eius usque ad extremum tempus ad Atticum missarum. Quæ qui legerit, non multũ desiderabit historiam contextam eorum temporum. Qui Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit. Cui ex patria fugienti sestertia ducenta & quinquaginta donauit, quæ nos sex millibus & ducentis quinquaginta aureis nostris æstimamus. Ex prædictis luculentum mihi documentum sumi

Pomponius Atticus Ciceronis familiarissimus.

sumi posse uisum est ad ea quæ agimus intelligenda. Si enim Eques R.o. splendidè uixit in uicies sestertium, ita ut in prædiorum tantum fructu non etiam fœnore redditum pecuniæ constitueret, oportet omnino magnam fuisse pecuniam uicies sestertium, præsertim cum is una donatione in Ciceronem tantam pecuniam cõtulerit. Eodem pertinet id quod ab eodẽ auctore dicitur: Nec id (inquit) præteribo, quanquam leue uisum iri putem: Cum in primis lautus esset Eques Romanus, & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines inuitaret: scimus non amplius quàm terna millia æris peræque in singulos menses ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. Atq; hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem domesticis rebus interfuimus. Terna millia æris, millenos ac ducenos sestertios nummos ualẽt, id est ære nostro triginta aureos. Sic in dies singulos Pomponius aureum unum nostrum in sumptu domestico impẽdebat. quod intelligo de pulmentario sumptu: quippe elegans ille fuisse dicitur, etsi non magnificus: splẽdidus, etsi non sumptuosus. Vsus est enim (ut inquit idem Cornelius) familia, si utilitate iudicandum est, optima: si forma, uix mediocri. Nanq; in ea erant pueri literatissimi anagnostæ: optimi & plurimi librarij: ut ne pedissequus quidẽ quisquam esset qui non utrunq; horum pulchrè facere posset. Pari modo artifices cæteri quos cultus domesticus desiderat, apprimè boni. Anagnostas Cornelius appellat pueros legendi peritos, quib. Pomponius super cõuiuium utebatur, ut pleriq; Romanorum. Nemo (inquit) in eius conuiuio aliud acroama quàm anagnosten audiuit. Verùm ex supra dictis apparet fructuosam Ciceroni atq; etiam auriferam eloquentiam fuisse.

Anagnostę ser ui.

omnes enim artes olim magno cũ ſplendore exercebantur. Non omittendum illud, quòd caput amputatũ parenti eloquẽtiæ Romanæ, decies ſeſtertiũ ab Antonio Trium uiro æſtimatũ eſt, id eſt quinq; & uiginti millibus aureorum noſtrorũ. Auctorem enim Appianũ habemus in IIII. Ciuilium bel. qui ducenta & quinquaginta millia drachmarum Popilio Lænæ pro capite Ciceronis Antoniũ dediſſe ſcripſit. Tanti caput eloquentiæ ab inimico æſtimatum eſt. ὁ δὲ ἀντώνιος ἥσθη τὰ μάλιστα, καὶ τὸν λοχαγὸν ἐστεφάνωσε καὶ πλέοσι τῶν ἄθλων ἐδωρήσατο πέντε καὶ εἴκοσι μυριάσιν ἀττικῶν δραχμῶν, ὡς μέγιστον δὴ τὸν δεπάντων ἐχθρῶν καὶ πολεμιώτατον οἱ γενόμενον ἀνελόντα. tametſi merces in ſingula capita proſcriptorũ erat cõſtituta in edicto proſcriptionis, ut idẽ auctor prodidit, his uerbis, ἀναφερόντων δὲ τὰς κεφαλὰς οἱ κτείναντες ἐφ' ἡμᾶς, ὁ μὲν ἐλεύσθερος ἐπὶ δισμυρίαις δραχμαῖς ἀττικαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ὑπὲρ ἑκάστης. ὁ δὲ δοῦλος ἐπὶ ἐλευσθερίᾳ τῶν σώματος, καὶ μυρίαις ἀττικαῖς, καὶ τῇ τῶν δεσπότου πολιτείᾳ. qua ratione caput Ciceronis decuplo æſtimatũ fuit, quàm aliorũ proſcriptorũ. Diximus ſuprà Iſocratẽ dicẽdi præceptorẽ orationẽ unã talentis uiginti uendidiſſe. Theombrotum medicũ, Antiochum regẽ talentis centũ ſanaſſe. Apellem pictorem, ſed literarũ peritum, Alexandrũ regem uiginti auri talẽtis pinxiſſe, quanti hodie ducatus nõ mediocris emi poßit. Singula enim talenta auri nõ minus ſenis millibus ſeptingenis & quinquagenis ſolatis noſtris ualuerunt. Ariſtoteles Speuſippi pauculos libros tribus talentis emit, ut auctor eſt Gel. Quãti igitur emptos exiſtimamus libros Ariſtotelis & Theophraſti, quos Strabo lib. XIII. ab Appellicone Teio, magno argẽto redemptos eſſe tradidit, tineis iã & ſitu corruptos, ut qui iãdiu in ter

Caput Ciceronis quãti æſtimatum ſit.

in terram obruti fuerant? Plinius auunculus Collectanea ſua quadringentis ſeſtertijs uendere noluit, ut auctor eſt Plin. iunior lib. III. Epiſtolarũ, his uerbis, Perire enim omne tempus arbitrabatur quod ſtudijs non impartiretur. Hac intẽtione tot iſta uolumina peregit, electorũq; commentarios C X mihi reliquit, opiſthographos quidem, & minutißimè ſcriptos, qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe potuiſſe ſe cũ procuraret in Hiſpania, uendere hos cõmẽtarios Largio Licinio C C C C millibus nummûm. & tũc aliquanto pauciores erant. quo in loco non electorũ quæ latina dictio eſt, ſed eclectorum lego. Sunt enim eclecta grecè adnotata, & ἐκλογαὶ adnotationes, & ἐκλελόμενα ea quæ legẽdo adnotamus. Cæterùm quis nunc regũ emere bibliothecã confertißimam decem aureorũ millibus uelit, quanti à Plinio ciuis unus priuatus regeſta quædã extemporanea licitari auſus eſt? Et Plinius tamen tãti addicere noluit. Pliniũ autẽ iuniorem diuitẽ fuiſſe, multa eius epiſtolarũ loca declarãt. Iam primũ in. VII. Epiſtolarũ ad Coreliã ſcribens, ita inquit, Tu quidẽ honeſtißimè, quòd tã impensè & rogas & exigis ut accipi à te iubeam precium agrorũ non ex ſeptingentis millibus, quãti illos à liberto meo: ſed ex nongẽtis, quanti à publicanis partẽ uigeſimã emiſti. Inuicem ego et rogo & exigo ut nõ ſolũ quid te, uerum etiã quid me deceat, aſpicias. Et ex his uerbis & ex epiſtola paulò ſuperiore quã ad Fabatum ſcribit, apparet eum ducẽta millia nummûm pro acceßiõe precij cõtempſiſſe, emptrice etiã hoc petente, ne ratum nõ habere uideretur quod à liberto ſuo geſtum erat. Idẽ ad Caniniũ, Equidem commodius nihil inuenio, quàm quod ipſe feci. Nam pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum in-

Quanti Pli. cõmẽtarios ſuos vẽdere potuit.

Diuitiæ Plinij Iunioris.

genuarumq; promiserã, agrum ex meis longè pluris acto ri publico publicè mancipaui, eundem uectigali impositò recepi, tricena annua millia daturus. Per hoc enim & Reip. sors in tuto, nec redditus incertus, et ipse ager propter id quod uectigali longè supercurrit, semper dominũ à quo exerceatur, inueniet. Ex his uerbis apparet Plinium patriæ suæ donasse annua sestertia tricena, quæ à nobis septingẽtis & quinquaginta aureis æstimantur, pro quingentis sestertijs in numerato, quæ pollicitatione patriæ facta debebat, id est duodecim millibus & quingentis aureis. Qua ratione paulo plus sedecim millibus sestertiũm & quingentis, singula millia sestertiũm annua æstimauit. Idem lib. v. ad Caluisium scribens: Saturninus qui nos reliquit hæredes, quadrantẽ Reip. nostræ, deinde pro quadrante præceptionẽ quadringentorũ millium dedit. Hoc, si ius aspicias, irritum: si defuncti uoluntatẽ, ratum & firmum est. mihi autem defuncti uoluntas antiquior iure est, utique in eo quod ad communem patriam uoluit peruenire. An cui de meo sedecies contuli, huic quadringentorum millium paulo amplius tertiam partem ex aducentitio denegem? Sic enim omnibus exemplaribus legitur, sed corruptißimè: quare sic locus restituendus: An cui de meo sestertium decies contuli, huic quadringẽta millia. & reliqua. sicq; sensus liquidus erit, siquidem Plinius his uerbis significat decies centena millia nummũm Reip. suæ antea se dedisse, & tum quadringenta millia condonare per præceptionẽ à se hærede relicta, quæ ipsa paulo plus tertiam partem decies sestertium efficiunt. quadringẽta enim millia, tertia pars est duodecies sestertiũm: & ideo ultra decies sester. olim in rẽp. collatũ, ait se CCCC mil. donare tunc, ut quæ cogi non posset soluere, si iure summo uti

uti uoluisset. ita enim erat ius cõstitutum, ut nec hæres instituì respublica, nec præcipuum accipere ex testamento posset: ut ex eadem epistola significatur. duæ autem illæ summæ, XXXV millia aureorũ nostrorum ualent. Apud eundem epistola quarta ad Traianum, liberalitatem sestertij quadringentis pro quadragies legitur. Magnam enim esse pecuniã ex eo ostenditur, quod epistola alia ad eundẽ legitur, Theatrũ domine Niceæ maxima iam parte constructum, imperfectum tamẽ, sestertium (ut audio) amplius centies hausit. Seruius grammaticus auctor est Virgilium poëtam tres libros Aeneidis suæ Augusto recitasse, secundum, quartũ, & sextum: sed sextum maximè ob Octauiam Augusti sororem, Marcelli matrem, quem Marcellum Augustus sibi adoptauerat, qui periit anno decimo octauo ualetudine correptus. Hæc igitur Octauia cùm recitationi interesset, & Virgilius ad carmina illa uenisset circa finẽ sexti libri quæ Marcelli luctum describũt, defecisse animo illa dicitur, cùm ad illud uentum est,

Heu miserande puer siquà fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris. Aegrè autem resocillata Octauia silentium Virgilio imperasse dicitur, & dena sestertia pro singulis uersibus dari iußisse, qui numero sunt unus & uiginti. quod si est uerum, Virgilius paucis uersibus supra quinque millia aureorum meruit. De hoc poëta ita inquit Seruius, aut quicunque fuit qui eius uitam scripsit, Bona autem cuiusdam exulantis nõ sustinuit accipere. possedit propè centies sestertium ex liberalitatibus amicorum: habuitq; domum Romæ in Aesquiliis, quanquam secessu Campaniæ Siciliæq; plurimum uteretur. Quæcunque ab Augusto petiit, repulsam nunquam tulit. parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam

Aurei Virgiliani uersus.

Census Maronis.

grandis amisit. Hæredem autem fecit ex quadrante Augustum. Centies sestertium ducenta quinquaginta aureorum millia ualet: quare non frustra Iuuenalis eius meminit ut copiosi in Satyra septima. Qui autē diligenter reputauerit commoda magistratuum non modò in prouincijs, sed etiam in Vrbe, is non mirabitur tam diuites quosdam fuisse. Argumētum eius rei ingens mihi uidetur ambitus Romæ flagrantißimus, cuius unum exemplum sat erit ex Ciceronis sumere lib. II. Epistolarū ad Quintum Fratrem. sic enim scribit, Ambitus rediit immanis. nunquam fuit par. non dico hyperbolas, uel sestertium centies constituunt, in prærogatiuam pronunciare. Res ardet inuidia. Tribunitij candidati compromiserunt sestertijs CCCC in singulos apud M. Catonem depositis, petere eius arbitratu: ut qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur. Hic locus in impreßis pridem libris corruptißimè legebatur, in quibus etiam numerus sestertiorum deerat: in recèns impreßis ne restitutus quidem satis est: quare à me citari integer non potuit. Male tamen sester. CCCC legi ex eo apparet, quòd idem Cicero lib. IIII. ad Atticum ita scribit de his comitijs loquens, Sequere nunc me in campum. ardet ambitus. fœnus ex triente Idibus Quintil. factum erat beßibus. Et post aliquot uersus, Pompeius fremit. queritur. Scauro studet. sed utrum fronte an mente, dubitatur. exoche in nullo est. pecunia omnium dignitatē exæquat. Messala languet: non quò animus desit, aut amicis careat: sed coitio COS. & Pompeius obsunt. Candidati iurarūt se arbitrio Catonis petituros. Apud eum sestertia quingena deposuerunt, ut qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Si locus hic non mendosus est, suprà quingentis uel quingenis potius

Ambitus Romæ ingēs fuit obcōmoda magistratuum.

potius legi debet: cui parti auctoritas Plutarchi non Latini facti sed Græci suffragatur, his uerbis, ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν μετιοῦσι εἰς ταὐτὸ συνελθοῦσι, παραβαλέσθαι δραχμῶν ἕκαστον ἀργυρίου δέκα δύο ἥμισυ μυριάδας, εἶτα μετιέναι τὴν ἀρχὴν πάντας ὀρθῶς καὶ δικαίως. Duodecim myriades & semis drachmarum Atticarum, hoc est centum & uigintiquinq; millia denariorum, quingenta millia nummûm ualent, sicq; summa quadrat ad nummum. Hanc historiam tetigit Plinius in præfatione, Cum apud Catonem (inquit) ambitus hostem, & repulsis tanquam honoribus ineptis gaudentem, pecunias flagrantibus comitijs deponerent candidati, hoc se facere pro innocentia (quod in rebus humanis summum esset) profitebantur. Verumenim uero ex uerbis Ciceronis apparet animosum illum fuisse ambitum, cum in tribum uel centuriam potius prærogatiuam centies sestertium pronunciare candidati non dubitarent. Oportuit enim proportione & alijs aliquid diuidi, quæ numero quinq; & triginta erant, aut certè tot tribubus aut centurijs quot ad renunciationem magistratus sufficerent. Hoc ne falsum putetur, tametsi creditu difficile, Cicero præfatiuncula fidem sibi præstruit: Non dico (inquit) hyperbolas, uel hyberbolos aduerbialiter, hoc est hyperbolice. utroq; enim modo legitur. Argumētū etiā ingētis summæ est, quod Cicero ambitū fœnus intēdisse dicit, et altero tāto maius fecisse, hoc est ex triente bessale. Eiusdē rei magnū argumentū apud Appianū lib. II. bell. ciuil. De triumuiratu enim loquens Cæsaris Craßi & Pōpeij, & ambitu ingēti, ita inquit. ὅ, τε δῆμος αὐτὸς ἔμμισθος ὑπὲρ τὰς χειροτονίας ἤει. ὤφθη δέπου καὶ μεσεγένημα ταλάντων ὀκτακοσίων, ὑπὲρ τῆς ἐπωνύμου γενόμενον ἀρχῆς. Deprehēsa est quodā in loco sūma

octingentorum talentorum apud sequestres deposita pro consulatu adipiscendo. hæc summa non multo minor ducenties sestertio. Diximus in præcedentibus, moris fuisse apud Romanos, ut Aediles & alij magistratus ludos uel munera magnifica facerent & ederent in Theatro uel Circo uel Amphitheatro, quasi populo uniuersam quandam mercedem soluentes ob lata suffragia. Dedimus & magnificētiæ exempla, indicia omnino ualida ad eam rem quam uunc ago conficiendam. Oportet enim magna fuisse commoda eius honoris qui tanti æstimetur. Nunc quanta fuerit potestas Imperatorū in bello, & Proconsulum Prætorumq; in prouinciis suis, demonstrādum est.

Potestas Cōsulum & Prætorum Romanorum qui ducto res erant exercituum.

Iamprimum Strabo lib. XII. de Cappadocia & Paphlagonia loquens à Pompeio certis finibus terminatis, ita inquit, ὕστερον ὑπ' ὀλίγων Ῥωμαίων ἡγεμόνες ἄλλοτε κἀλλοτε ἐπόησαν μερισμούς, βασιλέας τε καὶ δυνάστας καθιστάντες· καὶ πόλεσι τὰς μὲν ἐλευθερώσαντες, τὰς δ' ἐγχειρίσαντες τοῖς δυνάσταις, τὰς δ' ὑποτῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων ἐῶντες. Postea autem Romanorum duces alias atque alias contributiones fecerunt, Reges & Dynastas constituentes: ciuitatumq; partim immunitate donarunt, partim potentatibus attribuerunt, partim etiam sub ditione populi Romanorumq; reliquerunt. Ex his uerbis intelligimus non modò Pompeium post Ponticam uictoriam hoc iuris usurpasse, sed etiā alios Imperatores pro arbitrio suo statuere solitos de iis prouinciis quas armis domuerāt. Exemplū eius rei luculentū est eodē libro. De quadā enim regione loquēs cāpestri & feraci, et pecore copiosa, ita inquit, Huius regionis partē Amasini obtinent, partē Pōpeius Deiotaro dedit, ut Pharnaciæ & Trapezuntiæ adiacētia usq; in Colchidē & minorem Armeniam: horūq; locorū regem

Deiotarus.

gem eū creauit, cū aliàs haberet hæreditariā à patre tetrarchiam Galatarū qui Toliſtobogi dicuntur, καὶ τέτταρα ἀπέδειξεν αὐτὸν βασιλέα, ἔχοντα καὶ τὴν πατρώαν τετραρχίαν. Regem (inquit) horum eū creauit. Hic idē Pōpeius Tigranem Armeniæ Regem potentißimū, sed uictoria Pompeij fractum, ad se uenientē, & diadema suum ad pedes eius demittentem genibusq; aduolutū, diadema uel tiaram regiam resumere iußit, & in sella regia sedere, mulcta sex millium talentūm ob culpam atq; iniquitatem irrogata, ut Plutarchus auctor est: ut Appianus, sex millibus talentūm ab eo dono acceptis. Sic enim inquit in Mithridatico, καὶ ἐλίδι τομπείῳ μὲν τάλαντα ἑξακισχίλια, εἰς τὴν στρατίαν δὲ δραχμὰς τεντήκοντα ἑκάστῳ, καὶ λοχαγῷ χιλίας, καὶ χιλιάρχῳ μυρίας. Strabo rursus post aliquot chartas de Commanis Ponticis loquens, quod sacerdotiū Dianæ dicatum erat, παραλαβὼν δὲ τομπήιος τὴν ἱερωσύναν ἀρχέλαον ἐπέστησεν ἱερέα, καὶ προσώρισεν αὐτῷ χώραν δίσχοινον κύκλῳ. τοῦτο δ' ἐστὶ ἑξήκοντα στάδιοι πρὸς τῇ ἱερᾷ, προστάξας τοῖς γειτνιῶσι πειθαρχεῖν αὐτῷ. Accepto autē imperio Pompeius Archelaum sacerdotio præfecit, & regionē ei attribuit duorum schœnorum in circuitu, quæ sexaginta sunt stadia sacram urbē ambientia: iußitq; eius ambitus incolas imperio eius parere. Quale autem fuerit aut quàm locuples sacerdotiū, ex eo intelligitur quod idē auctor ait his uerbis, Regum Pōticorū tēpore diebus festis qui Dianæ sacri erāt, sacerdos Commanorū diadema regiā gestabat, & secundū Regē honori habebatur. Cōmana autē imperio eius suberat cū sacris seruis qui Hieroduli dicebantur, numero non pauciores sex millibus, in quos omnifariā potestatē habebat, præterquam eos uendēdi. Cicero autem hoc docet in lege

Sacerdotiū opimum in Pōto. Hieroduli.

Agraria contra Rullum, cum dicit non licere Decemuiris à populo creatis statuere de agro Pontico & Mithridatico à Pompeio capto. Ita'ne uero (inquit) hos agros regios Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Põto, qui in Cappadocia fuerunt, cũ adhuc imperator in bello uersetur, in locis autẽ illis etiã nunc belli nomẽ reliquum sit, eos agros quorũ adhuc penes Cn. Pompeiũ omne iudicium & potestas more maiorum debet esse, Decẽuiri uendẽt? Eodem pertinent ea quæ apud Lucanũ Põpeius ipse gloriatur in secundo Pharsaliæ, cum auxilia undiq; euocanda disserit, filio ob id allegato. Hoc tamẽ uerum est, quòd ea quæ ab his imperatoribus statuebantur, necesse erat Senatusconsulto confirmari: id quod eodẽ in loco Strabo docet his uerbis, διαπολεμήσας δὲ καὶ ἐπανελθὼν οἴκαδε, ἀξενίκησεν ὥστε τὰς τιμὰς ἃς ὑπέσχετο ὁ Λούκουλλος τῶν ποντικῶν τισὶ, μὴ κυρῶσαι τὴν σύγκλητον. Cõfecto autem bello Romã reuersus Põpeius, peruicit ne ea præmia quæ Lucullus quibusdam Ponticis primoribus pollicitus fuerat, à Senatu confirmarẽtur. ἄδικον γὰρ εἶναι καταθῶσαι τὸν πόλεμον, τὰ βραβεῖα ἐπ' ἄλλῳ γενέσθαι, καὶ τὴν τῶν ἀριστείων διανομὴν. Iniquum enim esse, bello eo ab alio cõfecto, in alterius arbitrio belli præmia, & decorũ militarium collationẽ manere. Nemo autẽ ignorat Ponticũ bellum Lucullũ bona ex parte gessisse, sed cum ei Pompeius ante diem succeßisset, conficere nõ potuisse: & Pompeiũ ex rebus gestis Luculli triũphasse fortunæ iniquitate, quæ Lucullum summo fauore euectũ, repente destituit, ut uidere est Plutarchũ in Lucullo legentibus. Causam tamen præbuit Cicero, qui orationem pro Pompeio habuit ad populum cum Prætură ipse gereret, quæ Oratio pro lege Manilia inscribitur. Ob hoc Lucull

Lucullus Reip. infensus, in ocium se contulit, singulariq; lautitia & splendore sumptuũ uitam per omnem uiuendi amœnitatem traduxit, ex ea ipse prouincia summis opibus auctus, cũ tamen triũphi sui die aureũ simulachrum Mithridatis sex pedum longitudinis, clypeumq; gemmis consertum, cum immani summa auri & argenti facti signatiq; in ærariũ intulisset. Cicero in Pisonẽ præclari facinoris loco ponit quòd prouinciam contempserit. Ego Antonium (inquit) Collegam cupidum prouinciæ, multa in Remp. molientem, patientia atq; obsequio meo mitigaui: ego prouinciam Galliam Senatus auctoritate exercitu & pecunia instructam & ornatam, quam cum Antonio communicaui, quòd ita existimabam tempora Reip. ferre, in concione deposui, reclamante populo Ro. Idem cum prouinciam Ciliciam obtineret, ad Atticum scribẽs de uitæ suæ integritate, Ipse, inquit, in Asiam profectus sum Tharso Nonis Ianuarijs: non me hercule dici potest qua admiratione Ciliciæ ciuitatum, maximeq; Tharsensium. Postea uerò quàm Taurũ transgressus sum, mirifica expectatio Asiæ nostrarum diœcesum, quæ sex mensibus imperij mei nullas meas acceperat literas, nunquã hospitem uiderat: illud autẽ tẽpus ante me fuerat in hoc quæstu. Ciuitates locupletes ne in hybernis milites recipe rent, magnas pecunias dabãt, Cyprij talenta Attica c c. qua ex insula (nõ hyperbolicôs loquor) nũmus nullus me obtinente erogabitur. Ob hæc beneficia quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi nisi uerborum decerni sino. Si hic numerus c c, talenta uerè apud Ciceronem legitur (ut uerè legi puto) centum & uiginti millia aureorũ nostrorum eo nomine lucrifacere potuit si famam contempsisset. Opulentam autem Cyprum olim fuisse ex eo conijc

Lucullus.

Cicero prouinciã deposuit.

Commoda magistratuum Romanorũ in prouincijs.

coniicimus, quòd Ptolemæo Cypri Rege confiscato, Cato qui Clodij factione ad colligendam eius gazam ablegatus est, paulo minus septem millia talentûm Romam deportauit ex auctione gazæ, ut auctor est Plutarchus, ὧν δὲ κάτωνι συνήχθη μὲν ἀργυρίου τάλαντα μικρῷ ἐπὶ πανυσχιλίοις ἀποδέοντα. quanquam maior ob id pecunia fuisse uidetur, quòd Cato aliquãdo in altercatione Pompeio obiecit se ex Cypro plus auri atq; argẽti nullo exercitu detulisse, quàm Pompeius ex omnibus triũphis concusso terrarũ orbe ipse instructus ingentibus copijs intulisset in ærarium: quo tẽpore Cyprus in prouinciã prætoriam redacta est factione eiusdem Publij Clodij Pulchri Ptolemæo infensi ob negatam ei pecuniã ad redemptionis pretiũ cum à piratis interceptus esset. quæ historia à Strabone narratur in fine libri decimiquarti. Idẽ Cicero pro lege Manilia, Difficile est dictu Quirites quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum quos ad eas hoc anno cũ imperio misimus, iniurias ac libidines. Quod enim sanum putatis in illis terris uestris magistratibus religiosum, quam ciuitatẽ sanctam, quam domũ satis clausam ac munitam fuisse? Vrbes iam locupletes & copiosæ requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi, cupiditatem inferatur. Idẽ Pisoni obiecit quòd perfidiam CCC talentis uendidisset, his uerbis, Idẽq; tu Rabocentum Beßicæ gentis principẽ, quum trecẽtis talẽtis Regi Cotto uendidisses, securi percußisti, cũ ille ad te Legatus in castra uenisset, & tibi magna præsidia & auxilia à Beßis equitũ peditũq; polliceretur. Et paulo inferius, Non'ne sestertiũ centies & octogies, quod quasi uasarij nomine in uenditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? Non'ne cum ducenta

Cypria gaza publicata.

ducenta talenta tibi Apolloniatæ Romæ dedissent nc pecunias creditas soluerent, ultro Suffidiũ Equitem Romanum hominem ornatißimum, creditorem debitoribus suis addixisti? Vasarium Cicero appellat id quod publicè dabatur magistratibus, ut muli, equi, uasa, & reliqua quæ magistratus instrumentum implerent: id quod patet ex eo quod idem dicit in lege Agraria contra Rullum, de Decemuiris loquens, quos Rullus creandos esse censuerat ad agros diuidendos, diuidendosq; per prouincias, Dat (inquit) potestatẽ uerbo Prætoriam, re uera regiam: definit in quinquennium, facit sempiternam. tantis enim confirmat opibus & copijs, ut inuitis eripi nullo modo possit. Deinde ornat apparitoribus, scribis, librarijs, præconibus, architectis, præterea mulis, tabernaculis, centurijs, supellectili. Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à socijs. Intelligimus ergo uasarij nomine pecuniam publicè dari solitam magistratibus euntibus in prouincias, ex qua sibi necessaria compararent: id quod postea Augusti tempore Senatusconsulto constitutum est. Trãquillus in Augusto, Auctor & aliarum rerum fuit: in queis, ne acta Senatus publicarentur: ne magistratus deposito honore statim in prouincias mitterentur: ut pro Consulibus ad mulos & tabernacula quæ publicè locari solebãt, certa pecunia constitueretur. Meminit eius moris Cicero in quinta in Verrem Actione, & Lampridius in Alexandro, his uerbis, Iudices cũ promoueret exemplo ueterũ, ut & Cicero docet, & argẽto & necessarijs instruebat, ita ut Præsides prouinciarum acciperẽt argẽti põdo uicena, mulos & equos binos, uestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, coquos singulos: & si uxores nõ haberent, singulas concubinas, quòd

Vasarium.

quòd sine ijs esse non possint. Reddituri depositi administratione mulas, mulos, equos, muliones, & coquos: cætera sibi habituri, si bene gessissent. Sed illa fuit priscæ severitatis imitatio, qualis in legibus sumptuarijs intelligitur, de quibus infrà dicturi sumus. Cicero igitur Pisoni objicit quòd eo tempore quo Cicero exilio mulctatus fuit, Piso, & Gabinius provinciarũ pactione cum Clodio Pulchro Trib.pl. Ciceronis inimico cõspirarint: sicq; factum ut per Trib.pl. provincias obtinuerint, Gabinius Syriã, Piso Macedoniam: & Pisoni centies & octogies sestertium uasarij nomine decretum sit, si uerus est numerus: quam totam pecuniam fœnore Romæ occupauit, quæ nõ minor fuit quadringentis & quinquaginta millibus aureorum nostrorum. Sunt & alia nomina pecuniæ imperandæ civitatibus, quam magistratus in rẽ suã uertebãt: quæ Cicero eadẽ in oratione in Pisonẽ persequitur. Qui modus (inquit) tibi fuit frumenti æstimãdi? qui honorarijs si quidem potest ui & metu extortũ, honorariũ nominari: quod cum peræquè omnes, tum acerbissimè Bœotij & Byzantij, Chæronenses, Thessalonica sensit. Frumentũ æstimandum intelligo id frumentũ quod in cellã Prætoris uel Consulis imperatur, pro quo pecuniam imperabãt quantam collibuerat. Honorarium appello, quod Græci ἰσόδιον καὶ εἴσοδον, id est, xeniũ aduentitiũ quod datur ingrediẽti quãq; urbẽ Magistratui, ut hodie principibus nostris cũ primùm urbes põpaticè ingrediũtur. Sequitur in eadẽ oratione, Mitto aurũ coronariũ quod te diutissimè torsit, cum modò uelles, modò nolles. Lex enim generi tui & decerni, & te accipere uetabat, nisi decreto triumpho. His accedit, quòd Romani Imperatores civitatem Romanam dare poterant, ut auctor est idem Cicero in Orat

Honorarium isodion & isodos.

in Oratione pro Cornelio Balbo, his uerbis, Audebo etiã hoc contẽdere, nunquã esse condemnatũ quem constaret ab Imperatore nostro civitate donatum. His igitur & huiusce modi causis Romani Senatores ditescere in immensum poterant. Augusti autẽ tempore mirũ in modũ auctũ est fastigiũ Romanũ, non modò publicũ, sed etiã privatum, licet luxus uitæ diminutus esset: exemplũ prodente principe. mittebat enim in provincias Cõsulares & Prætorios & Equestris ordinis uiros, quoscumq; honore dignos iudicabat: qui etiam quò plures (ut Tranquilli uerbis loquar) partẽ administrãdæ Reip. caperẽt, noua officia excogitauit, curã operũ publicorũ, uiarum & aquarum, aluei Tyberis, frumenti populo dividendi, præfecturam Vrbis, Triũuiratum legẽdi Senatus, & alterũ recognoscendi turmas equitũ quotiens cũq; opus esset. Censores creari desitos longo interuallo, creauit. numerum Prætorum auxit. exegit etiã ut quotiens cũq; Consulatus sibi daretur, binos pro singulis Collegas haberet. Ab ijs igitur quos locupletes nouerat ipse, exigebat ut Vrbem monumento aliquo insigni ornarent. Hunc morẽ tenuerunt & alij principes, ut uidere est apud historicos, & Plinium in Epist. lib. 11. Firminus (inquit) inductus in Senatũ, respõdit criminũ noto. Secutæ sunt diuersæ sententiæ Consulum designatorũ, Cornutus Tertullus cẽsuit ordine mouendũ: Acutius Nerua in sortitione provinciæ rationem eius non habẽdam: quæ sententia tanquam mitior uicit, cum sit alioqui durior, tristiorq;. Quid enim miserius, quàm exactũ & exẽptum honoribus Senatorijs, laboribus & molestia nõ carere? & reliqua quæ longius prosequitur. Cæterũ præterquã quod suprà ex Trãquillo diximus Augustũ invecta Vrbi Aegyptia gaza, tantã

Augusti tempora.

Augustus amicorum locupletator.

rei

rei nummariæ copiam effeciſſe, ut multum pretij prædijs accreuerit, ex eo conijcere licet homines Romanos inuſitatis opibus affluentes fuiſſe, quòd intra xx annos ſeſtertium quaterdecies millies ex amicorum teſtamẽtis acceptiſſe ſeſe teſtatus eſt. Huic dicto fidem arrogat id quod apud Senecam lib. II. de beneficijs ſcriptũ eſt, his uerbis,

Memorabiles Lentuli Auguris opes.

Lentulus Augur diuitiarũ maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent, quater millies ſeſtertium ſuum uidit. Hic cum omnia incrementa ſua diuo Auguſto deberet, ad quem attulerat paupertatem ſub onere nobilitatis laborantem, princeps iã ciuitatis & pecunia & gratia, ſubinde Auguſto ſolebat queri dicens ſe ſtudijs ſe abductum. Quater millies ſeſtertium dico non minorem eſſe pecuniam centies centenis millibus aureorũ coronatorum, ne fruſtra putemus eũ diuitiarum maximũ exemplum appellatum à Seneca, homine ipſo prædiuite, ut à Iuuenale appellatus eſt, & ipſe fatetur apud Tacitũ lib. XIIII. in oratione ad Neronẽ habita: quem Tigellinus & alij eius inimici uarijs criminationibus apud Neronem adorti ſunt, tanquam ingentes & priuatũ ſupra modum euectas opes in dies adhuc augeret: hortorũ quoque amœnitate, & uillarum magnificẽtia quaſi principem ſupergrederetur. Tranquillus Lẽtuli his uerbis meminit in Tyberio: Satis conſtat Cn. Lentulum Augurem, cui maximus cenſus fuit, metu & angore ad ſatietatẽ uitæ ab eo actum, & ut nequo niſi ipſo hærede moreretur. Verumeni muero hoc animaduerſione dignũ, rarã auri mentionem apud antiquos reperiri, non modò pro eo quantæ priſcæ ætatis opes celebrantur ab auctoribus, ſed rariorẽ etiã quàm pro noſtri temporis opulentia, & cõtrà quàm hodie loquẽdi mos inoleuerit. Quotus enim quiſq; in cõmemor

Rara auri mentio apud priſcos.

memorandis opibus hodie præſertim ingentibus argenti mentionem facit? Nam in uotis temerarijs, quibus ſurdũ numen Fortunã idẽtidem fatigamus, primo quoq; uerbo aurum nuncupari ſolet: tametſi apud nos in rationibus publicis ac priuatis, argenteis ſummis omnia tranſiguntur: alioquin & ſponſionibus facitandis, & pignoribus deponendis, & circularibus fabulamẽtis aurum plerunque per ora hominum fertur. At uerò apud antiquos argentũ hominum ſermone celebratius fuit. Sed præter alia (inquit Plinius) equidem mirer populum Ro. uictis gẽtibus in tributo ſemper argentum imperaſſe, non aurum: ſicut Carthagini cum Annibale uictæ argenti pondo annua in quinquaginta annos. nec poteſt uideri penuria mundi id euenisſe: nam Midas & Crœſus in infinitum poſſederãt. Eodem pertinere uidetur & illud eiuſdem Plinij dictum eodem libro, Mirum in auro cælando inclaruiſſe neminem, argẽto multos. maximè tamen laudatus eſt Mẽtor, de quo ſuprà diximus. Quatuor paria deniq; ab eo omnino facta ſunt, ac iam nullũ extare dicitur. proximi Acragas & Boëthus & Mys fuere. Magna fama poſt hos celebratus eſt Antipater, quiq; Satyrũ in phiala grauatum ſomno collocauiſſe uerius quàm cælaſſe dictus eſt Stratonicus. Laudatur & Zopyrus, qui Areopagitas & iudicium Oreſtis in duobus ſcyphis pondo. XII. æſtimatis. In uetuſtiſſimo non pondo, ſed HS, id eſt, ſeſtertium legitur: quod ego interpretor ſeſtertium duodecies, id eſt, cenſu Senatorio. Nam paulò ſuprà dixerat, Nec copia tantum argenti fuerat uitæ, ſed ualidius pœnæ metu pretium, idq; tampridẽ. ut ignoſcamus nobis. Delphinos quinis millibus ſeſtertiũm in libras emptos C. Gracchus habuit. L. uerò Craſſus orator duos ſcyphos Mentoris artificis

Argentum hominum Romanorum ſermone auro celebratius fuit.

Auri cælaturæ rara mentio.

ficis manu cælatos sestertijs centũ: confessus est tamẽ nunquam se ijs uti propter uerecundiã ausum: sicut eundẽ sex millibus sestertiũ in singulas libras uasa empta habuisse. In quibusdam antiquis utrobiq; pondo pro sestertijs legitur, sed male. sestertijs enim in uetustissimo legitur, quomodo & in impressis libris. Sed de hoc loco superius satis dictum est. Sequitur apud Plinium loco superiore, Fuit dein Pytheas cuius duæ unciæ x x uenierũt. Vlysses & Diomedes erant in phialæ emblemate Palladiũ surripientes. Fecit idem & cocos Magiresia appellatos paruulis potorijs, è quibus ne exẽplaria quidẽ licet exprimere. tam opportuna iniuriæ subtilitas erat. Habuit & Teucer Crustarius famam, subitoq; hæc ars ita exoleuit, ut sola iã uetustate censeatur. In uetusto exẽplari non uiginti, sed decẽ legitur. utrobiq; tamen deesse summa uidetur. Oportet autem opus pretiosum fuisse in quo tale fuit emblema. Magiresia etiam corruptum est pro magirisia, cum magirisius diminutiuè cocũ significet apud Græcos. In antiquis etiã libris crustarius non legitur, sed sic, Habuit & Teucer famam. Verùm hoc dictum Plinij credibile facit id quod suprà de Graccho & Crasso dictũ est, qui Censuræ tempore pœnæ metu deterreri non potuerũt, quin pretium argenti fabrefacti & cælati eousq; intenderent, ut operis æstimatio decuplo materiã argẽti excederet. Hoc enim illa uerba Plinij significant. Validiusq; fuit pœnæ metu pretium. Pretiosa autem uasa esse omnino oportuit, quæ ea arte fabrefacta essent, quæ iam interijsset propter subtilitatem. De emblematis in Annotationibus in libros iuris editis dicere memini, cuiusmodi artis exempla hodie non uisuntur. nam & ante Plinij ætatem ars iamdiu exoleuerat. Officinæ Parisienses maximè auro & argento fabrefacto

Emblemata.

Officinæ Parisienses.

fabrefacto hodie nobiles sunt, priuatim etiã uno uico aurificibus dicato. Et tamen uasa hodie põdere & inauratura censentur, & interdum pictura. In ijs enim rebus & in fabrica uascularij artem consumũt. Cælatores, sigillis, & aureolis gestaminibus, & mundo muliebri occupati sunt, quibus omnibus rebus ars nequit inclarescere. Quare hodie aurificium accessionis ferè uicem habet, olim autem pretia huiusmodi rerum ex arte non ex materia statuebantur. Inde illud Plinij dictũ lib. x x x iiii. Quondam æs confusè auro argentoq; miscebatur, & tamen ars pretiosior erat. Nunc incertũ est, peior hæc sit, an materia: mirumq;, cum ad infinitum operũ pretia hæc creuerint, auctoritas artis extincta est. Quæstus enim causa, ut omnia, exerceri cœpta est, quæ gloriæ solebat: adeoq; exoleuit fundendi æris pretiosi ratio, ut iam diu ne fortuna quidem in ære ius artis habeat. Quoniam uerò iam multa de opibus Romanis, de primoribus uiris, & eorũ magnificentia, & immani etiã quorundã luxu diximus, & eousq; summas consumptarum opum auximus, ut fidẽ omnino facturi non uideamur, utemur nunc & alio testimonio Plinij, ut uerisimilia saltem dixisse uideamur, ijs quidem lectoribus qui res priscas modulis nostræ auorũq; memoriæ metientes, hactenus fidẽ historiæ accommodare possunt, quatenus pusilla animi sensa æstimare eos simunt. Is igitur auctor rerũ omnium memorabiliũ, & æstimator acutus, & admirator disertus, lib. x x x v i. post enumerata opera externa, de rebus tandem Romanis dicere ita orsus est: Verùm & ad urbis nostræ miracula transire cõuenit, nongentorũq; annorũ docules scrutari uiros, & sic quoque terrarum orbem uictum ostendere, quod accidisse totiens penè, quot referẽtur miracula apparebit

Cælatores.

Antiqua artificia.

Plinius auctor memorabiliũ rerum omniũ.

parebit: uniuersitate uerò aceruata, & in quendam unũ cumulum coniecta, non alia magnitudo exurget, quàm si mundus alius quidam in uno loco narretur. Nam ut Circum maximum à Cæsare Dictatore extructũ longitudine stadiorum triũ, latitudine unius, sed cum ædificijs iugerûm quaternûm ad sedẽ ducentorum. L X. milliũ, inter magna opera dicamus: non ne inter magnifica, basilicam Pauli, forumq; diui Augusti, templum Pacis diui Vespasiani Imperatoris Augusti pulcherrima operũ quæ unquam. Lego ex uetusto exẽplari, uires dociles, non uiros. Basilicæ Pauli meminit Plutarchus his uerbis in Cæsare, ut quidẽ latinè legũtur. Cæsar uberrimas Gallorũ diuitias per omnes paßim magistratus hauriẽdas permittẽs, Curionẽ Tribunũ plebis grandi fœnore obstrictum liberauit. Paulo quoq; Consuli mille & quingenta sestertia præbuit, ex quibus nobilißimã ille in foro basilicam Fuluiæ dicatam extruxit. Quo in loco non sestertia, sed talenta lego ex Græco exemplari, & ex Appiano lib. II. bel. Ciuilium: Paulum autẽ (inquit) mille & quingentis talentis eo pacto redemit, ut neque pro illo quicquã ageret, neque contra eũ quicquã moliretur. Curionẽ autem, ut pro eo in plerisq; ageret, quem plurimo ære alieno sciebat obrutũ, facilè adegit. Paulus basilicã admodũ splendidam suo nomine ex ea pecunia extruxit. παῦλον μὲν χιλίων καὶ πεντακοσίων ταλάντων ἐπρίατο, μηδὲν αὐτῷ μήτε συμπράττειν, μήτε ἐνοχλεῖν: κουρίωνα δὲ συμπράττειν ἠδὴ πλεόνων εἰδὼς ἐνοχλούμενον ὑπὸ χρεῶν πολλῶν. Plutarchus etiã ipse in Põpeio talenta nõ sestertia dixit his uerbis, ut latinè legimus: Cæsar multos ciues pecunijs sibi allexit, multos etiã primorũ muneribus placauit, inter quos Paulus Cõsul ob mille & quingenta talenta

Circus maximus a Cæsare extructus.

Plinij locus.

lenta mutatus est, & Curio Trib. pl. ingenti ære alieno liberatus. Diximus alibi hanc summã nongẽta millia aureorum nostrorũ ualere, ne miremur eã basilicã à Plinio inter opera magnificentißima censeri. Idẽ Plinius, Pyramidas, regũ miramur opera, cũ solum tantũ foro extruẽdo sestertijs mille ducẽtis Cæsar Dictator emerit, & (si quidẽ impensæ mouẽt captos auaritia animos) P. Clodius quem Milo occidit, sestertijs C X L V I I I. millibus domo empta habitauerit, quod equidẽ non secus ac regum insaniam miror. Itaq; & ipsum Milonẽ sestertia septingenta millia æris alieni debuisse, inter prodigia humani animi duco. Hæc uerba tot tantisq; mendis scatent, uix ut restitui posse confidã. Primùm sestertijs mille & ducentis pro duodecies sestertio, rarus fuit antiquis sermo, ut alibi dixi: deinde in antiquis quibusdam numerus corruptus est, ut omnino nihil elici poßit. In uetustißimo H-S. li. legitur. Postremò Trãquillus in Iulio ipso de hoc ita scribit, Nullũ largitionis aut officiorũ in quenquam genus publicè priuatimq; omisit, forum de manubijs incohauit, cuius area super sestertiũ millies constitit. De Clodiana autem domo ut nũc legitur ridiculũ est pretiũ, quũ Lucij Craßi domus, cuius Plinius meminit ut mediocris, tricies pluris uendi potuerit. Milonẽ autẽ hominem egregiè profusum septingenta millia æris alieni debuisse, nõ erat admiratione dignum, quæ summa multo minor est decies sestertio. Macrobius in II. Satur. Augustus delata ad se magnitudine æris alieni, quam quidam Eques Romanus dũ uixit, excedentẽ ducẽties celauerat, culcitrã emi cubicularẽ in eius auctione sibi iußit: & præceptũ mirantibus, hãc rationẽ reddidit, Habẽda est ad somnũ culcitra, in qua ille cum tantũ deberet, dormire potuit. Planũ fit igitur locũ

Domus P. Clodij.

Aes alienum Milonis.

Plinij locus.

mendosum esse. In duobus antiquis libris, quos uidi, talẽto DCC legitur, quod non probo, cum propterea quòd Romani talẽtorum uocabulo non utebãtur, tũ quia hæc summa minor est ducenties sestertio. at Curionẽ sexcẽties sestertium debuisse, auctor est Valerius lib. IX. his uerbis, Curionis æs alienum. Consimilis mutatio in domo Curionũ extitit. Siquidẽ forum nostrum, & patris grauissimum supercilium, & filij sexcenties sestertium æris alieni aspexit, contractum famosa iniuria nobiliũ iuuenum. de quo nonnihil suprà diximus ex secunda Ciceronis Antoniana. Publiũ autẽ Clodium perdita ac uecordi luxuria fuisse, ex eodẽ Valerio nouimus, his uerbis de eo eodẽ in loco dicente, Publij autem Clodij iudicium quanta luxuria & libidine abundauit? in quo ut euidenter incesti crimine nocens reus absolueretur, noctes matronarum & adolescentium nobilium magna summa emptæ, mercedis loco iudicibus erogatæ sunt. Cicero ad Atticũ lib. I. de eo iudicio loquens ita inquit, Caluus per unum seruum, & quidẽ ex gladiatorio ludo, confecit totũ negotiũ, accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam uerò (ô dij boni) rem perditam, etiã noctes certarum mulierum, atq; adolescentulorũ nobiliũ introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita summo dissensu bonorũ, pleno foro seruorũ, XXV iudices ita sortes tum fuerunt, ut summo proposito periculo uel perire maluerint, quàm perdere omnia. XXXI fuerũt, quos fames magis quàm fama cõmouit. De eo iudicio iterum loquẽs eodẽ lib. Afflicta (inquit) res est empto constupratoq; iudicio. Omnino igitur oportet magnas has esse summas quas Plinius ob insignem nequitiã insaniæ Regum Aegypti comparandas duxerit, qui pyramidas ipsi mundi miracula construxerunt. Vidi tria exempl

exemplaria, ut suprà dixi, manu scripta, in quibus ita de Clodio legitur, talentis ducentis XLVII emit locũ quo habitauit. sensu etiam immutato, quasi aream domus tanti emerit. Sæpe suprà testati sumus exemplaria Pliniana fluxam fidem habere, quod ad numeros quidem & summas pecuniæ pertinet. quid enim simile habet talentum cum sestertio? quãquam & in omnibus auctoribus id genus errati inualuit, ut multis exemplis docuimus. Rursus ut sestertium millies legam apud Tranquillum, adduci non possum, cum ea summa fidem omnino excessura sit, si superficiem operis proportione arcæ æstimandam relinquamus: potiusq; sestertia mille, & apud Plinium sestertijs mille & ducentis probarim, si alterum eligere cogar, etsi omnino minor summa est, quàm ut Plinius inter miranda poneret. Quare nihil constituo, nisi hoc tantũ, quòd hic locus corruptus est. Reliqua uerò ex uetustißimæ lectionis obseruatione sic legenda contenderim: Et si quidem impensæ mouent captos auaritia animos, P. Clodius quem Milo occidit, sestertium centies & quadragies octies domo empta habitauerit: quod equidẽ non secus ac Regum insania miror. Itaq; & ipsum Milonẽ sestertium septingenties æris alieni debuisse, inter prodigia animi humani duco. Vidimus suprà Curionẽ grandi ære alieno liberatũ esse à Cæsare, & hac mercede Rẽp. prodidisse. Hoc æs alienum Valerius sexcenties sestertiũ taxauit, ego mille & quingentis millibus aureorum nostrorum æstimo, id est, quindecies cẽtenis millibus. Milo ultra hanc summã ducẽta & quinquaginta millia aureorum debuit. Ne miremur Pliniũ id inter prodigia humanarũ mentiũ posuisse, tãti hominẽ obstringere se creditoribus in animũ induxisse ea lege, ut pecunijs nõ dissolutis Aes alienum Milonis.

ſolum uertendum eſſet, aut nexum ineundum. Nondum enim ſcripta erat lex ob æs alienũ, quæ eſt in codice Iuſtiniani, in titulo de Actionibus & obligationibus. Domum autem illam Clodius ante paucos menſes quàm à Milone occideretur, de Marco Scauro emerat in Palatio, ut auctor eſt Aſconius in Ciceronis Milonianã. Ne autẽ miremur Milonẽ tantum æs alienum cõflaſſe, idem Aſconius refert Milonẽ eo tẽpore Conſulatus candidatum cum P. Plaucio & Q. Metello Scipione fuiſſe, cum ipſi candidati non ſolum largitione profuſa certatim populare ſtudium emereri contenderẽt, ſed etiam armatis factionibus ſuccincti palam uiderentur. Menſe autem intercalari interfecto iam Clodio, Milonem aduerſariorũ inuidia recreatum, qui curiam incenderãt, integrato impetu Cõſulatum ſolito etiam enixius & audacius petere cœpiſſe, ita ut apertè tributim in ſingulos millia aſſiũ dederit ad fauorẽ conciliandũ. Ex quibus uerbis conijcere licet, immenſam quandam ſummã in eũ ambitũ effudiſſe, cum præter magiſtratũ ſummũ, quem uiuo etiã Glodio petebat, accuſationẽ etiã inſtantem de cæde Clodiana ea renũtiatione redimere populi fauore conaretur. A' qua ſpe cùm decidiſſet, in exiliũ abijt. Mille aſſes, decẽ aureis noſtris ualebãt, quã mercedẽ ſuffragij uiritim repræſentare Milo nõ dubitauit. Nunc ſi quis parcus æſtimator in ſingulas tribus (quæ x x x v. fuerũt) millenos redẽptos ſuffragatores colligat, ad trecenta quinquaginta millia hoc nomine ſumptus euadet. Ob cuius rei infamiã lex ſtatim de ambitu à Pompeio noua & ſeuerior lata eſt. De eo Aſconius ita inquit, Milo damnatus, in exilium Maſſiliam intra pauciſſimos dies profectus eſt. Bona eius propter alieni æris magnitudinem ſemuncia uenierunt. Semuncia uenire

Mille aſſes ualuiſſe aureos decem.

Lex de ambitu

uenire bona ſic dictum eſt, ut addicere nummo, de quo antè diximus: quod perinde eſt ac ſi gratuitò addicerentur. Semuncia enim hoc in loco quartã & uiceſimam partem aſſis nummi ſignificat, quæ ſtipe noſtrate ſextantem Turonici denarioli ualet. Mirari hic rurſus ſubit animoſum corruptorem (ut ſuprà diximus) Cæſarem Dictatorem, de cuius ære alieno libro ſecundo dictũ eſt, qui Paulum Conſulem aureorum nongentorum millium æſtimatione redimere non dubitarit, atq; ea demum lege, ne quid commodaret ei, modò ne quid incõmodaret. Curionẽ Tribunum etiam quindecies cẽtenũm milliũ, ſed eo pacto, ut penè in omnia ſe addiceret, ne ſexcentis millibus aureorum pluris ſeſe indicaſſe Tribunũ quàm Conſulẽ miremur. Profectò non uideo ad hanc ſeu magnificentiã ſeu uecordiã aliquid addi poſſe. Cæſar enim tum ciuis tantum Romanus erat, necdum Dictatura aſſumpta, & ſublato Pompeio animos maiores priuato faſtigio ſuſtulerat. Nam quæ poſt Dictaturam & triumphos deſtinauerat (ut auctor eſt Tranquillus) ſi mors cum non occupaſſet, æquare potuiſſent Alexandri magni incepta. Idẽ Plinius loco ſupradicto de Romanis domibus loquens, Computet (inquit) in hac æſtimatione qui uolet, marmorũ molem, opera pictorum, impendia regalia, & cum pulcherrima laudatiſſimaq; certantes centum domos, poſteaq; eas ab innumerabilibus alijs in hunc diem uictas. Profectò incendia puniunt luxũ, nec tamen effici poteſt ut mores aliquid ipſo homine mortalius eſſe intelligant, uel moralius ut in antiquis. Sed eas omnes duæ domus uicerunt. Bis uidimus urbem totã cingi domibus principum Caij & Neronis, & huius quidem, ne quid deeſſet, aurea. Et paulo inferius, Non patiemur duos Caios, uel duos Nerones, ne hac quidem gloria famæ

Semuncia nũmi.

Semuncia uenire bona.

Cæſar corruptor animoſiſſimus.

Domus Caligulæ & Neronis.

frui, docebimusq; etiam insaniam eorum uictam priuatis
1. Scauri magnificētia portentifica. operibus M. Scauri, cuius nescio an Aedilitas maxime prostrauerit mores ciuiles, maiusq; sit Syllæ malum tanta priuigni potentia, quàm proscriptio tot milliū. Hic fecit in Aedilitate sua opus maximū omniū quæ unquàm fuere humana manu facta, non temporaria mora, uerùm etiam æternitatis destinatiõe. Theatrū hoc fuit, scena ei triplex altitudine, trecentarū L X columnarū, in ea ciuitate quæ sex hymetias nõ tulerat sine probro ciuis amplißimi. Iã pars scenæ è marmore fuit, media è uitro, inaudito etiam postea genere luxuriæ, summæ tabulis inauratis columnæ, ut diximus, imæ duodequadragenûm pedum: signa ærea inter columnas, ut indicauimus, fuerunt tria millia numero: cauea ipsa cepit hominũ L X X X millia, cũ Pompeij amphitheatri, totiens multiplicata urbe, tantoq; maiore populo, sufficiat largè X L millia sedere. Reliquus apparatus tantus Attalica ueste, tabulis pictis, cæteraq; cura fuit, ut in Tusculanã uillã reportatis quæ superfluebant quotidiani usus delicijs, incensa uilla ab iratis seruis
Locus Plinij insignis. concremarentur ad sestertia M. In antiquis nonnullis bina millia sestertia legitur, & Hermolaus, concremarentur bina millia sestertia, legit ex antiquis: quod miror, cũ sestertiûm in genitiuo legi debeat, uel dictio sestertia præcedere hæc duo uerba bina millia, si in recto legatur. Etsi non est is sermo è more antiquo, ut diximus: deinde nõ bina sed duo dixisset Plinius. In antiquißimo est, cõcremaretur ad H S. M. quod ego interpretor sestertium nullies, uel bis millies potius. concremaretur enim singulari numero legitur. Admiratio autẽ Plinij in eo consistit incendio, ut ex uerbis sequentibus apparet: Quando hoc (inquit) certè incendij illius præmium habuit, conuectis ex orbe

orbe terrarum rebus, ut nemo postea par esset insaniæ illi, sed ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset. Ex his enim intelligimus, incensa uilla, colliquefacta signa ærea, & arsisse tabulas pictas immensi precij, & Attalicas uestes, id est tapetas preciosißimos, quales aliquando Neroni quadringenties sestertium constiterunt ad triclinium ornãdum, ut suprà docuimus ex eodem Plinio. Sensus est igitur, eo incendio factum ut res eximiæ ex omni parte imperij Romani conuectæ, igne hauirentur, ita ut nemo postea imitari exemplum tanti spectaculi posset, ac ne ipse quidem Scaurus iterum edere tale posset, si maxime cuperet. hoc enim significant uerba illa Plinij. omnino igitur sestertium millies legendũ est, id est uicies & quinquies centena millia aureorum nostrorum, uel bis millies potius ex plerisq; libris, id est quinquagies centena. alioquin ridiculus esset Plinius, qui Scaurum superasse Caium Plinij locus. & Neronem ingenia luxu & prodigentia monstrifica dixit: de quibus postea dicemus nonnihil, si locus dicendi incurrerit. Verùm ubi legitur, reliquus apparatus tantus Attalica ueste, tabulis pictis cæteraq; cura fuit, legendum censeo, cæteróque choragio fuit: admonitus ab antiquis exemplaribus, in quibus tum uorago legitur, tum corago: & à Valerio lib. II. cuius hæc uerba sunt, Claudius Pulcher scenam uarietate colorum adumbrauit, uacuis antè pictura tabulis extentam, quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Quintus Catulus prætexuit, uel prætexit. Versatilem fecerunt Lucius & Cinna locum, quem argentatis choragijs Publius Lentulus Spinter adornauit. translatum antea Phœniceis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere uestis cultum induxit. Cæterùm ubi legitur, Iam pars scenæ è marmore

more fuit: lego, ima pars, licet exemplaria refragentur. Ipse Plinius alibi eodẽ lib. M. Scauri Aedilitate ad scenam theatri temporarij, & uix uno mense futuri in usu, uiderũt portari silentio legum. Et post duos uersus, Verũ esto indulserint publicis uoluptatibus, etiam ne tacuerunt maximas earũ atq; adeo duodequadragenûm pedum Lucullei marmoris in atrio Scauri collocari? nec clam illud occulteq; factum est. satisdari sibi damni infecti egit redemptor cloacarũ, cum in Palatium extraherentur. Ex his uerbis intelligimus, dissoluto theatro, quod ad unius circiter mensis tempus factum erat, id est quoad ludi finirentur, columnas grandißimas in atrium domus Scauri, quæ erat in Palatio, trãslatas. Atria enim peristylijs constant, ut uidere est apud Vitruuium lib. VI. sicut & caua ædium. Addit hæc Plinius, Nec potest uideri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodã uitæ rudimento. Iam enim Lucium Crassum oratorẽ illum, qui peregrini marmoris columnas habuit in eodem atrio, hymetias tamen, nec plures sex aut longiores duodenûm pedum, M. Brutus in iurgijs ob id Palatinam Venerem appellauerat. Idẽ alibi rursus de ijs loquens qui marmora in domibus habuerunt, Inter hos (inquit) primum (ut arbitror) marmoreos parietes habuit scena Marci Scauri, nõ facilè dixerim, sectos, an solidis glebis politos, sicut est hodie Iouis tonantis ædes in Capitolio. Idem libro trigegesimoseptimo, Gemmas plures (quod peregrino appellant nomine dactylothecam) primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus: diuq; nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam quæ Mithridatis Regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, ut M. Varro alijq; eiusdem ætatis auctores confirmant, multum prælatã Scauri, hoc

Dactylotheca.

hoc exemplo Cæsar Dictator sex dactylothecas in æde Veneris genitricis consecrauit. Et rursus libro XXXIIII, In M. Scauri Aedilitate tria millia signorũ in scena tantum fuere tẽporario theatro. Ex supradictis conijcere licet, non mirabilẽ sed stupendã, non magnificentiã, sed luxuriam, & portẽtosa impẽdia in apparatu ludorũ Scauri fuisse, quorum uix iniri ratio potest præ magnitudine. Fuit autẽ Scauro (ut eiusdẽ Plinij uerbis loquar) uitricus Sylla, & Metella mater, proscriptionum sectrix, & M. Scaurus pater toties princeps ciuitatis, & Marianis sodalitijs rapinarũ prouincialiũ sinus, uel (ut in antiquo legitur) Mariani sodalitij rapinarũq; prouincialium sinus. Metella uxor fuit Syllæ, ut auctor est Plutarchus: quam sectricem proscriptionũ Plinius uocat, quasi impetratricẽ redemptricemq; proscriptionũ quæ sub Sylla factæ sunt. Cui tamen morbo languenti Sylla repudiũ misit, ne felicitas sua luctu uxoris cõtaminaretur, cũ interim ipse epulũ magnificentißimũ populo instauraret decima rapinarum & proscriptionum Herculi pollucenda. Plutarch. in Publicola de tẽplo Iouis Capitolini loquens, quod ter incensum, quartùm à Domitiano extructũ est, tanti deauratum fuisse suo tempore prodidit, ut nullius ciuis Romani priuati hominis census æquare eã impensam potuerit: quippe quod duodecim millibus talentorũ deauratũ sit. sic enim inquit, τούτου τοῦ καθ' ἡμᾶς τὸν μέγιστον ἐν ῥώμῃ τῶν ἰδιοτικῶν πλοῦτον ἐκλογισθέντα, τὸ τῆς χρυσώσεως μὴ τελέσαι ἀνάλωμα λέγεται, πλέον ἢ δισχιλίων καὶ μυρίων ταλάντων γενόμενον. quod tamẽ opus longè minus mirandũ esse domo principis ipsius ait, quæ undiq; auro splendebat. id quod mirũ est Pliniũ & Tranquillũ silentio prætermisisse. Quoniam autem hic liber iustam iam magnitudinem

Metella vxor Syllæ.

nem accepit, & multa nos trãsmittere necesse est, hac ueluti coronide ex Strabone sumpta lib. v. finẽ ei imponemus. Is enim auctor de urbe Roma loquẽs, & de Cæsaris Augusti prouidentia circa eã constituendã: Tanta autem (inquit) aquæ copia per aquæ ductus in urbẽ inuehitur, ut amnes per mediã urbem & per cuniculos influant: omnesq́; ferme urbis ædes, cisternas, sipunculos & salientes habeant redundãtes: quibus in rebus cõficiendis Marcus Agrippa operã bona ex parte nauauit, qui etiã multis alijs operibus Vrbẽ Romam adornauit. Ad summam, prisci illi Romani urbis decorẽ neglexerunt, uidelicet in alijs rebus maioribus & necessarijs magis occupati: recentiores autẽ, & maximè qui memoria nostra fuerũt, ne illis quidẽ ea in cura cesserũt, sed & urbem monumentis per multis & speciosis impleuerũt. siquidẽ Pompeius, & diuus Cæsar, & Augustus, & eius liberi, amici, & uxor sororq́;, omne studiũ in urbe extructis operibus ornanda, sumptũq́; supergreßi sunt: quorũ operum pleraq; habet campus Martius, ὡς δ' εἰπεῖν, οἱ παλαιοὶ μὲν τὴν κάλλους τῆς ῥώμης ὠλιγώρουν, πρὸς ἄλλοις μείζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες, οἱ δ' ὕστερον καὶ μάλιστα οἱ καθ' ἡμᾶς, οὐ δὲ τούτου καθυστέρησαν, ἀλλ' ἀναθημάτων πολλῶν καὶ καλῶν ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν. καὶ γὰρ πομπήιος, καὶ ὁ θειὸς καῖσαρ, καὶ ὁ σεβαστὸς, καὶ οἱ τούτου παῖδες, καὶ οἱ φίλοι, καὶ γυνὴ καὶ ἀδελφὴ, πᾶσαν ὑπερεβάλοντο σπουδὴν καὶ δαπάνην εἰς τὰς κατασκευάς, τούτων δὲ τὰ πλεῖστα ὁ μάρτιος ἔχει κάμπος. De hoc Plinius ita inquit, Agrippa uerò in Aedilitate sua aduecta Virginea aqua, cæterisq́; corriuatis atq; emendatis, lacus DCC fecit, præterea fontes CV, castella centum XXX, cõplura etiam cultu magnifica & operibus: Iis signa CCC ærea aut marmorea imposuit, & columnas

Vrbs Roma aquæ ductibus & extructis operibus mirifice exornata.

nas ex marmore quadringẽtas, eaq́; omnia annuo spatio. Adiecitq́; ipse in Aedilitatis suæ cõmemorationem & ludos undesexaginta diebus factos, & gratuita præbita balnea CLXX, quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedentes aquarum ductus nouißimum impendium operis incohati à Caio Cæsare, & peracti à Claudio. quippe à lapide XL ad eam excelsitatẽ, ut in omnes urbis montes leuarentur, influxere Curtius atque Cæruleus fontes. Erogata in id opus sestertia quingenta quinquaginta quinq; millia. quod si quis diligentius æstimauerit aquarũ abundãtiam in publico, balneis, piscinis, domibus, euripis, hortis suburbanis, uillis, spatiaq́; aduenientis, extructos arcus, mõtes perfossos, ualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandũ fuisse in toto orbe terrarũ. Idem paulo superius, Mirabantur cloacas operũ omnium dictu maximum, suffoßis montibus, atq; ut paulo antè retulimus, urbe pẽsili, subterq́; nauigata. Id Marcus Agrippa fecit in Aedilitate post cõsulatũ, per meatus corriuatis septem amnibus, cursu præcipiti torrentium modo rapere atq; auferre omnia coactis. Insuper mole hymbrium concitati uada ac littora quatiunt: aliquando Tyberis retro infusi recipiunt fluctus, pugnantq́; diuersi aquarum impetus intus, & tamen obnixa firmitas resistit: trahuntur moles internæ tantæ non succumbentibus causis operis. Verùm in loco superiore ubi legitur in impreßis, Præterea fontes CV, in uetusto sapientes legitur: quare salientes lego. sensus enim id exposcit. Vbi autem impressi habent, erogata in id opus sestertia quingenta LV millia: antiqui nonnulli talenta, uetustißimus HS. LV. D. ordine notarũ inuerso. quare sestertium quingenties quinquagies quinquies lego.

Plin. locus restitutus.

GVLIEL

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, À SECRETIS REGIS FRANCIAE, DE Asse, & partibus eius, lib. IIII.



VENTVM iamdiu esset ad finem huius operis, nisi aliarum aliarũq; rerum recordatio subiens identidẽ mihi negocium facesseret. Alter nunc de integro propè instaurandus mihi labor, Persarũ opes expendendæ: qui soli, Romanorũ fortunã ad terminos usq; Alexãdri euadere gestientẽ, retro in occiduã mũdi partem inhibuere: à Romanis etiã ipsi lõgè ad orientẽ summoti. Herodotus Alicarnasseus lib. III. qui Thalia inscribitur, Dariũ Histaspis filiũ, qui post Magorũ cædẽ hinni tu equi ad regnũ Persicũ assumptus est, in uiginti satrapias Persarũ regnũ distribuisse dicit, & præfectos unicuiq; dedisse, & tributa stata fixaq; indidisse ea lege dicta, ut qui argentũ tributi nomine pẽderent, talẽti Babylonij põdere: qui aurũ, Euboici afferrent. Valet autẽ (inquit) Babylonicũ talentũ LXX minas Euboicas. Quare Dariũ apud Persas ob hãc tributi formulã constitutã capelum uerbo græco, id est institorẽ uel negociatorẽ uocitatũ ait. eo autẽ uerbo hominẽ ut quæstuariũ notabãt. Cãbysen uerò despoten, id est dominũ dictũ. Nec Cyrus enim nec Cãbyses tributa ad certã formulã, & præcisam redegerant neceßitatẽ, sed dona tãtũ anniuersaria à Satrapijs accipiebant. Has Satrapias, quas Nomos Herodotus appellat

Darius Histaspis.

Persarum regnum.

Babylonicum talentum.

Cambyses.

appellat uerbo Græco, Plinius præfecturas uertit, Laurentius portiones subabsurdè uocitauit. Herodotus igitur has seu prouincias seu præfecturas ab Hellesponto ad Indiam usq; sigillatim percensens, & quicquid unaquæque quotãnis pensitaret, tandem summam colligens, Quòd si (inquit) Babylonica pecunia ad pondus Euboicum redigatur, fient nouem millia quingenta quadraginta argenti talenta, τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ βαβυλώνιον, πρὸς τὸ εὐβοϊκὸν συμβαλλόμενον τάλαντον, εἶναι τεσσαράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ ἐννεακισχίλια τάλαντα. Aurũ uerò ramentitiũ si terdecies expẽdatur ad argentũ, in summa reperietur ad rationẽ Euboicam esse quatuor millia talentorum, sexcentaq; & octoginta, τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον λογιζόμενον τὸ ψῆγμα, εὑρίσκεται ἐὸν εὐβοϊκῶν ταλάντων ὀγδώκοντα, καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. In Laurẽtij interpretatione mendosè hic locus legitur. Ramẽtũ auri, psegma ab Herodoto dicitur, quasi auream scobẽ dixeris. Quibus (inquit) in unum coactis, fit summa eorũ quæ quotannis colligebantur, quaterdecies millena quingena & sexagena talenta Euboica. Suprà aũt dixit, τὸ δὲ βαβυλώνιον τάλαντον δυύαται εὐβοϊκὰς ἑβδομήκοντα μνέας. Valet autẽ talentũ Babyloniũ septuaginta Euboicas minas. Ex uerbis Herodoti ut scire non possumus quantũ Euboicum talẽtũ fuerit, ita intelligimus minus fuisse Babylonio. Nos in superioribus nonnihil de hoc diximus cũ loca Liuij citaremus ex libris septimo & octauo de bello Maced. Festus Euboicũ talentũ quatuor milliũ denariorũ fuisse dicit Romano nummo æstimatũ. quod si est uerũ, apud Pliniũ lib. XXXV. ubi legitur, Talentum autẽ Atticũ (ut ait Varro) sedecim sestertijs taxatur, legendũ esset Euboicũ. Sedecim enim sestertia, quadraginta

Nomi. i. præfecturæ.

Herodoti locus.

Psegma.

Plinij locus.

draginta minas ualent, & quatuor millia drachmarum. Sed apud Plinium legendũ potius existimo denariûm sex millia, quod olim sic scribebatur. X. VI. M. ex quo sedecim sestertia facta. Millia enim & sestertia ut idem significant, sic eadẽ nota scribebantur. Hermolaus Barbarus in glossematis in Plinium editis, dum auctorũ magis nomenculaturæ quàm rei explicandæ studet, explanandæ huius rei difficultatẽ propè conclamatã reddidit, auctoritatũq; inter se pugnantiũ cõgerie ueritatẽ obruit. Interdũ enim ea culpa summis in ingenijs deprehenditur, ut ambitione instincti, omnia magis consectari, quàm ueri simillimum quodque amplexari cupiant: quasi diligẽtiores se doctioresq; quàm cõsideratiores existimari maluerint. Ego cũ rei obscuræ, & caligine quadã uariantium auctoritatum obductæ, lucem aliquã afferre magnopere laborassem, nihil appositius ad illustrandam eam obscuritatem inueni, quàm quod Pollux in nono de uocabulis rerũ inquit: quod equidem miror ab Hermolao non esse animaduersum, aut certè non explicatũ: ut iudicare possis, forulos quidẽ eum omnes diligenter excussisse, sed uolumina (quod aiunt) ad lucernã Aristophanis nõ semper recognouisse, ac ne Plinium quidem ipsum, in quo tam sese admiratus est, quàm Peleus in machæra gloriabatur, ut est in prouerbio. Vir alioquin & disertus & elegans, & memoriæ suæ columen: nec modò doctrina multiplici, sed etiã stylo graui, licet exultantiore ac licentiore: certè quidem scriptor in quo candidum ingeniũ, & bonam mẽtẽ agnoscas: id quod opinione nostra multis doctis uiris defuit. Cui utinam ipsi longior uita cõtigisset, præclaraq; nunc opera morte eius suppressa nõ desiderarentur, quæ exitura annos abhinc XIIII. audieram cum domi eius pranderem cum homine bene

Hermolaus Barbarus.

bene docto & elegãti Accursio Menerio, qui tunc legatus regius Venetijs agebat. Sed uerba Pollucis hæc sunt loco supradicto, τοῦτο γε μὴν οὐκ ἄκαιρον, ὅτι τὸ μὲν ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς ἀττικάς, τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑπτακισχιλίας, τὸ δὲ αἰγιναῖον μυρίας, τὸ δὲ σύρον πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν ἀττικῆς δραχμῆς λογισμὸν, ὥσπερ οὖν καὶ τὰς μνᾶς τὰς ἀττικὰς, τὸ μὲν ἀττικὸν ἑξήκοντα εἶχω, τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ αἰγιναῖον ἑκατὸν κατὰ ἀνάλογον, ἡ μνᾶ δὲ ὡς παρ' ἀθηναίοις ἑκατὸν εἶχον δραχμὰς ἀττικὰς, οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις τὰς ἰδιοχωρίους, δυναμένας πρὸς λόγον τοῦ καθ' ἕκαστον ταλάντου κατά τε προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν. Hoc autem non absurdũ erit dicere, quòd talentum Atticum Atticas drachmas ualebat numero sex millia, Babyloniũ septem millia, Aeginæum decem millia, Syrium mille & quingentas, duntaxat ineunda ratione secundũ drachmæ Atticæ modum: quippe ea ratione qua Atticum talentum sexagenas minas, Babylonium septuagenas, Aeginense centenas proportione capiebat. Porrò mina ipsa ut apud Athenienses centenas habebat drachmas, sic apud alios quoq; totidẽ suas cuiusq; gentis, quæ pro ratione cuiusque talenti plus minúsue ualerent augmento uel decremento. Ex his Pollucis uerbis ad formulã unam omnia propemodum genera talentorum minarumq; redigere possumus. Quomodo enim Atticum talentũ sexagenas minas Atticas capit, & mina Attica centenas suas drachmas: sic Babyloniũ sexagenas minas Babylonias, quæ centenas ipsæ drachmas uernaculas capiunt: & Aeginense talentũ totidem minas Aeginẽses: & Aegineticæ rursus minæ, centenas drachmas Aegineticas. Sic libra nostra nummaria duplex est: Parisina, & Turonensis. Parisina quinq; &

De talento dictum Pollucis memorabile.

Talẽta omnia ad formulã v. nam redacta.

Atticũ talentum.

Libra Parisina, & libra Turonensis.

uiginti solidorũ est: Turonensis, uiginti. Quod ideo fit, quia uiginti solidi Parisienses æquales sunt æstimatione quinq; & uiginti Turonensibus. quare utraq; libra uicenaria est, sed solidus tãtum refert, ut drachma apud priscos. Verumenim uero ut Babyloniũ talẽtum proportionem ephectã, id est sesquisextã, uel (ut alij loqui malunt) supersextam ad talentũ habet Atticum (sexta enim parte hoc ab illo superatur) sic drachma Babylonia Atticam drachmã sesquisexta proportiõe superat. Et ut Aeginẽse talentum proportionẽ superpartientẽ ad Atticum talentum habet, utpote quod semel id capiat, & duas insuper eius partes (ita enim sese habet centenarium talentum ad sexagenarium) sic eandẽ quoq; proportionem Aeginæa drachma ad Atticam drachmã habet. Hoc autem ex alio eiusdẽ auctoris loco probari potest, qui cũ quodam in loco ita dicat, ἡ μὲν δραχμὴ εἶ χων ὀβολὸς ἕξ, id est, & drachma quidẽ obolos senos habebat: aliquanto pòst ita subdit, ἀλλὰ μὴν τὴν μὲν αἰγιναῖαν δραχμὴν μείζω τῆς ἀττικῆς εἶναι, δέκα γὰρ ἀττικὸς ὀβολὸς ἴσχυεν, ἣν οἱ ἀθηναῖοι παχεῖαν δραχμὴν ἐκάλουν, μίσει τῶν αἰγινητῶν, αἰγιναῖαν καλεῖν μὴ θέλοντες. Atqui Aegineticam drachmã maiorem Attica fuisse adnotandũ est: ut quæ denos obolos Atticos capiat, quos Attica tantũ senos: quare Athenienses crassam eã drachmam uocabant, odio Aeginetarũ Aeginæam uocare grauati. Ex dictis apparet tantã habere proportionẽ decem obolos ad sex, quantam centum minæ habent ad sexaginta: & ea est analogia talenti Aeginæi ad Atticum talentum. Hoc Hermolaus cum nõ ignorauerit, tamen non explicuit ubi de talento loquitur, citandis (ut diximus) auctoribus magis quàm rei enarrandæ intentus. Verùm Herodotus primæ præfecturæ quadringenta talenta

lenta argenti attribuit, secũdæ quingenta, tertiæ trecenta sexaginta, quartæ quingenta, quintæ trecenta quinquaginta, sextæ septingenta, septimæ centũ & septuaginta, octauæ trecenta, nonæ mille, decimæ quadringenta quinquaginta, undecimæ ducenta, duodecimæ trecenta sexaginta, tertiæ decimæ quadringenta, quartædecimæ sexcenta, decimæquintæ ducẽta quinquaginta, decimæsextæ trecenta, decimæseptimæ quadringenta, duodeuicesimæ ducenta, undeuicesimæ trecenta: quorũ summam nõ colligit, sed supputata ratione inuenio septẽ millia septingenta quadraginta talenta in summa esse. Atqui si talentũ Babylonium proportionẽ habet ephectam ad Atticum talentum: septẽ millia septingenta quadraginta talenta Babylonia, Attica ualent talenta nouẽ millia & triginta. Si enim hanc summam, id est nouẽ millia & triginta partiaris septenario, numerus partiens erit mille ducẽta & nonaginta, quot talentis crescit summa ad Atticum modum relata. At Herodotus Euboica fieri talenta tradit nouem millia quingenta & quadraginta, quæ summa maior est Atticorum talentorũ summa quingentis & decem. Ita fit planum, talentũ Euboicum minus esse talento Attico tribus ferè minis & triente. Hoc autẽ promptũ est sic colligere: fac ut singulis illis talentis sexagenarijs, id est Atticis (quæ nouẽ millia & triginta esse diximus) ternæ minæ cũ triente, id est tribus & triginta drachmis & tertia parte drachmæ decedant: fient utiq; in summa ter nouies millia minarũ, id est septẽ & uiginti millia & nonaginta, & pro triẽte minæ, ter millia minarum & decem præterea. Hunc numerũ triginta millium minarũ & centum, si sexagenario partiaris, quingenta talenta & unũ confient, hoc est quingenties semel sexagenæ minæ, & se-

Talentum Euboicum.

xagies quingenæ singulæ, quod perinde ualet, et insuper quadraginta minæ. Sic fiunt Euboica nouē millia & quingenta talenta & præterea unū & triginta cum quadraginta minis. Rursus ex talentis illis quingētis & uno ternæ minæ cum triente in singula decedant necesse est, quia Attica id est sexagenaria pro Euboicis fecimus. fiunt deceßionis mille & sexcentæ. At uerò ex Herodoti summa decem talenta Euboica restabant, quæ quingētas & septuaginta circiter minas ualent. Quòd si talentū Euboicū minus Attico fuisse tribus minis & quadrante ponamus, trecentæ tantum minæ & quadraginta excurrent, id est circiter sex talenta. Et hac una ratiōe, quantū quidē obseruarim, iudicare possumus quantū talentum Euboicum fuerit. Omnino autem talentū Euboicum proximè ad Atticum accedit: quod quia quātū esset, satis superq; deprehensum, dōprehensum, perceptumq; habemus, et omnino compertum: cætera quanta fuerint, parū huius operis referre puto: etsi id inquisiuisse iuuat propter operis diuerticula, quæ uelut πάρεργα destinato argumento appingentur oblectamenti causa. Age uideamus quid ultrà dicat Herodotus de tributis Persicis, Indi (inquit) ut sunt multitudine multo numerosißima omnium quos nouimus hominum, ita tributū conferebant aliorum comparatione maximum: trecēta scilicet & sexaginta psegmatis talenta, id est aurei ramenti. Ramentū auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodē auctore Chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad uerbum aurea arena dicitur lib. xi. codicis Iustiniani. Aurum autem ramentitium (inquit ille) inuenitur esse talentûm Euboicorū quatuor millium sexcētorum & octoginta, si ita ratio ineatur, ut psegma terdecies tanto argenti rependatur. hoc enim significat uerbum

Ramentum. Chrysitis. Chrysammos.

τρισκ

τρισκαιδεκαςάσιον, quod unius literæ immutatione in libris impreßis aliud significat. Laurentius eius loci intelligentiam parū assecutus uidetur, nisi sit error impressorū: & alioquin numerus in eius interpretatiōe corruptus est: quod & ex Græco cōtextu & ex calculo deprehenditur, τὸ δὲ χρυσίον (inquit Herodotus) τρισκαιδεκαςάσιον λογιζόμενον τὸ ψῆγμα, εὑρίσκεται ἐὸν εὐβοεικῶν ταλάντων ὀγδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. Si enim terdecies trecenta sexaginta multiplices, quatuor millia sexcēta et octoginta in summa inuenies. Meminisse aūt oportet id quod Herodotus antè dixerat, edicto Darij cautū esse ut aurum Euboico pondere pensitaretur: alioquin nō conueniret summa, si Babylonia talenta psegmatis intelligerentur, & psegma tredecies argento repensile. Congruit autem quod sequitur, numero à nobis posito, τούτων οὖν πάντων συντιθεμένων τὸ πλῆθος εὐβοϊκὰ τάλαντα συνελέγετο ἐς τὸν ἐπέτειον φόρον δαρείῳ, μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα. His igitur omnibus in unū coagmentatis, Euboica talenta numero quatuordecim millia quingenta sexaginta annuo tributo colligebātur. Quòd si Reges Persarū quaternadena millia & quingena talenta uel Attica uel Euboica ex Asia tantū, & paucis locis Libyæ tributorū nomine percepisse dicūtur, quæ nos ad octogies quinquies cētena millia aureorum nostrorū ut minimū æstimamus, quantū Romani imperij dicemus esse redditū? Præsertim cum extra eas præfecturas Persis ipsa dominatrix immunis relicta esset. sic enim inquit Herodotus, ἡ περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται δασμοφόρος, ἀτελέα γὰρ πέρσαι νέμονται. Persidis autem regio una à me inter stipēdiarias dicta nō est. Persæ enim immunes agros colunt. Aethiopes autem &

Herodoti locus.

Colchi & alij quidã populi munera in Persidẽ quotãnis afferebant: inter quos insignis est pensitatio Arabum, qui millena quotãnis talẽta thuris afferebãt. Sed et recentioribus seculis aucta erãt tributa prorogatiõe imperij Persici facta, ut auctor est Herodotus. Quare quod apud Plutarchũ in Põpeio latino facto antehac legebatur de uectigalibus & tributis imperij Romani post triũphũ Ponticum, merito à nobis reprehensum est ut mendosum lib. superiore. Iã primùm Antiochus ex fœdere cũ L. Scipione icto, omnibus urbibus agrisq; excesserat cis Taurũ montem usq; ad Tanaim amnẽ, & à ualle Tauri usq; ad iugà quà in Lycaoniam uergit, ut tradidit Liuius lib. VIII. de bello Macedonico: quanquã apud Liuiũ Tanaim mẽdose legi puto, et pro eo restituẽdũ esse Halym. Notũ est enim ex Herodoto in primo, Halym fluuiũ confiniũ olim fuisse Lydorũ & Medorũ imperij. Meminit etiã Plinius Halyos fluminis in sexto, à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociãq; decurrentis. Ab his autẽ finibus ad Hellespontũ Asia est propriè dicta, à mari Aegæo & Pontico ambiẽtibus in peninsulã cõformata, intra quã Lydij regni fines circumscribũtur, unde Crœsi circunfluentes diuitiæ in prouerbiũ cesserunt. In ea Asiæ parte Herodotus tres præfecturas ponit, millena ducena sexagena Babylonia talenta annuo tributo pẽsitantes, quæ ratiõe Attica millena & quadringena & septuagena ualent, ære autẽ nostro octingena et octuagena bina aureorũ millia. Romano more sestertiũ trecẽties quinquagies bis paulo plus dicitur. Atqui apud Plutarchũ legitur ante triũphũ Pompeianũ uniuersa populi Romani tributa quinquagies decies centena millia fuisse: cũ ijs uerò quæ Põpeius Populo Ro. in ea expeditiõe quæsiit, octuagies quinquies decies centena

Imperium Pom. Ro.

Asia proprie dicta.

centena millia fuisse. Prior summa quingẽties sestertium dici latinè potuit, id est, mille & ducenta quinquaginta millia aureorũ. Altera trecẽties & quinquagies sestertiũ priori summæ addidit, ut fuerint uniuersa populi Ro. uectigalia & tributa cũ augmento triũphi Pompeiani, uicies semel centena uicenaquina millia aureorũ nostrorũ, cũ Pompeius imperio populi Ro. adiecisset Ciliciam, Syriam, Phœniciã, Palæstinẽ, Iudæam, Mesopotamiã, Cappadociam, Armeniã, Colchidem, Iberiã, Albaniã, Scythas, & Arabiæ partem. A Cilicia autem Phœnicia & Syria Palestinæ usq; ad fines Syriæ & Aegypti octingenta quinquaginta talenta Dariũ tulisse quotannis Herodotus tradit: à reliqua Syria & Mesopotamia, non minus quingẽtis, quæ ad Atticam rationẽ relata, octingenta decem millia aureorũ nostrorũ ualent. Ita paucæ prouinciæ summam illam quæ apud Plutarchum legitur, pendere populo Romano potuerũt, absq; Cappadocia, Armenia, Colchide, Iberia, Albania, & Scythis, & Arabia, quas inter stipendiarias non numero. Quapropter Pompeius pro concione gloriatus est (ut auctor est Plin. lib. VII.) Asiam se ultimã prouinciarum accepisse, eandemq; mediam patriæ reddidisse: de Asia Cherroneso, id est, peninsula loquens) quã propriè Asiam esse uocitatam diximus) Lydiorum olim regno, nunc Turcarũ imperio. Hæc ab Antiocho, bello Asiatico ablata fuerat: & ei postea Pompeius illas prouincias adiecit. Nunc si iam dictis Peloponnesum, Helladem, insulas Cycladas, Sporadasq;, atq; uno nomine Græciã, Thessaliã, Epirũ, Macedoniã, Illyricum, Italiã omnẽ, Siciliam, Sardiniã & Corcyrã, & superi inferiq; maris insulas, populos Alpinos et Narbonensem Galliã, cum citeriore ulteriореq; Hispania, &

Cherronesus.

Africam adiecerit (hæc enim omnia iam tum sub ditione Romana regebantur) quã summã tributorum colligere debeamus, æstimandum lectoribus relinquimus. Meritò ergo illam Plutarchi summã ad drachmas Atticas non ad nummos sestertios referendã censuimus: qua ratione quadruplicata redit summa: quanquã eo tempore nec Aegyptus, nec reliqua Gallia, nec Britãnia, nec Germania Pãnoniaq; imperio Romano parerent. Diximus suprà de statu imperij sub Augusto. Appianus autẽ, quẽ latinè tantum uersum uidere nobis contigerat eo tẽpore quo hæc primùm edidimus, in præfatione historiæ, terminos Romani imperij sub Hadriano principe, quo tẽpore ipse historiam scripsit, latè describẽs, ponit terminos ab Herculeis columnis ad Aethiopas orientales, quod ad Libyam pertinet: Asianæ autẽ ditionis terminos facit Euphratem fluuiũ, & Caucasum montẽ, maioris q; Armeniæ principium, & Colchos ad Euxinum pontũ habitantes. In Europa autẽ Rhenũ & Histrũ fines Romani imperij fuisse dicit. Omnes autẽ insulas quæcunq; intra mare interius sunt sitæ, Cycladas, Sporadas, Hyadas, Echinadas, & quæcũq; magnæ dicũtur à Græcis circa Libyam, Ioniam, Aegyptum, Myrtoũ uel Siculũ, & aliud quocunq; nomine mare dictũ, Romano imperio paruisse tum affirmat. Romanos autẽ Regibus exactis usq; ad septingentesimũ annũ sub statu populari & ciuili, qui politia græcè dicitur, imperiũ suũ propagasse, quoad Caius Cæsar qui Dictaturã perpetuã susceperit, Republica oppressa, & in potestatem suã redacta, reuera principẽ egit, licet nomen Reip. antiquari noluerit: à quo tempore ad Appiani historiam ducẽti paulo minus anni intercesserũt, quibus Romanũ imperiũ unius semper arbitrio rectum est, perinde atq;

Termini imperij Rom. Appianus ęqualis Hadriani principis fuit.

Imperium Romanum ad monarchiam deuenit.

atq; in regno fieri solitum est: hoc tantũ interest, quòd regio nomine principes abstinuerunt, Imperatores se dici contenti, quo nomine temporarij duces Romani populi censebantur, nempe annua potestate creati. Eo autẽ spatio ducentorũ annorũ rem Romanã mirum in modũ creuisse dicit, suoq; tẽpore eam hominũ expectationẽ fuisse, ut porrò progressura uideretur, blandiente magis magisq; in dies rerũ successu. Καὶ ἔστιν ἥδε ἡ ἀρχὴ μέχρι νυῦ ἐφ' ἑνὶ ἄρχοντι, ὃν βασιλέας μὲν οὐ λέγουσιν, ὡς ἐγὼ γε νομίζω, τὸν ὅρκον ἀιδέμενοι τὸν πάλαι· αὐτοκράτορας δὲ ὀνομάζουσιν, ὃ κὴ τῶν προσκαιρῶν στρατηγῶν ὄνομα ἦν, εἰσὶ δὲ ἔργα τὰ πάντα βασιλέως. καὶ ἔστιν οἷς μὲν τοῖς αὐτοκράτορσιν ἐς τὸν παρόντα χρόνον ἐγκύπτη διακοσίων ἐτῶν ἄλλων ἐν οἷς ἥτε πόλις μάλιστα κατεκοσμήθη, κὴ ἡ πρόσοδος ὧδε πολὺς ἐξέθη· κὴ πάντα ἐν εἰρήνῃ μακρᾷ κὴ δυσαθῆ προῆλθεν εἰς δύναμιν ἀσφαλῆ. Eam tamen Romanis mentem fuisse, ut nominis sui famam propagare inter Barbaros, magis quàm terminos prorogare imperij sui cuperent, uidisseq; se nonnullarum gentiũ legatos ad Imperatorem cũ potestate missos, ut gentem suam quisque Romano imperio dederent, nec tamẽ admissos, quòd Romanus Imperator sua interesse non arbitraretur feris & inopibus imperare populis. Nam & eorũ qui imperio parerent aliquos plus incommodi quàm commodi afferre: sed quos derelinquere atq; abijcere pudet, in eos etiã de suo erogant. κὴ τῶν ἠπείρων ἐθνῶν προσαναλίσκουσιν, ἀιδέμενοι κὴ τὸ ἀφ' ὧν ὠφελοῦσιν ἐλάσσω ὄντας. Plurimi etiã eorũ qui dicto Romanis audientes non essent, Reges tamen & principes à Romanis petere solitos & accipere. Magnitudinẽ uerò Persarum imperij percẽsens, quod ex Assyriorum, Medorum, Persarũq; regnis coaluit, nequaquam cum dimidio

Principes Romani regio nomine abstinuerunt.

midio imperij Ro. comparari iure posse contendit. Nam imperium Alexandri (quod celerius aleæ iactu uel fulgetræ potius emicantis, in modum inusitatum, & in gradũ nulli alij imitabilem euasit) in membra distractũ est mortuo statim Alexandro. Suis uerò regibus solis, id est, Aegypti, scribit peditum equitumq; & apparatus terrestris ac maritimi ingentes copias fuisse, & Aegyptiorum talentûm quatuor & septuaginta millia in thesauris condita. Sic enim in exemplari latino scriptũ est, quod circumfertur: quare uerba ipsius Appiani adscribenda cẽsui. ὠδὶ δὲ ἀλεξάνδρου μεγέθειτε καὶ πλήθει καὶ εὐτυχίᾳ καὶ ταχυδρομίᾳ διαλάμψασα ἡ ἀρχὴ, καὶ ὀλίγου δεῖν εἰς ἄπειρον καὶ ἀμίμητον ἐλθοῦσα, διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ χρόνου προσεοικεῖα ἀστραπῇ λαμπρᾷ, ἧσγε καὶ διαλυθείσης εἰς πολλὰς σατραπείας ὠδὶ πλεῖστον ἐξέλαμπε τὰ μέρη. Deinde enumeratis copijs ad usum belli terrestris, quas ducenta millia peditum fuisse dicit, & quadraginta equitum, elephantos bellatores trecẽtos, currus præliares ad duo millia, armorũ ad supplementũ trecenta millia, ad bella autẽ naualia, nauigia actuaria aliaq; minora duo millia, triremes ab hemiolijs ad quinqueremes mille & quingentas, & alia ad nauigationes amœnas, & uoluptatis gratia cõparatas, & ad ostentationẽ octingenta, ad extremum ita subdit: χρήματα δὲ ἐν τοῖς θησαυροῖς τέσσαρες καὶ ἑβδομήκοντα μυριάδες ταλάντων αἰγυπτίων. ἐς γὰρ δὴ τοσοῦτο παρασκευῆς τε καὶ στρατιᾶς, ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀναγραφῶν φαίνεται προαγαγόντε καὶ καταλιπὼν ὁ δεύτερος αἰγύπτου βασιλεὺς μετ' ἀλέξανδρον, ὃς καὶ πορίσαι δυνατώτατος ἦν βασιλέων καὶ δαπανῆσαι λαμπρότατος, καὶ κατασκευάσαι μεγαλουργότατος. In numerato uerò in thesauris erãt quatuor & septuaginta myriades talentorũ ægyptiorũ.

tantum

tantum enim apparatum, ac tam amplas opes fuisse, ex actis & cõmentarijs apparet secũdi ab Alexandro regis, qui & ad annuos redditus potentißimus, & ad sumptus splendidißimus, & ad opera faciẽda magnificentißimus omniũ regum fuit. Hactenus Appianus. Quatuor & septuaginta myriades Romano sermone septingẽta & quadraginta millia dicuntur. Quod si emendatè legitur, talentum Aegyptiũ minimũ fuisse intelligere debemus ex ijs quæ infrà commemorabimus. Redditus uerò imperij Ro. nec dicere quisquã (ut opinor) nec animi certa coniectura assequi potest, nec aliquis scriptorũ aliquid de ea re tradidit quod magnopere memorandũ sit. Sed nec semper eadem ratio fuit, sed alia atq; alia pro cõditione tẽporũ. Si tamẽ de hac re cõmentari quenquã iuuat primum hoc scire oportet, ærariũ Romanũ ex uectigalibus & tributis cõstitutũ fuisse, quomodo & hodie nostrũ. Vectigalia triũ generũ fuerũt, ex agrorũ cultu, ex merciũ traiectu, & ex pascuis. Primũ decimæ, alterũ portoriũ, tertiũ scriptura appellabatur: & præter hæc salariũ. Cicero de imperio Cn. Pompeij, Nã in cæteris rebus cũ uenit calamitas, tum detrimentũ accipitur: at in uectigalibus nõ solũ aduentus mali, sed etiã metus ipse affert calamitatẽ. Ham cum hostiũ copiæ non longè absunt, etiã si irruptio nulla facta sit, tamẽ pecora relinquũtur, agricultura deseritur, mercatorũ nauigatio cõquiescit. Ita neq; ex portu, neque ex decimis, neq; ex scriptura, uectigal conseruari potest. Quo tandẽ animo esse existimatis aut eos qui uectigalia uobis pensitant, aut eos qui exercent atq; exigunt, cum duo Reges cum maximis copijs propè adsint? cũ una excursio equitatus perbreui tempore totius anni uectigal auferre poßit? cũ publicani familias quas in salinis habẽt,

Aerarium Romanum ex tribus generibus redditus constitutum.

quas

quas in agris, quas in portubus atq; custodijs magno periculo se habere arbitrentur? Salinas Ancus Martius Romanorum Rex tertius instituit, ut auctores sunt Liuius & Plinius. Sed salarium uectigal Liuius in Censura cõmentus est, ob id Salinator postea dictus, ut auctor est Liuius lib. undetrigesimo. Tributa autem pro modo census cuiusque conferebantur: cuius rei tenuia documenta apud scriptores reperiũtur, quantũ equidẽ meminerim. Liuius lib. IX. de bello Maced. de Censura Catoniana loquens, In cẽsibus quoq; accipiẽdis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamẽta & uestem muliebrem, & uehicula quæ pluris quàm quindecim millium æris essent, in censum referre uiatores iussit. Itẽ mancipia minora annis XX, quæ post proximum lustrum X millibus æris aut eo pluris uenissent, uti ea quoq; decies pluris quàm quãti essent æstimarentur, & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. Attribuerẽtur hoc loco significat tributi nomine statuerẽtur. Ergo Cato deterrere uolens homines à luxu, pluris decies delicatam uestem & uenusta mancipia, quàm quanti uendi possent, æstimauit, & in æris singula millia ternos asses tributi cõstituit. Tacitus lib. XIIII. Eodem anno crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorũ arguentis, dubitauit Nero an cuncta uectigalia omitti iuberet, idq; pulcherrimũ donũ generi mortaliũ daret: sed impetum eius multũ prius laudata magnitudine animi attinuere Senatores, dissolutionẽ imperij docendo, si fructus quibus Resp. sustineretur, diminuerentur. quippe sublatis portorijs, sequens ut tributorum abolitio expostularetur. temperandas planè publicanorum cupidines: ne per tot annos sine querela tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam uerterent. Ergo cõdixit

Salinator unde dictus.

Tributũ Romę pro modo census conferebatur.

Attribui

princeps, ut leges cuiusq; publici occultæ ad id tẽpus, proscriberentur: omissas petitiones non ultra annũ resumerent: Romæ Prætor, per prouincias qui pro Prætore aut Consule essent, iura aduersus publicanos extra ordinem redderẽt: militibus immunitas seruaretur, nisi in ijs quæ ueno exercerẽt: aliaq; admodum æqua: quæ breui seruata, dein frustra habita sunt: manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæq;, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Temperata apud transmarinas prouincias frumẽti subuectio: & ne censibus negotiatorum naues adscriberentur, tributumq; pro illis penderent, constitutũ. Nonnihil etiam de hoc dicitur in l. Forma, in titulo de censibus, in Pandectis. Strabo de Britannia loquens lib. IIII. quam uectigalem sub Augusto factam fuisse dicit, τέλη τε ὕσους ὑπομένουσι βαρέα τῶν τε εἰσαγομένων ὑπὸ τὴν κελτικὴν καὶ τῶν ἐξαγομένων. Vectigalia etiam sic tolerãt grauia earum rerũ quæ in Galliã importantur, aut quæ inde exportantur. Et rursus, Ita nullo iam præsidio ad insulæ custodiam opus est. non enim una plus legione opus est ad exigenda ab eis tributa. Constituta autem erat omnis impensæ ratio exercitui pro modo tributorum: alioquin minui necesse erat uectigalia, si tributa insuper imperarentur. Quod si uis inferretur, periculum esset ne ad defectionem solicitarentur. Sic enim illa Strabonis uertenda mihi uerba uisa sunt, ἐς ἴσον δὲ καθίσταλο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῆ στρατείᾳ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν, ἀνάγκη γὰρ μηδὲν τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων. ἅμα δὲ καὶ κινδύνους ἀπαλλάττ τινὰς βίας ἐπαγομένης. Age citanda una auctoritas insignis ad coniecturam faciendam in uniuersas opes Romani imperij. ea erit ex eodem auctore lib.

re lib. XVII. quo in loco Strabo ostendere uolens magnitudinem reddituum eius prouinciæ, ita inquit, τῆς αἰγύπτου δὲ τὰς προσόδους ἔν τινι λόγῳ κικέρων φράζει, φήσας κατ' ἐνιαυτὸν ὦν ἀλκλεοπάτρας πατρὶ ὦν αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων δισχιλίων πεντακοσίων, ὅπου οὖν ὁ κάκιστα καὶ ῥαθυμότατα τὴν βασιλείαν διοικῶν τοσαῦτα προσωδεύετο, τί χρὴ νομίσαι τὰ νῦν διὰ τοσαυτῆς ἐπιμελείας οἰκονομούμενα, καὶ τῶν ἰνδικῶν ἐμπορεῖον καὶ τῶν τρωγλοδυτικῶν ἐπηυξημένων ἐπὶ τοσοῦτον;

Aegypti redditus.

Aegypti autem (inquit Strabo) redditus, Cicero quadam in oratione eleganter explicans, Auletæ patri Cleopatræ dicit talenta duodecies millena & quingena quotannis ex Aegypto obuenisse. Quare si is Rex, qui & dissolutißimè & nequißimè regnum administrauit, tantũ annuæ obuentionis habuit ex Aegypto, quid nunc existimare conuenit, quantiq; æstimare redditum eiusdẽ prouinciæ tanta prouidentia administratæ, præsertim Indicis negotiationibus & Troglodyticis usq; adeo adauctis? deinde hæc addit, Siquidem superiore tempore ne uiginti quidẽ nauigia Arabicũ sinum penetrare ausa sunt, ut proras quidẽ nauiũ extra angustias illas exererent: at nunc & classes ingentes ad Indiã usq; uela faciũt, & ad extrema Aethiopiæ, ex quibus merces pretiosißimæ importantur, & inde rursus in alia loca transmittũtur. Ita duplex inde uectigal cogitur, mercibus scilicet importandis, & exportandis. Atqui eorum quæ magno ueneũt, magnum quoq; uectigal est, ὥστε καὶ τὰ τέλη διπλᾶ συνάγεται, τὰ μὲν εἰσαγωγικὰ, τὰ δὲ ἐξαγωγικὰ. τῶν δὲ βαρυτίμων, βαρέα καὶ τὰ τέλη. Adde etiam (inquit) quòd Alexandria supradictarũ merciũ unũ est receptaculum, ita ut sola plerunq; eiusmodi merces uenditet, & exteris suppeditet.

καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλίας ἔχει. μόνη γὰρ ἡ ἀλεξάνδρεια τῶν τοιούτων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὑποδοχεῖόν ἐστι, καὶ χορηγεῖ τοῖς ἐκτός. Quæ sint eiusmodi merces, ignorare nemo potest qui legem ultimam legerit tituli de publicanis in Pandectis: propter quas institutum est uectigal Rubri maris, ut apud Pliniũ legimus. Ptolemæus, pater Cleopatræ fuit ultimæ Aegypti reginæ, qui omnibus flagitijs inquinatus, etiam tibicinũ artẽ exercuit, ob quã cognomentum auletæ, id est, tibicinis meruit. Hic ob nequitiam & facinorosam uitam ab Alexandrinis exactus, à Gabinio duce Romano, qui tum Syriam obtinebat, reductus est: quo nomine Gabinio lis decem millibus talentûm æstimata est accusante Memmio, ut ex oratione Ciceronis pro Rabyrio Posthumo in præcedentibus diximus. Pœnæ tamẽ capitali ereptum eũ significat Valerius lib. VIII. in principio. Cæterùm in qua oratione Cicero hoc dixerit, quòd Ptolemæus duodecies millena & quingena talenta ex Aegypto quotannis percipiebat, nescio, nisi in hac eadẽ pro Rabyrio loco aliquo mutilato, uel in ea oratione quæ nõ extat, quã pro Gabinio habuit, cui olim infensißimus, postea reconciliatũ se dicit, his uerbis, Mihi hæc Cai Memmi causa defendendi Gabinij fuit recõciliatio gratiæ. Neque uerò me pœnitet mortales inimicitias habere. Verùm duodecim millia & quingẽta talẽta Attica (Attica enim hic intelligo, ut ex superius de hoc à me dictis apparet, non Aegyptia, quæ quadrante Atticis maiora sunt) septuagies quinquies cẽtena millia aureorũ nostrorũ ualẽt: quibus si augmentũ addas ex Strabonis sentẽtia, fortasse cẽties cẽtenis millibus redditũ annuũ Aegypti iure æstimare poteris. Sed operæ pretiũ facturus mihi uisus sum, si rationem administrandæ eius prouinciæ sub Augusto &

Auletes.

Quomodo administrarẽtur prouinciæ sub Augusto.

Tyberio prosequerer ex eodē auctore. De Actiaco enim bello loquens ab Augusto cōfecto, & Antonio & Cleopatra captis, Aegyptū ab eo dicit in prouinciæ formā redactā his uerbis, ἐπαρχία ἡ νῦν ἐστι, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων ἡ ἀνδρῶν διοικουμένη, τῶν πεμπομένων ὑπάρχων ἀεὶ. ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς, τὴν τῶν βασιλέως ἔχει τάξιν. ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν χρίσεων κύριος. ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος, λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. παρέπονται ἡ τούτοις ἀπελεύθεροι καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. Nūc aūt prouincia est, tributa pendēs memorabilia, à uiris eiusmodi administrata, qui sibi temperare nouerūt: quiq; semper rectores ad eā cū potestate mittuntur. Qui uerò recturus mittitur, is uicem Regis obtinet, sub eoq; est is qui Dicæodotes dicitur, id est, iura reddēs, in cuius potestate ferè sunt iudicia. Est & alius magistratus qui idios logos, i. priuata ratio dicitur, earū rerū indagator, quæ adespotæ græcè dicūtur, i. assertorē nō habētes, uel nullius dominio mancipatæ, & omnino earū rerū quæ in Cæsarē recidūt. Horū uelut asseclæ sunt liberti Cæsaris & dispensatores, quibus maiora minoraq; negotia permittūtur. His uerbis procurator priuatæ rationis dicitur, qui ea persequitur quæ fisco obueniūt, non quæ ærario & populo, uel priuato principis patrimonio. Ex quo patet propriè esse hoc uerbū usurpatū in lege Procurator, in titulo De edendo, in codice Iustiniani, licet aliter Accursius opinatus sit. Adespota autē appellat quæ etiā Hermæa dici possent, uulgo Albana Spauaq; dicuntur. Deinde idē auctor enumeratis copijs militaribus quæ ad eā prouinciā tuendā statutæ sunt, τῶν δ' ἰδιοχωρίων ἀρχόντων

Dicæodotes.
Idios logos, priuata ratio.
Adespota & res adespotę.
Priuata ratio.
Adespota.

τῶν, ὅ τε ἐξηγητής ἐστι κατὰ τὴν πόλιν, πορφύραν ἀμπεχόμενος, καὶ ἔχων πατρίους τιμὰς, καὶ ἰδιομέλειαν τῆς πόλεως χρησίμων, καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος, καὶ ὁ ἀρχιδικαστής. τέταρτος ἡ ὁ νυκτερινὸς στρατηγός. Inter municipales autē magistratus est qui exegetes dicitur, quasi sacrorum interpres, uel augur in urbe, purpuram gestans, & alijs honoribus prouincialibus insignis, earū rerū procurationem habens, quæ ciuitati conducūt. Est etiā qui hypomnematographus, id est, à cōmentarijs dicitur, & qui iudicibus præest, ob id archidicastes appellatus, & quartus Prætor nocturnus. Cicero pro imperio Cn. Pōpeij de uectigalibus Romanis ita inquit, Nā cæterarū prouinciarum uectigalia Quirites tanta sunt, ut his ad ipsas prouincias tutandas uix cōtenti esse poßimus: Asia uerò tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorū, & uarietate fructuū, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerū quæ exportātur, facilè omnibus terris antecellat. Plinius auctor libro tricesimotertio post Persen Regē Macedoniæ deuictū, & gazam eius in ærariū illatā, populū Romanum tributa pendere desijsse. Quæ tamen postea restituta esse ex eo cōijcio, quod Cicero in secūda Philippica dixit, Vbi est septies millies sestertiū quod in tabulis quæ sunt ad opis, petebatur? funestæ quidē illius pecuniæ, sed tamē si ijs quorū erat, nō redderetur, quæ nos à tributis poßit uindicare. Vbi patebat legēdū puto. Non omittēdū & id quod idē Strabo lib. VI. tradidit, Romanos initio plurimā Africæ & Asiæ partem Regibus sibi subditis cōmisisse, quos propter amicitiā & societatē regnare permiserūt. Postmodū autē uel defectione Regum, & uiolatis fœderibus, uel stirpium regiarum interitu omnia ferme in prouinciarum formam redacta esse. Sic

Exegetes.
Hypomnematographus.
Archidicastes.
Quonā modo regna in prouincias redacta sint.

Attalicum regnum, sic Syrium, sic Paphlagonum & Cappadocum & Aegyptiorũ & Mithridatis Eupatoris ad Romanos peruenisse: adeò ut Tyberij tẽpore cuncta intra Phasin & Euphratem, præter quosdam Arabas, Romano tenerentur imperio, uel à Regibus à Romanis impositis. Armenij uerò, & Albani Colchis superiores, & Iberi, sola ducum præsentia in officio continebantur. Sed cum Romanos uiderent uarijs negotijs aut bellis implicitos, statim ad res nouas solicitari gentes esse ratæ solebant, sicut & eæ gẽtes quæ trans Istrum flumẽ & Euxinum pontũ habitabant. Iosepus autẽ in secundo de bello Iudaico, Agrippã ad Hierosolymitanos orationem luculentam habuisse commemorat, & de potẽtia & opibus Ro. imperij magnificè disseruisse ad deterrendos Iudæos ne ad rebellionẽ spectarent. In ea autẽ oratione circa medium ferè ita eum loquentem inducit. Nã tertiã partẽ orbis terrarum, cuius ne nationes quidem numerare promptũ est, ab Atlantico mari & columnis Herculis usq; ad mare Rubrum sitas, totam armis Romani subegerunt. Et præter annuas frumẽtationes quibus Romanam plebem octonis mẽsibus alunt, alia quoq; tributa pendunt. Et quidẽ apud illos una tantũ legio cõparatur: quam quid opus est exemplis longè petitis potentiã Romanam enarrare, cum eam positis de uicina uobis Aegypto optimè æstimare? Hæc enim cum ad Aethiopas usq; porrigatur, opulentamq; Arabiã: cõterminaq; sit Indiæ, ac septingenties & quinquagies centena millia incolarum habeat extra Alexandrinum populum, tributa tamẽ obsequentissimè pensitans (quorum magnitudinem æstimare de censu singulorum capitum licet) Romano parere imperio non grauatur, tametsi quantum stimulum defectionis

fectionis habens Alexandriã urbem, cum multitudine hominum & opibus abundantem, tum amplitudine & ambitu non imparem: ut quæ longitudine stadia triginta, latitudine decem habeat, tributorũ uerò multo amplius in singulos mẽses pẽsitet, quàm uos in annos singulos cõferatis, & eo amplius Ro. populo quaternũ mensiũ frumentũ suppeditet: duæ autẽ legiones ciuitati insidẽtes, profundã Aegyptũ cũ illa Macedonũ nobilitate frenãt. De magnitudine Alexandriæ Strabo idẽ cum Iosepo dixit, latitudinem paulo minorem ponens. Octo autem legionibus eo tẽpore Germania obtinebatur, ut inibi Iosepus in persona Agrippæ disserit. Quod eò pertinet, quod superiore libro de legionibus ab Augusto delectis, & per orbem collocatis diximus. Opimos autem fuisse redditus Hispaniæ, ex eo conijcere datur, quod de opulentia eius prouinciæ scribitur, præsertim Turdetaniæ, quæ & Bætica dicitur. Strabo lib. tertio miranda de fertilitate eius narrans, quodam loco ita inquit, Quum uerò supradicta regio tot bona suppeditet, maximè tamen admiratione digna est ob metallorum copiam, quibus uniuersa Hispaniæ regio scatet: non ubiq; ipsa frugibus exuberans, & præsertim ubi metallis copiosa est. Rarum est regionẽ inuenire utraq; re uberẽ: rarius etiam illud, eandem regionẽ in paruo quodam agro metallis omne genus abundare. At uerò Turdetania & finitima ei regio rationem nullã commendandi sui eo nomine remittit scribere de ea re uolentibus: usqueadeo numeros omnes laudis in metallis impleuit, nihil ut ei absit quod quidem memoratu dignum sit. Neque enim aurum, neq; argentum, neque æs, neque ferrum alibi terrarum aut tantum, aut tam eximiũ nasci adhuc compertum est, quàm in Turdetania nascitur,

Alexandria.

Hispania opibus abundans. Turdetania eadẽ & Bætica.

ἡ δὲ τουρδητανία καὶ ἡ προσεχὴς αὐτῇ, λόγον οὐδένα ἄξιον καταλείπει περὶ τῆνδε τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐπαινεῖν βουλομένοις. οὔτε γὰρ χρυσὸς οὐδ' ἄργυρος οὐδὲ χαλκὸς οὐδὲ σίδηρος οὐδαμοῦ τῆς γῆς οὔτε τοσοῦτος οὔθ' οὕτως ἀγαθὸς ἐξήτασται γεννώμενος μέχρι νῦν. Ac ne aurũ quidem solum effoditur, sed etiã trahitur. deferũt enim aurũ amnes, & torrentes aureã arenã: quæ etiam multis in locis aquarũ indigẽtibus reperitur, sed in his non apparet. In ijs autem locis quæ fluminibus alluuntur, auri psegma, id est, scobs aurea resplendescit. Idẽ, Inter auri ramenta repertas aliquãdo fuisse aiunt selibrales glebulas, quas palas appellãt, quæ perquã modicæ purgationis indigerẽt, ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τῶν χρυσίου φασίν εὑρίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας, μικρᾶς καθάρσεως δεομένας. Idẽ paulo inferius, Polybius autẽ argentifodinas commemorans quæ sunt circa Carthaginem nouã, ab urbe XX ferme stadijs distantes, quatuor decurias operantium hominum fuisse ait, qui tunc in dies singulos uicenaquina drachmarum millia populo Romano referrent. Nos uigintiquinq; millia drachmarũ aureis nostris æstimare instituimus duobus millibus & quingẽtis. Qua ratione ex Carthaginensibus metallis argenti Romanus populus noningena duodena millia, & quingenos aureos nostros quotannis percipiebat. Sed huius summæ, ut arbitror, partem impẽdia auferebãt, etiã si uincti foderent. Verba Strabonis hæc sunt, ὅπου τέτταρας μοίρας ἀνθρώπων μένειν τῶν ἐργαζομένων, ἀναφερόντων τότε τῷ δήμῳ τῶν ῥωμαίων καθ' ἑκάστην ἡμέραν δυσμυρίας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς. Plinius libro tertio, Bætica à flumine mediã eam secante cognominata, cunctas prouinciarum diuiti cultu, & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Idem alibi, Metallis

Palæ.

Memorabiles argẽtifodinæ.

tallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet, Bætica etiã minio. Vniuersæ Hispaniæ Vespasianus Imperator Augustus iactatus procellis Reipublicæ, Latij ius tribuit: uel iactatum potius, ut referatur ad Latij ius. Idem lib. XXXIII. Aurum arrugia, quæsitũ non coquitur, sed statim suũ est. Inueniũtur ita massæ, necnon in puteis denas excedentes libras. Palacas Hispani, alij palacranas: idem quod minutũ est, Ballucem uocant. Strabo palas dixit appellari massulas auri selibrales. Plinius palacas, sed denarum librarũ. Ballucæ. XIIII. unciæ pro auri libra inferebantur à metallarijs sanctione Principum, ut legimus in titulo de metallarijs libro XI. Codicis. Gæcè Chrysammos dicitur. lingua nostra uernacula paleolas appellat auri ramenta quæ alluuione riuorum deferuntur, cuiusmodi hodie circa Pyrenen inueniũtur. Nos enim inde uidimus nonnullas ciceris magnitudine, quibus nulla excoctione opus esset. Pleræq; tamen minutæ sunt & tenues, unde nomen sortitæ sunt. Quapropter apud Pliniũ libro tricesimoquarto ita lego ex antiquis exemplaribus, In ærarijs officinis & smegma fit. Iã liquato ære atq; percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatimq; accensis, ac repente uehementiori flatu expuitur æris palea quædã. Nec me latet Hermolaũ pala legere ex Strabone. Nã Strabo palas appellauit massulas auri semissales. Plinius paleas appellat nõ glebulas, sed ramentulas palearũ formã habentes: quod non magnopere mirum est Hermolaũ in transcursu non animaduertisse. Idẽ Plin. libro tricesimo tertio de argẽti metallis loquẽs, Mirũ (inquit) adhuc per Hispanias ab Annibale incohatos puteos durare, sua ab inuentoribus nomina habẽtes, ex quibus Bebelo appellatur hodie qui CCC pondo Annibali

Palacæ.

Chrysammos.

Plinij locus.

Paleæ.

Putei ab Annibale incohati.

nibali ſumminiſtrauit in dies, ad mille quingentos paſſus cauato iam monte, per quod ſpatiũ Aquitani ſtantes diebus noctibusq; egerunt aquas lucernarũ menſura. Trecena pondo Romana, tricena millia drachmarũ efficiebãt, quæ terna millia coronatorũ ualent. Quare hoc dictum Plinij conuenit cum ſuperiore Strabonis loco, ut ſuſpicer Pliniũ de Carthaginenſibus argenti fodinis locutũ, quæ in citeriore Hiſpania erãt, finitima Aquitanis. Polybius enim æqualis Annibalis ætatis fuit, quo auctore Strabo uſus eſt. Rurſus Strabo, φησὶ δὲ ποσειδώνιος μάρκον μάρκελλον πράξασθαι φόρον ἐκ τῆς κελτιβηρίας τάλαντα ἑξακόσια, ἐξ οὗ τεκμαίρεσθαι πάρεστιν ὅτι καὶ πολοὶ ἦσαν οἱ κελτίβηρες καὶ χρημάτων εὐποροῦντες. Ait autẽ Poſidonius Marcum Marcellũ exegiſſe tributũ ex Celtiberia ad talenta ſexcẽta. Ex quo coniecturã facere eſt Celtiberorum gentẽ numeroſiſsimã fuiſſe, & pecunia abundãtẽ, tametſi regionẽ ieiunã incolerẽt. Plin. lib. XXXIII. de metallis Hiſpaniæ loquẽs, Vicena (inquit) millia põdo auri ad hunc modum annis ſingulis Aſturiã atq; Galleciam & Luſitaniã præſtare quidã tradiderunt, ita ut plurimũ Aſturia gignat: neq; in alia parte terrarũ tot ſeculis hæc fertilitas. Vicena millia pondo Romana, tricena minimùm noſtra ualent. Ingentia ſunt hæc teſtimonia de opulentia Hiſpaniæ, quibus accedit & tertiũ Trogi Põpeij, ut ex breuiario quarto & quadrageſimo Iuſtini nouimus. Strabo autem de tempore ſuo loquẽs ita inquit in mentione metallorum argenti quæ ſunt ad Carthaginem nouam, ἔστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, οὐ μέντοι δημόσια, οὐδὲ ἐνταῦθα, οὐδ' ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, τὰ δὲ χρυσεῖα δημοσιεύεται τὰ πλείω. Sunt autẽ & nũc argẽti fodinæ, nõ tamẽ publicæ, nec illic, nec alibi, ſed priuatorũ auri aũt metalla pleraq;

Trecena pondo Romana.

Mira auaritia. Memorabilis redditus metallorum.

pleraque ſunt publica. Hactenus de Hiſpania: cuius etiam Galliam æmulam aurifera ui fuiſſe, eodem auctore comprobabimus, quippe libro. III. de Turdetaniæ, id eſt Bæticæ metallis loquens, ita ſubdit, ἀξιοῦσι δὲ γαλάται τὰ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι κρείττω μέταλλα ἐν τῷ κιμβρίῳ ὄρει, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῇ κείμενα τῇ πυρήνῃ. τὸ μέντοι πλεῖόν τ' ἐντεῦθεν εὐδοκιμεῖ. Galli uerò meliora eſſe ſua cenſent, quæ in Cimerio monte ſita ſunt, & quæ Pyrenæ ipſi ſubiacent. illinc tamẽ aurũ magis probatur quàm Gallicum. Vbi puto non Cimerio ſed Cemmeno legendum. Cemmeni enim montes (κεμμένον ὄρος apud Strabonẽ lib. IIII.) Aquitaniam à Celtis diſcludũt, quo loco Cæſar Gebennam uel Cebennã potius montem ponit. Huius pars hodie Tarara uocitatur. Rurſus idẽ Strabo lib. IIII. de Narbonenſi littore loquẽs, et ſinu qui Gallicus illic dicitur, ἔχουσι δὲ τάρβελλοι τὸν κόλπον, παρ' οἷς ἐστι χρυσεῖα σπουδαιότατα πάντων. ἐν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπλήθεις χρυσίου πλάκες, ἐσθ' ὅτε μικρᾶς καθάρσεως δεόμεναι. τὸ δὲ λοιπὸν, ψῆγμά ἐστι καὶ βῶλοι, καὶ αὐταὶ κατεργασίαν οὐ πολλὴν ἔχουσαι. Tarbelli, inquit, eũ ſinum obtinent, apud quos aurifodinæ ſunt omniũ præſtantiſsimæ. In ſpecubus enim leniter effoſsis inueniuntur auri cruſtæ quæ manũ implere poſsint, interdũ modico purgamento indigẽtes. reliquum autẽ aurum ramẽta ſunt & glebulæ, modicam & ipſæ operã poſcentes. Interior autem regio & mõtana melius ſolũ habet. nam ad Pyrenen conuenarum eſt ciuitas, qui eò ad incolendum conuenerunt, ubi oppidum Lugdunus. Hallucinatus eo loco interpres, qui locum ita uertit: nam ad Pyrenen Conuenarum Synclydo eſt, ubi oppidum Lugdunũ. quaſi συγκλύδων, id eſt Synclydo, nomẽ eſſet oppidi, cum genitiuus ſit pluralis,

Metalla auri quondã in Gallia.

Strabonis locus.

Cemmeni

Tarara.

Lugdunus.

Conuenæ Synclides.

ralis, conuenarum significans. Synclydes enim collectitij alicuius loci habitatores dicũtur, ut latinè conuenæ. πρὸς μὲν τῇ πυρήνῃ ἡ τῶν κονουένων ἐστὶ συγκλύδων, ἐν ᾗ πόλις λούγδουνος. Plinius de Aquitania loquens, Mox in oppidum (inquit) contributi conuenæ. Lugduni autem oppidi in ea regione non meminit. Strabo, Tectosages Pyreneis propinqui sunt montibus. paulum etiã aquilonare latus Cemmenorũ montium attingunt, terram colentes auro multo præditam. ἐφάπτονται γὰρ μικρὰ καὶ τῶν προσαρκτίου πλευρῶν τῶν κεμμένων. πολύχρυσόν τε νέμονται γῆν. Apud ipsos autem thesauros ab Imperatore Romano Scipione repertos in urbe Tolossa & ablatos ait: à quibus aurum Tolossanum apud scriptores decantatißimũ, in prouerbium cessit, ut auctor est Gellius. τὰ μὲν γὰρ εὑρεθέντα ἐν τῇ τολώσσῃ χρήματα μυρίων πῶν καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γενέσθαι φασὶ. τὰ μὲν ἐν σηκοῖς ἀποκείμενα, τὰ δ' ἐν λίμναις ἱεραῖς, οὐδεμίαν κατασκευὴν ἔχοντα, ἀλλ' ἀργὸν χρυσίον καὶ ἄργυρον. Posidonius (inquit Strabo) uerisimiliter tradit pecunias Tolossæ repertas ad quindecim talentûm millia, quarum partẽ in fanis, partem in lacubus consecratis reconditam fuisse, argentũ aurumq; infectum atq; rude. Et rursus paulo inferius, Vt autẽ inquit Posidonius, & alij complures, regio ipsa auro alioquin abũdans, & homines habens superstitioni addictos, & ad parsimoniam in uictu assuetos, multis in locis Celticæ Galliæ thesauros habuit, maximæ uerò lacus eis sacrosanctos à prædonũ direptionibus thesauros præstabant, in quos ideo auri argentiq; pondera demiserãt. Romani uerò quum ui & armis loca ea obtinuissent, auctioni lacus eos publicè subiecerunt: emptorum autem plurimi molas argenteas ductiles inuenerũt. μάλιστα δ' αὐτοῖς αἱ λίμναι τὴν ἀσυλίαν παρεῖχον, εἰς ἃς

Aurum Tolossanum.

εἰς ἃς καθίεσαν ἀργύρου ἢ καὶ χρυσοῦ βάρη. οἱ γοῦν ῥωμαῖοι κρατήσαντες τῶν τόπων ἀπέδοντο τὰς λίμνας δημοσίᾳ. καὶ τῶν ὠνησαμένων πολλοὶ μύλους εὗρον σφυρηλάτους ἀργυροῦς. Idem auctor est Luerium Aruernũ patrẽ Bititi (qui Bititus cum Maximo Aemiliano & Domitio Aenobarbo ducentorum millium hominũ exercitu cõflixit) tantis delicijs diuitijsq; circunfluxisse, ut aliquando ostendendarum opum gratia curru uectus per campum ingrederetur nummos aureos argenteosq; huc atq; illuc spargens: quibus colligendis amici & comites occupati sequerentur. τοσοῦτον πλούτῳ λέγεται καὶ τρυφῇ διενεγκεῖν, ὥστε ποτὲ ἐπίδειξιν ποιούμενος τοῖς φίλοις τῆς εὐπορίας, ἐπ' ἀπήνης φέρεσθαι διὰ πεδίου, χρυσοῦ νόμισμα καὶ ἀργύρου δεῦρο κἀκεῖσε διασπείρων, ὥστε συλλέγειν ἐκείνους ἀκολουθοῦντας. Auri Tolossani meminit Gellius lib. III. & Cicero de natura Deorũ libro tertio, ob cuius raptum quæstionem habitam esse dicit. Trogus lib. tricesimosecundo Cepionẽ appellat eum Imperatorem qui aurum Tolossanum abstulit, quod sacrilegiũ ei & exercitui eius excidij causam fuisse tradit. Auri autem (inquit) fuere centum & decem millia pondo, argenti quinquies decies centena millia. Hæc summa uix dicere ausim quanti æstimanda sit. Auri singula pondo minoris æstimari centũ aureis solatis non possunt, etiam ut undecima pars æris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurum illud Tolossanum centies & decies centenis millibus aureorum ualuit. quod si obryzum fuerit, id est centenis & duodenis solatis in libras æstimabile, centies uicies ter cẽtenis et uiginti millibus ualuit. Quod autẽ ad argentũ pertinet, Trogũ existimarim non quinquies decies centena millia pondo scripsisse, quæ summa quinquagies millies mille aureos ualet, sed quindecies cẽtena millia,

Luerius Aruernus.

Cepio.

lia, quæ quindecies millies mille aureis coronatis æstimantur à nobis, id est centies & quinquagies centenis millibus. Quod si quis Trogũ quinquies decies scripsisse malit, tamen pro quindecies intelligã, quomodo apud Suetonium in Augusto quaterdecies millies pro bis septies, id est quatuordecies. Cicero etiã sic usus est. Strabo ex Posidonio quindecim millibus talentûm argẽti æstimasse aurum argentumq; simul uidetur: quæ summa minor est minima prædictarum, id est nonagies centena millia aureorum. Apud Iosepum libro supradicto Agrippa magnificè de Galliarum situ, & felicitate Gallorũ domestica disserit, quos omne genus bonis apud se scatentibus totũ penè orbem irrigare, mirifico præconio uociferatur, & nihilo secius sub mille & ducẽtis milibus Romano imperio parere, quibus plures propemodum ciuitates habeant, non animi mollitia, ut qui octoginta annis pro libertate dimicassent, sed animi destinatione inobsequiũ eius gentis fixa, cuius & uirtutẽ experti fuissent, & fortunã admirarentur. Multa adhuc adnotauimus, quæ fide caritura sunt, ut opinor, præsertim apud eos (ut dixi) qui omnia et præterita & futura præsentis temporis modulis metiuntur. unum etiã addam ex eodem Strabone, qui de Bætica loquẽs, πολὺ δὲ καὶ ἐσθὴς, inquit, πρότερον, νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον τῶν κοραξῶν, καὶ ὑπερβολή τις ἐστὶ τοῦ κάλλους. ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τοὺς κριοὺς εἰς τὰς ὀχείας. Multa autem uestis antea inde ueniebat: nunc autem lanæ magis quàm à Coraxis, pulchritudine eximia. siquidem propter hoc arietes talentari precio emuntur ad admissuram. Coraxi autem populi sunt Colchorum Stephano de urbibus. Talentum sexcentis aureis æstimamus, tanti autem uenditari arietes potuerunt apud eos qui asinos admissarios, uel

Quinquies decies, & quaterdecies.

Felicitas Galliarum.

Arietes talentares in Bætica.

uel etiam asinas ad fœturam, id est ad mularum partus, XL sestertijs emerent, ut suprà ex Varrone & Plinio didicimus. Verumenim uerò cum tot olim auri metalla fuerint & in Hispania, & in Gallia, hodie neutrobi esse dictitantur, quæ quidem cõmemorari digna sint. Nam & Strabo suo iam tempore in Tmolo & circa Pactolum & alijs in locis consumpta fuisse auri metalla auctor est lib. XIII. Vidimus hoc anno ex Lingonensi agro effossos lapides auro argẽtoq; interstinctos, ex quibus aurũ argentumq; elicitur. hos metallarij pro experimento dederant. qualis autem subesset uena, nondum compertum erat. Is ager in ditione est Michaëlis Bodeti antistitis Lingonensis, uiri cũ singulari ac multiplici eruditiõe præditi, tum uerò ad priscam normam continentiæ Pontificiæ exacti, cuius auspicijs metallarij opifices specimina supradicta auri argẽtiq; metallorum ediderunt. Postremò idẽ Strabo lib. XIIII. circa finẽ, Polybius, inquit, auctor est, tempore suo circa Aquileiam, et præsertim in Tauriscis Noricis inuentã esse aurifodinã sic natura cõmodam, ut cùm quis in duos pedes terræ superficiem detraxisset, statim aurum foßititium inueniretur. Effoßionem autem nõ infra quindecimum pedem proceßisse. Fuisse autem aurum illud partim purum magnitudine fabæ aut lupini octaua tantum parte decocta, partim pluscula indiguisse excoctione, alioquin ualde utile. Verùm cum Itali Barbaris in ea re operam nauare cœpissent, continuò intra duos menses aurũ per totam Italiam tertia parte precij uilius esse cœpit. Quod cum Tauristi animaduertissent, eiectis adiutoribus operis, soli aurum promercale exposuerunt. Nunc autẽ (inquit) omnia auri metalla in Romanorũ potestate sunt. συνεργαζομένων δὲ τοῖς βαρβάροις τῶν ἰταλιωτῶν,

Auri metalla exhausta hoc tempore.

Michael Bodetus.

τῶν, ἐν διμήνῳ παραχρῆμα τὸ χρυσίον εὐωνότερον γενέσθαι τῷ τρίτῳ μέρει καθ' ὅλην τὴν ἰταλίαν. αἰσθομένους δὲ τοὺς ταυρίσκους μονοπωλεῖν ἐκβαλόντας τοὺς συνεργαζομένους· νῦν δὲ ἅπαντα χρυσεῖα ὑπὸ ῥωμαίοις ἐστί. Hoc dictũ Strabonis eò pertinet quod suprà de auri ad argentũ analogia dictum est, quæ uaria olim fuisse deprehenditur. Pollux decuplicẽ posuit. Ex Plin. Romæ primùm dimidio etiam maiorem fuisse docuimus. Rursus Trãquillo auctore Cæsar Dictator aurũ in libras ternis millibus nummûm uenundedit: quæ ratio subduplex est eius quam Plinius posuit, quæ est eiusmodi, ut aurũ quindecies argento repensile fuerit, si tamẽ locus emendatè nunc legitur, quod uix mihi persuadeo, ut alibi dictum est. Herodotus non modò aurũ, sed etiam psegma aureũ tredecies tanto argẽti æstimabile posuit, cum tamen denæquaternæ unciæ psegmatis uel chrysammi sanctione principali pro singulis auri libris cedant, ut diximus. Qua ratione septima ferè parte psegma auro obryzo uilius fuisse cõuincitur. Sic Herodoti æstimatio proximè ad Plinianam accedit. Porrò ex Tacito docuimus aureos singulos Romanos nummis ualuisse centenis, id est quinq; & uiginti drachmis. Qua ratione auri drachma duodenis argẽteis & hemidrachmio ualuit. didrachmi enim erant aurei, ut alibi dictũ est. Nostri autẽ tẽporis æstimatione aurũ paulo minus duodecies argento rependitur. Intelligimus igitur ex uerbis Strabonis, interdũ propter auri copiam ex metallis existentem, auri precium diminutum etiam tertia parte. sic fit ut Pliniana æstimatio ad Pollucis æstimationem redeat, hoc est quindecuplex ad decuplicẽ. Nostri autem pleriq; opinantur iustam auri ad argentum proportionem, decuplicem censeri, sed auri penuria esse auctam: id quod ex iam dictis

Auri ad argentum analogia.

dictis non uidetur esse uerũ. In uniuersum autem ostendimus uarias auri indicaturas, quæ auri etiã precia euariare faciunt. nec aliud statui (ut arbitror) ex antiquorũ lectione de auri ad argentũ proportione potest. Ad ea autem quæ de Gallia diximus, illud etiã addemus, Lugduni Argyrocopium fuisse Romani imperij, id quod Strabo lib. IIII. his uerbis perhibuit, Lugdunum in colle conditum, ubi Arar amnis Rhodano immiscetur, Romano tenetur imperio, ampliori quoq; dignitate uirorum secundum Narbonẽ florens, quibus usui magno est emporium. Ibi quoq; Romani duces aureum nomisma argenteumq; signant. καὶ τὸ νόμισμα χαράπτουσι ἐνταῦθα τό τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν. Fuit etiam signandæ pecuniæ officina Apolloniæ in Epiro. Cicero ad Cn. Plan. lib. XIII. Epist. Cum signaretur argentum Apolloniæ, non possum dicere eum præfuisse, neq; possum negare eũ affuisse. Lugduni autem templum communi uniuersæ Galliæ impensa extructum est, & Cæsari Augusto consecratũ ea parte ante urbem ubi amnes cõfluunt, inibiq; ara dignitatis eximiæ, gentium sexaginta titulo insignis, dicatis ibi totidẽ gentium simulacris. Non omittendũ etiam prouinciales olim stipendiarios tria genera pensitationum agnouisse, canonem, oblationem, & indictionẽ: quæ etiam hodie populares in Gallia agnoscunt. Hæc tria genera Cicero his uerbis complexus est in tertia in Verrem Actione, auctore Asconio. Sic enim inquit de Sicilia loquens, Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? quando id quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id quod imperaretur, recusauit? Age iã percẽseamus immẽsas pecuniarũ summas, & impendia inusitata quibus confirmari poßit id quod antè diximus de redditibus opimis

Argyrocopiũ Lugdunense.

Ara memorabilis Lugduni.

Pensitationum tria genera.

Rom

Caius princeps inaudita prodigentia infamis.

Romani imperij. Tranquillus in Caligula: Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit, commentus nouum balnearum usum, portentosissima genera ciborum atq; cœnarum, ut calidis frigidis q; unguentis lauaretur, preciosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet, conuiuis ex auro panes & obsonia apponeret: aut frugi hominem esse oportere dicitans, aut Cæsarē. quin etiā nummos non mediocris summæ è fastigio basilicæ Iuliæ per aliquot dies sparsit in plebem. In extructionibus prætoriorum atq; uillarum omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod posse effici negaretur. Et iactæ itaq; moles infesto ac profundo mari, et excisæ rupes durissimæ silicis, & campi montibus aggerē æquati, & cōplanata fossuris montium iuga, incredibili quidem celeritate, quum moræ culpa capite lueretur.

Memorabilis opum immensarum profligator.

Ac ne singula enumerē, immensas opes, totūq; illud Tyberij Cæsaris uicies ac septies millies sestertium non toto uertente anno absumpsit. Idē alibi, Nouissimè cōtrectandæ pecuniæ cupidine incensus, sæpe super immēsos aureorum aceruos patētissimo diffusos loco, & nudus pedibus spatiatus, & toto corpore aliquādiu uolutatus est.

Vicies & septies millies sestertium.

Vicies septies millies sestertium, nomismate nostro sexagies septies millies mille aureos & quingenta præterea millia ualuit: uel (ut prisco more loquamur) sexcēties septuagies quinquies cētena millia aureorū. Græci sex millia septingētas et quinquaginta myriadas aureorū dicerēt.

Priscus mos numerandi.

Priscū autem eū morē numerādi fuisse ex Plinio apparet li. XII. ubi de Arabia felici loquēs, Minima (inquit) cōputatione millies centena millia sestertiū annis omnibus India & Seres, Peninsulāq; illa imperio nostro adimunt. non dicit centies millies, mille sestertiū, ut nūc uulgo loquimur, sed millies

millies centena, quod idem est. Sic alibi in secundo. Pars nostra terrarū de qua memoro, ambiente (ut dictum est) oceano uelut innatans, lōgissime ab ortu & ab occasu patet, hoc est ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas octuagies quinquies cētena septuagintaocto millia passuū, sicut Artemidoro placet auctori. Hoc apud Martianum Capellā totidē uerbis legitur, Longitudo ab ortu ad occasum, hoc est ab ipsius Indiæ extremitates, usq; ad Herculi columnas sacratas, octuagies quinquies centena septuagintaocto millia sunt, sicut etiam Artemidorus auctor asseruit. Rursus idem Pli. lib. eodē, Vniuersum autē hunc circuitum Eratosthenes in omnium quidem literarum subtilitate, & in hac utiq; præter cæteros solers, quem à cunctis probari uideo, ducentorum quinquaginta duorū millium prodidit, quæ mensura Romana cōputatione efficit trecenties quindecies centena millia passuū. Hæc uerba cum sic legerentur apud Vitruuiū lib. primo nuper Iocundus architectus uir religioni initiatus, omnis antiquitatis peritissimus, tamen more hodierno referēda censuit, in ijs exemplaribus Vitruuij, quæ egregiè aliquin & solerter emēdata imprimenda curauit. Sic enim in his legitur, Quæ ducenta quinquaginta duo millia stadiorum fiunt passus semel & tricies millies mille & quingenties mille. Huius autē octaua pars, quam uentus tenere uidetur, est ter millies mille & noningenties tricies septies mille, & passus quingenti, qui modus loquendi antiquitatem non resipit: quare sic locum potius lego (ex librorum prius impressorum obseruatione, licet corruptus ille locus atque etiam mutilatus in eis sit) quæ fiunt passus trecenties & quindecies centena millia. Huius autem octaua pars quam uētus tenere uidetur, est tricies nouies

Iocundus architectus. Locus Vitruuij restitutus.

centena triginta septẽ millia, & quingenti passus. Hac lectione et uetusta formula restituitur, et numerus ad passum conuenit. Apocalypseos cap. IX. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erãt in horam & diẽ & mensem & annũ, ut occiderent tertiã partẽ hominum: & numerus equestris exercitus uicies millies dena millia. Δίνω μυριάδες μυριάδων, sic latine & prisco more uerti debuit, Bis millies centena millia. Hæc enim uerba, millies cẽtena millia, myriadum myriada significant: ultra quem numerum Græci uocabulum non habent. Nostrates id centum milliones appellant, cum millionẽ dicamus millenarium numerum in sese multiplicatũ. Ergo bis millies centena millia, duas myriadas myriadũ significãt: & ter millies, tres myriadas, & deinceps usq; ad decies millies centena millia, hoc est denas myriadũ myriadas, quod uno uerbo nostrates abaci studiosi Milliartum appellant, quasi millionum millionẽ. Romani igitur per centenarios millenariorum numerant, non per millenarios millenariorũ, ut Græci per chiliadas chiliadum aut myriadũ, quia apud priscos Romanos nullus erat numerus maior centies millenario. Veràm apud Plinium libro eodem, ubi legitur in codicibus post Hermolai emẽdationes impressis, tricies quater quinquaginta millia, & quinquagies bis quindecim millia passuum, centena uerbum subaudiendum est, ut rectè admonuit Hermolaus: quomodo & paulò pòst, Quæ mẽsura uniuersa ab eo mari efficit octuagies: quinquies septuaginta octo millia. Superius enim centena additum est à Plinio, quod hic nõ legitur, sed subintelligendum relinquitur. Hoc autẽ liquere potest ex Martiano, apud quẽ omnia ijsdẽ uerbis ut apud Plinium leguntur. Nã cum apud Plinium ita legatur in manu scriptis & in impressis

Apocalyp. locus.

Millies cẽtena millia.

Numerandi ratio apud Latinos Græcosq;.

Cẽtena uerbũ in numeris antiquis sæpe supplendum.

pressis ante Hermolaũ, A' Gange amne, ostioq; eius quo se in eorũ oceanũ effundit p Indiã Parthienenq; ad Myriandrum urbem Syriæ in Issico sinu positã LII.M.XV. passuum decem & nouem: apud Martianũ eadem uerba leguntur, nisi quòd numerus ita effertur, quinquagies bis quindecim millia. Ex quo auctore Hermolaus Plinium eo capite emendauit. Quapropter coniectura ex hoc loco fieri potest ad ea quæ nos ipsi in Plinio mutauimus, ut millies sestertiũ, & quingẽties, & huiusmodi alia aduerbialiter prolata, quæ confusa sunt in exẽplaribus propter notarum compendia. Simile est illud quod statim sequitur apud Plinium, Latitudo autẽ terræ à meridiano situ ad septentrionem dimidio ferè minor colligitur LIIII.mil. LXII. Sic enim in manu scriptis & olim impressis legitur, cum Martianus dicat quinquagiesquater centena sexagintaduo millia, quem à Plinio hæc & alia superiora transcripsisse nõ dubito. Centena autẽ uerbũ in his numeris subintelligendũ relinqui, planum fit ex eodem Martiano, qui de Europæ longitudine loquens, ita inquit, Europæ solius mensura octogies bis XCIIII. Plinius libr. IIII. Lõgitudinem Europæ Artemidorus atq; Isidorus à Tanai ad Gades LXXXII.XIIII. prodiderunt. Sic enim in antiquis legitur, licet in impressis LXXXIIII. millia legatur. Apud Martianũ octogies bis cẽtena nonaginta quatuor millia intelligo. Apud Plinium sic, Octogies bis cẽtena. XIIII.mil. passuũ. et sic plerũq; et Plinius et Martianus locuti sunt, et ante eos Cicero. quod eò ualet quod suprà diximus de compendio loquendi per aduerbia antiquis usitato, ut centies sestertiũ pro centies centena millia sestertium omnino intelligi debeat: ut fortasse illi numeri li. XXXIII. Plinij de ærario Romano rectè restituti

uideãtur à nobis suprà lib. 2. Macrobius in primo de Somnio Scipionis numerãdi compendium refugiens, ita inquit, Duplicatis igitur illis quadragies octies centenis millibus, erit integra diametros cœlestis circuli nonagies sexies centena millia stadiorũ, & inuenta diametros facilè mensurã nobis ipsius quoq; ambitus prodit. Hanc enim summã quæ diametrũ fecit, debes ter multiplicare adiecta parte septima: & ita inuenies totius circuli per quem sol currit, ambitũ, stadiorum habere trecenties centena millia, & insuper centum septuaginta millia. Sed ut ad rem redeã, supradictas opes Tyberius Augustus princeps non modò deparcus & sordidus, sed etiam rapax, annis tribus & uiginti confisicauit. Caius autem successor intra annum primũ imperij exhausit cũ annuis uectigalibus & tributis imperij. Quapropter idem auctor de Nerone ita inquit, Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarũ constaret: prælautos uereq; magnificos, qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo magis nomine, quàm quòd ingentes à Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modũ tenuit. In Tyridatẽ (quod uix credibile uideatur) octingenta nummũm millia diurna erogauit, abeuntiq; super sestertiũ millies contulit. nullam uestem bis induit. Quadringenis in punctũ sestertijs aleam lusit. nũquã carrucis minus mille feciſſe iter traditur, soleis mularũ argenteis. Hactenus Trãquillus. Tiridates rex erat Armeniæ, Vologesis Parthorũ regis frater, in qua regione quum Corbulo præfectus res prosperè Neronis auspicijs gessisset, Tiridates rebus aduersis perterritus, ad colloquium cũ Corb

Nero æmulus Caij auunculi sui.

Tiridates.

Corbulone uenit. In quo colloquio Tiridates (ut inquit Tacitus lib. XV.) de nobilitate generis multũ præfatus, cætera tẽperanter adiungit, Iturũ quippe Romam, laturumq; nouũ Cæsari decus non aduersis Parthorũ rebus supplicem Arsacidem. Tum placuit Tiridatẽ ponere apud effigiẽ Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere. & colloquium osculo finitũ. Dein paucis interiectis diebus magna utrinq; specie inde eques cõpositus per turmas, & insignibus patrijs, hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis. in medio tribunal sedem curulem, & sedis effigiẽ Neronis sustinebat. Ad quã progressus Tiridates, cæsis ex more uictimis, sublatũ capiti diadema, imagini subiecit. Postero die spatiũ orauit quo tantum itineris aditurus, fratres antè matremq; uiseret. obsidem interea filiam tradit, literasq; supplices ad Neronem. Hæc causa fuit cur Tiridates Romam ueniret: cuius aduentum ut honorificentißimum sibi Nero omnibus uotis concupierat. In huius aduentum Nero Pompeij theatrum operuit auro: de quo Plinius libr. XXXIII. Nero Pompeij theatrũ operuit auro in unum diem quod Tiridati regi Armeniæ ostẽderet. Idem lib. XXX. de magia loquens, quã ob id inanẽ artem esse cõtendit, quod eã Nero scirc maximè cõcupiuit, nec potuit, cũ nec ingeniũ nec facultates deessent: Magus (inquit) ad eum Tiridates uenerat, Armeniacũ de se triũphum afferẽs, & ideo prouincijs grauis nauigare noluerat, quoniã expuere in maria, alijsq; mortalium necessitatibus uiolare naturã eam fas nõ putant. Magos secũ adduxerat. Magicis etiã cœnis eũ initiauerat: nõ tamen cũ regnũ ei daret, hanc ab eo accipere artẽ ualuit. Tranquillus alibi de eodem ita inquit, Non immeritò inter spectacula ab eo edita & Tiridatis

Tiridatis aduẽtus Romam.

Nero magiæ studiosus.

in urbem introitum retulerim: quẽ Armeniæ Regẽ magnis pollicitationibus sollicitatum, cum destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distulisset, produxit quo opportunissime potuit, dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli residens apud rostra triumphãtis habitu, inter signa militaria atq; uexilla: & primo per deuexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, alleuatumq; dextra exosculatus est: dein precanti, tiara deducta, diadema imposuit, uerba supplicis interpretata prætorio uiro multitudini pronunciante. Perductum inde in theatrum, ac rursus supplicantem, iuxta se latere dextro collocauit. Ergo Tiridati Nerο octingẽta sestertia diurna erogauit, quæ perinde æstimo ac si uicena millia aureorum nostrorũ diceres. Diurna autem nescio an quãdiu Romæ fuit intelligam, an ex quo intra fines Romani imperij esse cœpit. Discedenti autẽ amplius uiciesquinquies centenis millibus dono dedit. Quadringenis in punctum sestertijs aleam lusit, id est denis aureorum nostrorũ millibus in singula puncta, non in singulos casus alcæ. Huiusmodi ludus ab eodẽ Tranquillo in Augusto describitur, Inter cœnam lusimus geronticôs & heri & hodie. Talis enim iactatis, ut quisq; Canem aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat uniuersos qui Venerẽ iecerat. Hac ratione fit ut immensus ille ludus Neronianus fuerit. De domo autem aurea si quis locũ apud Tranquillum legerit, quicquid nostro æuo exædificatũ est, despicabile existimabit, adeo ut Galloniẽse prætoriũ Cardinalis Ambasiani, quod iam in prouerbiũ uenit ob sumptum superuacaneum, gurgustiũ præ illa domo Neronis uideri posit: quam tamen ipsam Plinius à Marci Scauri theatro operis magnificentia uictam fuisse contendit: ne

Quadringenis in punctum sestertijs aleam lusit.

Domus aurea Neronis.

miremur millies sestertiũ absumptum in Marci Scauri uillæ incẽdio, uel bis millies fortasse, quod antea explicuimus. Quanti autẽ domus aurea constiterit, ex eo coniiciendum relinquitur, quod idem Trãquillus de Othone scripsit, Diplomatibus primisq; epistolis suis Neronis cognomen adiecit. Certè & imagines statuasq; eius reponi passus est: nec quicquam prius pro' potestate subscripsit, quam quingẽties sestertiũ ad peragendã auream domũ. Si igitur Otho quingẽties sestertiũ, id est duodecies centena & quinquaginta millia aureorũ nostrorũ attribuit ad peragendam domũ auream, quanti opus ipsum antea factum æstimamus? Nam nihil defuisse operi ex eo apparet, quod idem in Nerone inquit, Eiusmodi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobauit, ut diceret quasi hominẽ tandem habitare cœpisse. Quingenties igitur sestertium subscripsisse Othonẽ intelligimus ad appendicẽ quandã domus faciendã, uel operis expolitionẽ. Plinius lib. XXXIII. Nero Pompeij theatrum operuit auro in unũ diem quo Tiridati Regi Armeniæ ostenderet, & quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis urbẽ? Tacit. lib. XVII. de Galba loquens, Bis & uicies millies sestertiũ donationibus Nero effuderat, appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quenque eorũ relicta. At illis uix decumæ sup portiones erãt. Exactiõi triginta Equites Ro. præpositi. Igitur si Nero quatuordecim annis quibus in imperio fuit, bis & uicies millies sestertiũ donationibus effudit, id est quingenties & quinquagies cẽtena millia aureorũ nostrorũ, et aureã domum extruxit, cum interim in omni parte uitæ prodigos omneis superasset: quid existimabimus de opulentia imperij? De eo Plinius lib. XII. ita inquit, Periti rerum

Quanti constiterit.

Bis & uicies sestertium Neronis prodiga liberalitate effusum.

astruxerunt nõ ferre thuris tantum annuo fœtu Arabiã, quantum Nero princeps nouissimo pompæ suæ die concremauit. ubi Poppeæ legendum puto: de cuius morte Tacitus lib. XVI. Post finem ludicri Poppea mortem obijt fortuita mariti iracundia, à quo grauida ictu calcis afflicta est. Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos, sed regum externorum consuetudine differtum odoribus conditur, tumuloq; Iuliorum infertur. ductæ tamen publicæ exequiæ. De hac Poppea Plinius lib. XXXIII. ita inquit, Vasa coquinaria ex argento Caluus orator fieri queritur, at nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Nostra quoque ætate Poppea coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoque induere solebat. Idem lib. XI. Poppea certè Domitij Neronis coniunx asinas quingentas fœtas per omnia secum trahens, balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutẽ credens. Eusæbius in chronicis & Orosius septimo hist. auctores sunt Neronem Senatum Romanum coëgisse ad conferendum sibi annuum centies sestertium ad tolerandas expensas imperatorias, hoc est ære nostro ducena quinquagena millia aureorum, id quod post mortem Senecæ factum fuit, cum iam deterior fieri non posset Nero, & ad summum nequitiæ & improbitatis peruenisset. Post Neronem Vitellius princeps successit: de quo ita scribit Tranquillus: Sed uel præcipuè luxuriæ sæuitiæq; deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, & cœnas, comessationesq;, facilè omnibus sufficiens uomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alij eadẽ die: nec cuiquã minus singuli apparatus quadringenis millibus constiterunt. Famosissima super cæteras fuit

Poppeæ cędes.

Poppeæ luxus.

Collatio Senatus çxacta à Nerone.

Vitellius.

fuit cœna ei data aduẽtitia à fratre, in qua duo millia lectissimorũ piscium, septem auium apposita traduntur. Hanc quoq; exuperauit ipse dedicatione patinæ, quã ob immẽsam magnitudinẽ clypeum Mineruæ, id est ægida poliuchi dictitabat. In hac Scarorum iocinora, Phasianorum & Pauonũ cerebella, linguas Phœnicopterûm, Muræna rum lactes à Carpathia usq;, fretoq; Hispaniæ petitarum cõmiscuit. Hactenus Trãquillus. Equidẽ nihil maius dici aut excogitari in luxuria posse uideo, nisi margaritarũ liquefactarũ haustus. Iãprimũ Pauones uidimus Varronis tempore quinquagenis denarijs uenales, idest quinis aureis nostris, quorum cerebellis patina illa cõstabat, ut iocinoribus Scarorũ, de quibus Plinius lib. IX. ita inquit: Nunc Scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisq; uesci, nõ alijs piscibus, mari Carpathio maximè frequens. proxima est his mensa generis duntaxat mustellarũ. & paulò pòst, Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia Mullis, sicut magnitudo modica. Ex his uerbis apparet Scarũ primæ auctoritatis fuisse apud ganeosos homines: qui quanti uendi potuerit, conijcerè licet ex precio Mulli qui Claudio principe septem uel octo millibus nũmûm emptus fuit ab Asinio, ut alibi dictum est. de Phœnicoptero idẽ Plinius libro decimo, Phœnicopteri linguã præcipui saporis esse Apitius docuit, nepotum omniũ altissimus gurges. Idem libro tricesimoquinto: Atq; ut luxu quoque auctoritas contingat figlinis, tripatinum (inquit Fenestella) appellabatur summa cœnarũ lautitia. una erat murænarum, altera luporũ, tertia myxonis piscis, inclinatis iã scilicet moribus. Nã nos cum unã Aesopi tragœdiarũ histrionis in natura auiũ diceremus sestertijs sexcẽtis stetisse, non dubito

Cœna Vitelliana.

Scarus piscis.

Tripatinum.

Patina æsopi Plinius lib. 35. cap. 12.

Patina Vitellij.

dubito indignatos legẽtes. At Hercules Vitellius in principatu suo CC sestertijs condidit patinã, cui faciendæ fornax in campis ædificata erat, quoniam eò peruenit luxuria, ut etiã fictilia pluris constent quàm Murrina. Propter hanc Mutianus altero consulatu suo in cõquestione exprobrauit põtinarum paludes Vitellio, memoria non illa fœdiore, cuius ueneno Asprenati reo Cassius seuerus accusator obijciebat interijsse centũ triginta conuiuas. Si hæc uerba uerè leguntur, patina illa fictilis ducentis sestertijs, id est, non minoris quàm quinq; millibus aureorum nostrorũ constitit, propter quod Plinius dixit pluris fictilia constare quàm murrina, quorum precia Plinius magna ponit lib. 37. Sed quonam modo fieri potuerit ut patina fictilis tanti constiterit, inire rationem nequeo, nec ipse Plinius hoc significare mihi uidetur, cum prius dixerit Aesopi patinam sexcẽtis sestertijs stetisse. Patinã enim pro ferculo posuisse notum est ex loco libri decimi, qui à nobis diligẽter (ut spero) explicatus est de cẽtũ auiculis humano sermone canoris, senis millibus emptis. Sed rursus si Plinius de ferculo intellexit, quonam pacto Plinius non ineptus erit, qui post sexcenta sestertia, ducenta sestertia dixit? cum maius aliquid omnino & mirabilius dicere uellet, ut planè quis ex uerbis eius intelligere potest. Cum hic me scrupulus anxium olim habuisset, libros antiquos adij, in quibus decem talentis pro ducentis sestertijs legitur, quod nec ipsum placuit, utpote quod sextam tantum partem ad ducẽta sestertia adderet: & alioqui nunquam Plinius & antiqui de rebus Romanis per talẽta locuti sunt, licet in antiquis quibusdam codicibus Plinij mendosè sæpe legatur hoc uerbum in mentione rerum latinarum. Quare ex uetustißimo

Plin. locus memorabilib⁹ mẽdis expurgatus.

stißimo exẽplari decies sestertiũ lego, quod addit quadringenta sestertia ad patinã Aesopi, id est aureorũ decem millia. Cõdidit autẽ pro cõmẽtus est & auctor fuit, intelligo. Quod aũt sequitur, sic lego: Propter hãc Mutianus altero cõsulatu suo in concione exprobrauit patinarũ paludes Vitellij memoriæ, nõ illa fœdiore, cuius ueneno Asprenati reo Cassius Seuerus &c. hoc sensu, ut nõ sit fœdior illa patina in qua uenenũ datũ est tot cõuiuis. Patinarũ autẽ paludes figuratè dictũ est allusione Põtinæ paludis, cum patina ipsa etiã fictilis esset & lutea: de qua Plin. lib. 3. A Circeis palus Põtina est, quem locum XXIII urbiũ fuisse Mutianus tert. cõsul prodidit. Is est autẽ Mutianus cuius mẽtio crebra est apud Tacitũ, qui Vespasianũ ad capessendũ imperiũ hortatus est: quẽ intelligimus ex uerbis Plinij Vitellio supplicio affecto, pro concione aliquãdo cõuitijs inceßisse tempora Vitellij ob luxum perditißimũ, uel aliàs conquerendo exprobrasse patinæ fœditatem, si conquestione legatur. Tacitus de luxu Vitellij loquens lib. 17. Ipse abũde ratus si præsentibus frueretur, nec in lõgius cõsultans, nouies millies sestertiũ paucißimis mẽsibus interuertisse creditur. Hanc ego summã non minorem ducenties uicies quinquies centenis millibus esse dico. Octauo autem mense imperij sui exercitus ab eo descisc ere cœperunt. Paucos igitur menses Tacitus octo menses appellauit. Hic facere non potui quin maioris etiam luxuriæ exempli Vitelliana patina reminiscerer, tametsi non quærerẽ. id erit ex Tranquillo in Nerone deterrimorum omnium principum facinorosißimo. quo loco enim de luxu eius epulari loquitur, Indicebat (inquit) & familiaribus cœnas, quarum unimellita quadragies sestertium constiterunt. Ego mellitorum

Vitellianus luxus.

Nouies millies sestertium.

Inauditus luxus, & fidẽ excedens.

Mellita.

torũ appellatione mellita dulciora fercula intelligo, quæ ultimis menſis apponuntur, ut hodie ſaccharati miſſus epularum à piſtore dulciario, & omnia quæ bellariorum nomine cõtinẽtur, & Saccharei operis ſtrues in adijcialibus cœnis atq; nuptialibus, quæ in lancibus argẽteis ad oſtentationẽ traducuntur, magis ut delibẽtur interdum, quàm ut eſitentur. Hæc ſi centenis millibus aureorum noſtrorum æſtimãtur, quãti cœna ipſa æſtimari poterit? Huic dicto fidem arroget an deroget id quod ſequitur, neſcio. Seneca libro de cõſolatione ad Albinam matrem ſuam ita inquit de Caligula loquẽs, C. Cæſar Auguſtus, quẽ mihi uidetur rerũ natura edidiſſe ut oſtẽderet quid ſumma uitia in ſumma fortuna poſſẽt, cẽties ſeſtertio cœnauit uno die, & in hoc omniũ adiutus ingenio, uix tamẽ inuenit quo modo trium prouinciarũ tributũ una cœna fieret. quibus uerbis apparet cẽties ſeſtertiũ immenſam eſſe pecuniã, & quæ de Cleopatræ unione diximus ex Plinio, nõ uanitate cõmentitia à nobis aucta, ſed modicè æſtimatũ eius precium. id quod in omnia penè in his libris prodita ualet. Maiora ſunt iſta omnino noſtræ ætatis captu. Sed de Vitellij helluatione ita inquit Ioſepus libro quinto de bello Iudaico: Octo menſes ac dies quinque potitus imperio, iugulatur in media urbe: quem ſi uiuere diutius contigiſſet, eius luxuriæ ſatis eſſe imperium non potuiſſet. Vitellio ſucceſſit Veſpaſianus Auguſtus, qui omiſſa ſub Galba uectigalia reuocauit: noua & grauia addidit: tributa etiam auxit, & prouincijs nonnullis duplicauit: quare eum nonnulli auariſſimum eſſe tradiderunt. ſunt contrà qui opinentur (inquit Tranquillus) ad manubias & rapinas neceſſitate compulſum, ſumma ærarij fiſciq; inopia, de qua teſtificatus ſit initio ſtatim principatus,

Caligulæ cœna.

Veſpaſian⁹ tributis & vectigalib⁹ grauis.

cipatus, profeſſus quadringẽties millies opus eſſe ut Reſpub. ſtare poſſet. quod & ueriſimilius uidetur, quandò male partis optimè uſus eſt, in omne genus hominũ liberaliſſimus: quippe qui expleuerit cẽſum ſenatorium, & Cõſulares inopes quingenis ſeſtertiũm millibus annuis ſuſtẽtauerit, ingenia & artes uel maximè fouerit, primuſque è fiſco latinis græciſq; rhetoribus annua cẽtena conſtituerit. Cæterùm quadringẽties millies maiorem ſummam eſſe uideo quàm ut Veſpaſianus ſperauerit quãtauis parſimonia aut tributorum exactione colligi poſſe, ne inueniri quidem fortaſſe, ſi & publicæ & priuatorum pecuniæ in unum locum cõferantur. quare pro quadringenties, quadragies legẽdum eſſe uidetur, & ſic quidem maxima erit ſumma earum quas adhuc diximus, id eſt millies centena millia aureorum coronatorum. Vltra enim hanc ſummam ne ludicra quidem uota hominum procedere ſolent, etiam ſi immenſum quid, maiusq; omni auri conceptaculo exoptare cõtendant. Sed fortaſſe credibile hoc faciũt ea quæ in ſecundo ſcripſimus. Hæc ferè ſunt ex quibus Romanorum opes conijcere magis quàm cognoſcere poſſimus. Reliqua enim monumenta per auctores ſparſa, huiuſmodi ſunt, ut ex ijs certum nullum argumentum ad conſtitutionem huius rei colligere poſſimus: ut quod Plinius lib. uno & uiceſimo de gente quadã Pontica dicit. Gens (inquit) ea cũ ceram in tributa Romanis præſtet, mel, quoniam exitiale eſt, nõ uendit. His dictũ unum Plinij addemus, quod ſuprà in tranſcurſu citauimus, ne id præterijſſe uitio mihi uertatur. Is enim auctor lib. 12. de felicitate Arabiæ loquens, ita inquit: Verùm Arabiæ etiã nunc felicius mare eſt. Ex illo nãq; margaritas mittit: minimãq; cõputatione millies cẽtena millia ſeſtertiũm annis

Notandæ liberalitates Veſpaſiani.

Quadragies millies ſeſtertium.

Memorabilis locus Plinij.

annis omnibus India et Seres peninsulaq; illa imperio nostro adimũt. tanti nobis deliciæ & fœminæ constant. Lib. autẽ sexto de cursu annuo & nauigatione in Indiam loquẽs, ita inquit: Nec pigebit totũ cursum ab Aegypto exponere, nunc primum certa notitia patescente: digna res, nullo anno minus hic quingentesimis imperij nostri exhauriẽte India, & merces remittente quæ apud nos cẽtuplicato ueneãt. Ex horum locorum collatione dicere possemus millies sestertiũ Plinium quingentesimam imperij Romani taxauisse, nõ redditus publici, sed uniuersarum opum publicarũ priuatarumq;, quasi in Indiã quotannis quingentesima pars pecuniæ trãsportaretur ex ijs prouincijs quæ Romanæ ditioni subsunt. Ego autẽ hunc locum corruptũ esse puto, nam in uetustißimo exemplari, non quingẽtesimis sed D L legimus. & alioquin particula hic, omnino hoc loco absurde sita est. quare sic Pliniũ scripsisse puto: nullo anno minus H-S quingẽties imperij nostri exhauriente India. licet lib. 12. Plinius millies sestertium dixerit, geminata summa. Alioquin quonã mode Plinius inire rationem potuisset quingentesimæ imperij Ro. non uideo, ne si breuiariũ quidẽ censuale omnium prouinciarũ uidisset. Hactenus de Romanis opibus. Redeamus ad Persicas. Diximus suprà quanta essent tributa Persarũ auri argentiq;, Darij Histaspis tẽpore, præter cæteras obuentiones thuris & aromatũ. Præfecturas autẽ Parthorum (sic enim postea Persæ appellati sunt) Plinius decem et octo esse dixit, his uerbis lib. 6. Regna Parthorum duodeuiginti sunt omnia. ita enim diuidunt prouincias circa duo (ut diximus) maria, Rubrum à meridie, Hyrcanũ à septentrione. Ex ijs undecim quæ superiora dicuntur, incipiunt à cõfinio Armeniæ Caspijsq; litto

Plinij locus.

Persarũ opes.

littoribus, perinẽt ad Scythas, cũ quibus ex æquo degũt. Reliqua septẽ regna inferiora appellãtur. Sed Pli. de tẽpore suo loquitur. Herodotus autẽ lib. 2. præfecturas uiginti posuit in regno Persarũ, ut diximus: in quibus regnũ Lydiũ ut præcipuũ ponit. Ab eo tẽpore ad Darium ultimũ Persarũ Regẽ multi reges fuerũt. Qua tẽporis intercapedine Persarũ regnũ magnis opibus auctũ est. Primus ille Darius qui à septẽ Persis primoribus, obtrũcatis Magis, creatus est, omniũ hominum pulcherrimus fuit, excepta brachiorũ & cubitorũ lõgitudine, qua dehonestabatur, usq; ad genua protentorum, ob quæ Macrochir, id est Longimanus appellatus est, ut auctor est Strabo lib. 15. & is fuit qui tributorũ formulas instituit. τὸν ἢ διατάξαντα (inquit ille) τοὺς φόρους δαρεῖον εἶναι τὸν μακρόχειρα καὶ κάλλιστον ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων καὶ τῶν πηχέων. ἅπτεσθαι. γὰρ καὶ τῶν γονάτων. Huius ergo Darij tempore uiginti erant præfecturæ stipẽdiariæ præter immunes & munerarias, ab Hellesponto ad orientem tendentes inter duo maria. Ab Hellesponto autẽ & Aegæo mari mansiones, qui stathmi græce dicuntur, certis spatijs ad Susa regiã Persidis miro ordine dispositas fuisse dicit. ἔχει γὰρ ἀμφὶ τῇ ὁδῷ ταύτῃ ὧδε. σταθμοί τε πανταχῆ εἰσι βασιλήιοι, καὶ καταλύσιες κάλλισται. διὰ οἰκεομένης τε ἡ ὁδὸς ἅπασα καὶ ἀσφαλέος. Sic autẽ (inqt) res se habet. circa uiã illã mãsiones ubiq; sunt regiæ, & diuersoria elegãtißima. Omnis autẽ uia per habitatã regionẽ tutamq; ducit. Deinde Herodotus rẽ singillatim persequẽs, mãsiões per Lydiã & Phrygiã uiginti numero ponit. Excipit autẽ à Phrygia (inquit) Halis fluuius, in quo portæ sunt quas omnino transire necesse est. tandẽ mãsionibus omnibus enarratis usq; ad Susa ubi erat regia, οὗτοι (inqt) οἱ πάντες σταθμοί

Macrochir Darius Longimanus.

ἐσι ἕνδεκα καὶ ἑκατόν. καταγωγαὶ μὲν νυῦ ϛαθμῶν τοσῶνδέ ἐσι ἐκ σαρδίων ἐς σῦσα ἀναβαίνοντι. Omnes autẽ hæ mãsiones numero sunt centum undecim, tot sunt mansionum diuersoria à Sardibus Susa tendenti. Quòd si recte dimensa uia est regia parasangis, & parasanga tricena stadia ualet, ut certè ualet: à Sardibus ad regiam quæ Memnonia dicitur, stadia sunt tredecim millia & quingẽta, & parasangæ quadringentæ quinquaginta. Cẽtena igitur & quinquagena stadia quotidie peragranti uiatori, cõsumuntur dies solidi nonaginta. πεντήκοντά δε καὶ ἑκατὸν ϛαδίαι ἐφ' ἡμέρῃ ἑκάϛῃ διεξιῦσι, ἀναισιμῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα. Hic fuit status Persici regni sub Dario Macrochire: quibus si addantur quæ ab Aristotele aut alio auctore in libro de mundo dicta sunt, hæc erunt credibilia. Hoc regnum ab Alexandro euersum est deuicto Dario, & in plures Alexãdri successores diuisum: quoad Parthi denuo instaurauerũt cum Romanis sæpe belligerãtes. Maximas autẽ opes sub Dario ultimo fuisse ex Quinto Curtio & Strabone docebimus. Iamprimum Curtius libro tertio de gaza Damasci loquens Alexandro prodita à præfecto qui eam eduxerat fugæ colore quæsito, Iacebant (inquit) totis campis opes regiæ, illa pecunia stipendio ingenti militum præparata. Ille cultus tot nobilium uirorum, tot illustrium fœminarũ, aurea uasa, aurei freni, tabernacula regali magnificẽtia ornata. uehicula quoq; à suis destituta, ingentis opulentiæ plena. facies etiã prædantibus tristis, si qua res auaritiam moraretur, quippe tot annorũ incredibili & fidẽ excedẽte fortuna cumulata. & paulo inferius, Summa pecuniæ signatæ fuit talẽtûm duo millia & sexcẽta. facilè argẽti põdus quingenta æquabat. Sic enim in membranaceo

Via regia Persarum, Parasanga.

Euersum regnum Persarum.

Darius ultimus.

branaceo legimus. Idem lib. v. de Susis loquens Alexandro citra oppugnationem traditis: Hic Abulites cum donis regalis opulẽtiæ occurrit. Dromades cameli inter dona erant uelocitatis eximiæ, xii elephanti à Dario ex India acciti, non iam terror (ut sperauerant) Macedonum, sed auxiliũ, opes uicti ad uictorem transferẽte fortuna. Vt uerò urbem intrauit, incredibilem ex thesauris summam pecuniæ egessit. quinquaginta millia talentũ argenti nõ signati forma, sed rudi pondere. multi reges tantas opes longa ætate cumulauerãt liberis posterisq;, quas una hora in externi regis manus intulit. In codicibus impressis millia uerbũ deest, errore librariorũ. Hæc talenta aut Babylonia fuerũt, aut Attica. quare hæc summa minima computatione trecenties centena millia aureorum nostrorum ualuit. Antea autem idem auctor dixerat eodem libro: Alexandro traditur Arbela, regia supellectili Dariiq; gaza repleta. quatuor millia talentûm fuere. præterea preciosæ uestes, totius (ut suprà dictũ est) exercitus opibus in illam sedem congestis. hac summa fit accessio quater & uicies centenûm millium aureorũ, præter gazam Damasci. Susa (ut auctor est Stephanus) regia est Persarũ, quam Memnon condidisse dicitur: quare Strabo regiam Memnoniam appellauit. ab hac, Susiana dicta est regio Persidis citerior. Ab ea urbe Alexander Darium cedentẽ sequẽs, Persepolin ueluti ad regni penetralia raptim cõtendit. cui præstò fuerunt quatuor Græcorũ milia mutilis corporibus, quos Persæ quondã bello captos uarijs suppliciorũ generibus affecerant. Quare Alexander impetum cepit urbis eius excidendæ, quæ antiqua regia erat Persarũ, olim à Cyro cõdita, qui & Persarũ ipse regnũ condiderat. ab ea enim sede profectos aliquãdo Persarum

Thesauri Susiani.

Susa, Regia Memnonja.

sarũ reges Græciæ bellũ impium & Europæ intulisse.
Persepolis. Quare Persepoleos excidio parẽtandũ maioribus esse cẽsuit, quos Persæ uarijs cladibus traiecto Hellespõto & põtibus etiã iuncto lacessiuerãt. In ea igitur urbe quantas opes Alexãder ceperit, uerbis ipsius Curtij, auctoris tersi atq; elegantis, referemus. Multas urbes (inquit) refertas opulẽtia regia, partim expugnauerat, partim in fidẽ acceperat: sed urbis huius diuitiæ uicere præterita. In hãc totius Persidis opes cõgesserãt Barbari. aurũ argẽtumq; cumulatũ erat. uestis ingẽs modus. supellex non ad usum modò, sed ad ostentationẽ luxus comparata. & paulò infrà: Ingẽs pecuniæ captiuæ modus traditur, propè ut fidem excedat. Cæterum aut de alijs quoq; dubitamus, aut credimus in huius urbis gaza fuisse cẽtũ & xx millia talenta, ad quæ uehẽda (nanq; ad usus belli secum portare decreuerat) iumẽta & camelos à Susis & Babylone cõtrahi iussit. sic in uulgatis libris legitur. uerùm obseruata uetusta lectione, nõ cẽtũ & uiginti millia talẽta lego, refragãte loquẽdi cõsuetudine doctorũ, sed centum millia & uiginti talẽta. Hæc summa quãti æstimari nomismate nostro possit, ex præcedẽti apparet. Quãta autẽ fuerit gaza Babylonica, Curtius nõ addidit, licet Alexandrũ recognouisse dicat. Strabo autem libro decimoquinto Alexãdrum ait angustias Persidis & Vxiorum, qui Persis cõterminí sunt, & Persicas deniq; ipsas portas superasse ui bellica, penetrare festinãtẽ ad caput ipsum regni & gazophylacia Persarũ, quæ tot seculis cõgesta ac recõdita fuerant. ἃ μὴ αὐτὰ βίᾳ διῆλθεν ἀλλὰ ξανδρᾳ & τὰς πορικὰς πύλας μὴ κατ' ἄλλους τόπους διεξιὼν τὴν χώραν, μὴ κατοπτεύσας ἀσύδωρα τὰ κυριώτατα μέρη καὶ γαζοφυλάκια ἃ τοσούτοις χρόνοις ἐξεπε-

πλήρωτο. Et paulo inferius de Cyro loquens, Omnes autem Persidis pecunias Susa exportãdas curauit, quæ thesauris ipsa & supellectili plena erant. nec ideo tamẽ illic regiam animo destinabat, sed apud Babylonẽ, quam constituerat etiam supellectili & instrumento regio adornare. etenim illic quoq; thesauri cõditi erant. πάντα ἦν τὰ ἐν Περσίδι χρήματα ἐξεσκευάσατο εἰς τὰ σῶσα, μὴ ταῦτα θησαυρῶν καὶ κατασκευῆς μεγάλης τῆδ' ἡγεῖτο βασιλέαν, ἀλλὰ τὴν Βαβυλῶνα. μὴ διενοεῖτο ταύτην προσκατασκευάζειν. πάντα γὰρ ἐκεῖσε θησαυροί. Fama est (inquit) præter eas pecunias quæ Babylone, et eas quæ in castris erãt, quæ inde sumptæ non fuerant, ipsa per se quæ Susis & in Perside erant, quadraginta millia talentûm numerata & recognita fuisse. φασὶ δὴ χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι, μὴ τῶν ἐν Ἐκβατάνοις λεγομένων τε περὶ ταῦτα μὴ λελῆφθαι, αὐτὰ τὰ ἐν σώσοις μὴ τὰ ἐν Περσίδι τετρακισμύριά ταλάντων ἀριθμῶν ἀπενεγκεῖν. τινὲς δὲ μὴ πάντα λέγουσι. Hoc non cõuenit cum eo quod Curtius scripsit, quia Susis & Persepoli centum & quinquaginta millia Curtius inuenta dixit. Plutarch. l. x millia talentûm argẽti inuenta dixit in regia gaza Susis, & quinquaginta millia talentûm purpuræ hermionicæ. Sed uideamus quid ultrà dicat. ἄλλοι δὲ πᾶσαν χόθεν συναχθῆναι παραδεδώκασιν εἰς Ἐκβάτανα ὀκτωκαίδεκα μυριάδας ταλάντων. Alij autem uniuersas undiq; coactas pecunias centũ & octoginta talentûm millia dicunt Ecbatana comportata fuisse. hoc cõfirmari nõ potest ex Curtio, quia locus ille lib. quinto mutilatus est, licet eodem libro in mentione Philotæ significet Parmenionem maximæ pecuniæ custodẽ in Media fuisse. Verùm ex Arriani lib. tertio nouimus Alexandrum mandasse Parmenioni, ut pecuniam quæ ex Perside exportata fuerat, Ecbatanis in arcem

conderet, ibiq; ad custodiam sex millia Macedonum cum amicis relinqueret. Tantũ hoc refert, quòd Arrianus tradit Alexandrũ Cyri thesauros Pasagardis, oppreßis celeritate custodibus, reperisse: Strabo autem dicit Cyrum Pasagardis regiam quidem suam statuisse, sed tamen pecunias Susis condi uoluisse. Curtius igitur gazam Persarum multis in thesauris conditam, ad centũ & quinquaginta septem millia talentûm subduxit absq; Babylonica pecunia. Strabo omnia complexus, centum & octoginta posuit. Hæc summa centies & octies millies mille aureos nostros ualet, hoc est millies & octogies centena millia. summa haud dubiè multo maior maxima omnium summarum quas uno tempore coactas in rebus Romanis legerimus: nisi si fidem habuerimus ijs quæ dicta sunt in secundo de ærario Romano ex uetusto exemplari, in quo iudiciũ meum uix interponere ausim propter dubiam fidem exemplarium. Præter hanc summã post Persepolim direptã dirutamq;, cum Alexander iam in Hyrcaniã uenisset, uiginti (inquit Curtius) & sex millia talentûm proxima præda redacta erant, è queis XII. millia in congiarium militum absumpta sunt. par huic pecuniæ summa custodũ fraude subtracta est. Tantis opibus Alexãdri magnifica eius facta respondere uidẽtur. Cum enim in Persidem ex India regressus intellexisset milites suos iam ueteranos cõsumptis per luxũ orientis spolijs, insuper etiam ære alieno obstrictos esse, edixit ut omnes milites æs alienum profiterẽtur. quod cũ illi facere cunctarẽtur, tentari sese rati, quò facilius Alexander sumptuosos notaret, rex satis narus profeßioni æris alieni pudorem non contumaciam obstare, mẽsas totis castris poni iußit, & decẽ millia talentûm proferri. Tum demũ fide facta profeßio est, nec amplius

Summa Persicarum opũ ab Alexandro captarum.

Alexandri magnificentia.

amplius ex tanta pecunia quàm centũ & XXX talẽta superfuere. adeò ille exercitus tot ditißimarũ gentium uictor, plus tamẽ uictoriæ quàm prædæ deportauit ex Asia. Auctores Curtius lib. IX. & Plutarchus in Alexandro. Arrianus in sexto ijsdem penè uerbis, nisi quòd ait regem gratiã eis fecisse nominũ suorum deferendorũ, sed tantum uoluit fidẽ æris alieni fieri prolatis syngraphis. καταθείς δὲ τραπέζας ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ἐπὶ τούτων χρυσίον, καὶ τοὺς ἐπιμελησομένους τῆς δόσεως ἑκάστοις ὅστις συμβόλαιον ἐπεδείκνυτο, ἐπιλύεσθαι τὰ χρέα ἐκέλευεν, οὐκ ἀπογραφομένους ἔτι τὰ ὀνόματα, καὶ οὕτω δὴ ἐπίστευσαν ἀληθεύειν ἀλέξανδρον. Ab eadẽ munificentia est congiariũ militare de quo paulò antè diximus, XII. milliũ talentûm. sed inusitata est illa sublimitas animi, Hephæstionẽ charißimũ sibi, morbo defunctũ, decem millibus talẽtûm, id est sexagies centenis millibus nostris funerasse, ut auctores sunt Plutarchus in Alexãdro, & Arrianus in sexto his uerbis, ἐκεῖνα δὲ πρὸς πάντων ξυμφωνούμενα, ἐς τρίτην ἀπὸ τῶν θανάτου τῶν ἡφαιστίωνος ἡμέραν, μήτε σίτου γεύσασθαι ἀλέξανδρον, μήτε τινὰ θεραπείαν ἄλλην θεραπεῦσαι τὸ σῶμα, καὶ πυρὰν κελεῦσαι ἀνθρῶν ἑτοιμάζεσθαι ἐν βαβυλῶνι ἀπὸ ταλάντων μυρίων. Diodorus lib. XVII. de hoc loquẽs, ita inquit, τασάντην δὲ σπουδὴν ἐποιήσατο πρὸς τὴν τῆς ἐκφορᾶς ἐπιμέλειαν, ὥστε μὴ μόνον τὰς προγεγονημένας παρ' ἀνθρώποις ταφὰς ὑπερβαλέσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐσομένοις μηδεμίαν ὑπέρθεσιν καταλιπεῖν. Tanto autẽ studio cõtendit in accurando eius funere, ut non solũ superiorũ ætatum omniumq; hominũ funebres apparatus superauerit: sed ne posteris quidẽ quicquam reliquũ fecerit quod ipsi possent superaddere. Deinde apparatu descripto ad extremũ ita narrationem claudit, φασὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωθέντων χρημάτων

Hephæstionis funus memorabile.

γεγονάναι πλεῖον τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων ταλάντων. Aiũt numerũ consumptæ pecuniæ maiorem duodecim millibus talentorum fuisse. Plutarch. in Pelopida, ἀλέξανδρος δὲ ὁ μέγας ἡφαιστίωνος ἀποθανόντος, οὐ μόνον ἵππους ἔκειρε καὶ ἡμιόνους, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπάλξεις ἀφεῖλε τῶν τυχῶν ὡς ἂν δοκοῖεν αἱ πόλεις πονθεῖν, ἀντὶ τῆς πρόσθεν μορφῆς κούριμον σχῆμα, καὶ ἄτιμον ἀναλαμβάνουσαι. Alexander magnus, inquit, Hephæstione mortuo, nõ equis modò suis & mulis iubas totondit, sed & murorum pinnas propugnaculaq; excmit, ut urbes lugere ipsæ uiderentur, & pro pristina specie lugubrẽ habitũ, honoreq; uacuũ induisse. idẽ Diodorus. Alexãder in nuptijs Statyræ Darij filiæ, quam Susis matrimonio sibi iunxit, epulũ nouẽ millibus conuiuarũ fecisse traditur, & unicuiq; ad libamina peragenda auream phialã donasse, auctore ipso Plutarc. Arrianus lib. VI. uel VII. ut alij numerãt, ait Alexãdrũ Susis sibi nuptias amicisq; celebrasse. ipsum enim sibi maximã natu filiarũ Darij accepisse, nomine Barsinẽ. ut autẽ Aristobulus ait, cũ hac Parysatin quoq; minimã natu regis Ochi duxit, cum etiã antè Roxanen uxorẽ duxisset Oxyartæ Bactriani filiã: Barsinesq; sororẽ Drypetin Hephæstioni dedit, ut filios Hephæstionis, sororis filios appellaret. Tum Cratero & Perdiccæ & Eumeni alijsq; primorib. Macedonum cõnubio iunxit filias principũ Persidis & Mediæ ad octoginta numero: omnibusq; dotes dedit: deinde omneis alios qui uxores Persides & Asianas duxissent, nomina dare iußit: qui supra decẽ millia inuẽti sunt: omnibusq; ab ipso donationes propter nuptias factæ. προῖκας δὲ ξυμπάσαις ἐπέδωκεν ἀλέξανδρος, καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἠγμένοι ἦσαν μακεδόνες τῶν ἀσιανῶν τινὰς γυναικῶν, ἀπογραφῆναι ἐκέλευσε καὶ τούτων τὰ ὀνόματα: καὶ ἐγένοντο ὑπὲρ τοὺς μυρίους.

καὶ τούτοις δωρεαὶ ἀλεξάνδρου ἐδόθησαν ἐπὶ τοῖς γάμοις. In hanc autem liberalitatẽ largitionemq; æris alieni cuius suprà meminimus, uiginti millia talentûm collata esse, aliquantò post subdit, his uerbis, λέγεται δὲ γενέσθαι ἡ δόσις αὕτη τῇ στρατιᾷ ἐς τάλαντα δυσμύρια. Huius auctoris dicto ac superioris fidẽ facere potest Chares historicus qui Alexãdri gesta scripsit, ut ex Athenæo nouimus. Ait enim post Darij mortẽ Alexandrũ nuptias sibi amicisq; celebrasse splẽdidißimo apparatu. Siquidẽ in eodem conclaui duos & nonaginta thalamos sternẽdos iußisse. Erat autẽ conclaue prægrãde, cẽtenarij lectisternij facilè capax: in quo singuli lecti toralib. strrati genialibus erãt impẽsa uicenûm minarũ argẽti. Inter quos uisendus erat lectus regius pedibus aureis fultus. Epulũ autẽ nuptiale in aula tẽporaria factũ fuit excitatis tẽtorijs singulari splẽdore & opulẽtia. Huius aulæ ambitus quatuor stadiorũ erat, id est duûm milliũ & quadringẽtorũ pedũ, uel passuũ quadringentorũ & octoginta. Firmamentũ autem præstabant columnæ uicenûm cubitorum, partim aureis laminis partim argenteis contectæ, & insuper lapillis preciosis distinctæ. tum ambitum ipsum cingebant Babylonica stragula aurea textura & beluata distincta. Nuptiarũ celebritas diebus quinq; instaurata, cũ interim et musici artifices et scenici, & omne genus acroamatũ in mediũ prodirent, sui quisq; specimẽ artificij præbẽtes. Indeq; primùm assentatores regis Alexandrocolaces dici cœperunt, qui antea à tyrãno Siciliæ Dionysiocolaces dicebãtur: omnia summa hilaritate Alexãdro approbãte. Arrianus li. VI. id conuiuiũ factũ fuisse ait nõ ob nuptias, sed ob seditionẽ militarẽ pacatã, quæ postea ad urbẽ Opim sitã ad Tigrim flumen, in quo & Macedonũ & Persarũ & omniũ gentiũ prin-

Chares.
Nuptiarũ Alexandri magni luxus.

Alexandrocolaces.
Dionysiocolaces.
Munera nuptiarum Alexãdri.

cipes uiri fuerunt: ibiq; libamina & obsecrationes ob concordiã Macedonũ cum Persis facta, ut in idẽ imperiũ conspirarent. Fuisse autẽ conuiuarũ circiter nouẽ millia: & ex eodẽ cratere ipse libando cum suis hausit. Καὶ ἀπὸ τῶν κρατῆρος αὐτός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἀρυόμενοι ἔσπονδον τὰς αὐτὰς σπονδὰς, καταρχομένων τῶν τε ἑλλήνων μάντεων, καὶ τῶν μάγων. primitias libaminũ faciẽtibus fatidicis Græcis ac magis. εὔχετο δὲ τάτε ἄλλα ἀγαθὰ, καὶ ὁμόνοιάν τε καὶ κοινωνίαν τῆς ἀρχῆς τοῖς τε μακεδόσι καὶ πέρσαις, εἶναι δὲ κατέχει λόγος τοὺς μετασχόντας τῆς θοίνης ἐννακισχιλίους, καὶ τούτους πάντας μίαν τε σπονδὴν σπεῖσαι, καὶ ἐπ' αὐτῇ παιωνίσαι. eosq; omneis, id est nouẽ millia, uno eodẽ libamine libasse, & pæana cecinisse. à quo statim conuiuio ueteranos & causarios uolũtarios Cratero duce in patriã, id est in Macedoniã remisit: qui ad decẽ millia inuenti sunt: quibus singulis stipendiũ non modò in præteritũ, sed etiam in id tempus persolutũ est, quod ad reditũ cõsumpturi erãt, & pro corollario talentũ unicuiq;. Ex quo conijci potest quanta largitio illa fuerit. ἔνθα δὴ ἐθελονταὶ ἤδη αὐτῷ ἀπήεσαν τῶν μακεδόνων ὅσοι διὰ γῆρας ἤ τινα ἄλλην συμφορὰν ἀπόλεμοι ἦσαν. καὶ οὗτοι αὐτῷ ἐγένοντο ἐς τοὺς μυρίους. τούτοις δὲ τήν τε μισθοφορὰν οὐ τῶν ἐξήκοντος ἤδη χρόνου ἔδωκεν ἀλέξανδρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐς τὴν ἀπονόστησιν τὴν οἴκαδε ξυμβαίνοντος. ἐπέδωκε δὲ καὶ τάλαντον ἑκάστῳ ὑπὲρ τὴν μισθοφοράν. Tum subdit Athenæus, οἱ δὲ πεμφθέντες φησὶ στέφανοι, ὑπὸ τῶν πρεσβευτῶν καὶ τῶν λοιπῶν, ταλάντων ἦσαν μυρίων πεντακισχιλίων. Coronæ autẽ à legatis & alijs in ea celebritate missæ, quindecim millibus talẽtũm æstimabãtur. Quapropter paulo superius ita dixerat: καὶ ἕκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι διονυσιοκόλακες, ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν διὰ τὰς τῶν δώρων ὑπερβολάς,

βολάς, ἐφ' οἷς καὶ ἥσθη ὁ ἀλέξανδρος. Proinde qui prius Dionysiocolaces uocabãtur, iã inde Alexãdrocolaces dicti sunt propter munerũ magnificentiã, exhilarato ob id etiã Alexãdro. Quindecim millia talẽtũm nõ minus nonagies cẽtenis millibus coronatorũ ualuerũt. Hæc autẽ munera intelligimus Alexãdro ab Asia gẽtibus subactis & regibus et dynastis ob honorẽ nuptiarũ missa, ut hodie factitari uidemus: cum fortasse Alexander literas ad præfectos prouinciarũ ob id misisset: & præterea ab ipsis Macedonũ primoribus, quos uictoriæ aliæ super alias in immensum locupletarant. Magnificentiã autem & nitorem inusitatum Augustalis Alexandri Phylarchus his uerbis animo concipiendam dedit, ut idẽ auctor refert: τὰς δὲ χρυσᾶς πλατάνους καὶ τὴν χρυσῆν ἄμπελον, ὑφ' ἧς οἱ πέρσῶν βασιλεῖς ἐχρημάτιζον πολλάκις καθήμενοι, σμαραγδίνους βότρυς ἐχούσης, καὶ τῶν ἰνδικῶν ἀνδράκων ἄλλων τε παντοδαπῶν λίθων ὑπερβαλλόντων ταῖς πολυτελείαις, ἐλάπτω φησὶν ὁ φύλαρχος φαίνεσθαι καθημέραν ἑκάστοτε γινομένης παρ' ἀλεξάνδρῳ δαπάνης. Nã aureas (inquit) platanos aureamq; uitẽ sub qua Persarum reges sedentes iura sæpe reddebãt, audiendisq; gentiũ postulatis uacabãt, inferiores uideri quotidiano sumptu Alexandrinæ regiæ Phylarchus perhibuit, etiamsi uitem illam auream spectabilem opulentia facerent uuæ in ea dependentes, ex smaragdis illæ quidem & carbunculis Indicis, atq; gemmis alijs summæ taxationis aptæ. Pergit Phylarchus in hæc ferme uerba: Iam primum erat eius prætoriũ castrense centum lectorũ capax, idq; aureæ colũnæ octo numero continebant. Supra autem columnas assurgentia laquearia opere uermiculato, auro aliaq; eximia materia coagmentato, summam prætorij partem decorè fastigiabant

Augustale Alexandri.

Prætorium castrense Alexandri magni.

bant. Ipsi primùm quingenti Persæ, quos illi melophoros uocabant, id est, hastilia ferentes aureis malis præpilata, intrinsecus prætorium cingebant, luteis ac purpureis uestimentis exculti. Post hos mille sagittarij, partim flammeis induti uestibus, partim hysgino tinctis. non pauci etiam cæruleos amictus habebant. His quingenti Macedones præerant argenteis parmis insignes, ob id argyraspides dicti. In augustali medio aurea sella solio similis statuebatur: in qua residens Alexander de ijs rebus statuebat, quæ regiam sententiam poscebant, aut præfectos ad imperia accipienda uocabat, cũ interim stipatores undiq; regi apparerẽt. Extrorsus uerò elephantorũ agmen suis stratis contectum prætorio circundabatur, & simul Macedones mille Macedonico cultu conspicui. Ab his rursus Persæ numero decem millia excubias agebãt. Quibus autem purpuram ferre mos erat, quingenti tantum erant. ijs enim tantum ex supradictis Alexander purpuream uestem dabat. Cumq; tot essent præfecti comitesq; Alexandro & ministri, nulli ad eum accedere non accersito ius erat. Huiuscemodi (inquit ille) fuit dignitas & augusta species Alexandri in expeditione agentis post Darium uictum. Sed quod Phylarcus de platanis & aurea uite dixit, uidendum id quale sit. Idem igitur Athenæus circa principiũ lib. XII. de luxu & delicijs loquẽs ita inquit: χάρης δὲ ὁ μιτυληναῖος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν περὶ ἀλέξανδρον ἱστοριῶν, εἰς τοσοῦτόν φησιν ἧκον τρυφῆς οἱ τῶν πόρσων βασιλεῖς, ὥστε ἔχεσθαι τὰ βασιλικῆς κλίνης ὑπὲρ κεφαλῆς οἰκημάτι πεντάκλινον. ἐν ᾧ χρυσίου πεντακισχίλια διὰ παντὸς ἔκειτο τάλαντα. καὶ πρὸς ποδῶν ἕτερον οἴκημα τρίκλινον. οὗ τάλαντα τριχίλια ἔχειτο ἀργυρίου, καὶ προσηγορεύετο βασιλικὸν ὑποπόδιον. ἦν δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι

Argyraspides.

Platanus uitisque aurea.

κοιτῶνι καὶ λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ ὑπὲρ τὰ κλίνης, καὶ τὴν ἄμπελον ταύτην ἀμύντας φυσὶν ἐν τοῖς σταθμοῖς, καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων ψήφων συντιθεμένους. Chares autem Mitylenæus libro V. historiarum Alexandri, Darij regis tempore in eas iam delicias Persarũ reges prolapsos esse scribit, ut ad caput cubilis regij conclaue unũ esset pariete uno intermedio obstructum, ea magnitudine, quæ quinque lectos caperet, in quo semper essent condita talẽta auri quinq; millia: hocq; conclaue ceruical regium appellabatur. E regione uerò huius aliud esse conclaue triclinũ ad parietẽ eũ excitatũ, ad quẽ cubilis pedes uergebãt, in quo argenti talenta numero tria millia condebãtur. nam etiã ipsum trium tantũ lectorum capax erat, & scamnum suppedaneũ regis esse dicebatur. Verùm in ipso cubiculo regio uitis erat aurea gemmis insuper inclusis locupletata, eaq; uelut pergula regio cubili obtendebatur. Hanc uitem Amyntas in libro de mansionibus regijs, prodidit racemos etiam pensiles habuisse ex lapillis æstimatißimis aptos. Nec procul ab ea craterẽ aureũ collocari solitũ Theodori Samij opificio nobilẽ. Quinq; millia auri talẽtûm nõ minus millibus quinquaginta argẽti ualuerũt, quæ nos trecẽties cẽtenis millibus coronatorũ æstimãda esse cõtendimus. Tanti Persarum reges ceruicẽ suã inclinandã esse cẽsuerũt, & præcipuè Darius ille, quẽ tertio iã prælio atq; etiã bello uictũ, amicorũ iuratißimi aureis compedibus uinctum, cũ aliquãdiu traxissent, ad extremũ equũ cõscendere negantẽ, nefario scelere cõtrucidarunt. Hoc sibi fortuna ludibrium extremũ ex tãta superbia comparante, ut qui tanti caput suum recumbere, & pedes subniti uoluerat, tanti etiam manibus pedibusq; uinciretur. Sic fert humana conditio, ut cum

Persarum regis ceruical.

Scamnum suppedaneum.

Vitis aurea.

Darius aureis cõpedibus uinctus, trucidatusq;, superbię abijciendæ regibus exemplũ reliquit.

ut cum fastigium suum longè supergressa sit, cõtinuò cõcidat. Quod utinam reges satis animaduerterẽt, animaduersumq; meminissent. Sed unde id in mẽtem illis ueniat? Darius enim ille Persarum regũ ultimus, literas etiã græcas scuit, ut auctor est Curtius, nec id meminisse potuit, tum maximè florente philosophia. Idẽ Curtius auctor est lib. IIII. cum Alexãder ad Arbela castrametatus esset, qui uicus est Aßyriæ Persarum clade & Alexandri uictoria nobilis, legatos Darij iterũ ad Alexandrum ad pacem petendam uenisse, & redimendam matrem Darij cũ duabus uirginibus: mandata autem Darij & conditiones huiuscemodi attulerunt, quæ conditiones, Darij incredibilem opulentiam, latæ, & Alexandri inauditam animi fiduciam atq; celsitudinem, non acceptæ, ostendere potuerunt. Verba legatorũ hæc apud Curtium legũtur: Quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? Antea Darius imperio tuo finẽ destinabat Halym amnem, qui Lydiam terminat: nunc quicquid inter Hellespontũ & Euphratẽ est, in dotem filiæ offert quam tibi tradit. Ochum filium, quẽ habes pacis & fidei obsidẽ, retine: matrẽ & duas uirgines filias redde. pro tribus corporibus triginta millia talentûm auri precatur accipias. sic enim in antiquo libro legimus, licet in impreßis trigesimum talentũ auri legatur. & inferius Alexander legatis excedere tabernaculo iußis, quid placeret, ad consiliũ refert. diu nemo quid sentiret ausus est dicere, incerta Regis uoluntate. tandẽ Parmenio, antea suasisse se ait ut captiuos apud Damascum redimentibus redderet. ingentẽ pecuniã potuisse redigi ex ijs qui multi uincli uirorũ fortiũ occupauerãt manus: & nunc magnopere cẽsere, ut unã anum & duas puellas itinerũ agminũq; impedimẽta, XXX millibus talentûm

Darius Alexandro filiamcum dote opima obtulit.

Curtij locus.

talentûm auri permutet. Ingrata oratio regi fuit: itaq; ut finẽ dicendi fecit, Et ego (inquit) pecuniã quàm gloriam mallem, si Parmenio essem: nunc Alexander, de paupertate securus sum, & me nõ mercatorem memini esse, sed regem. Hactenus Curtius lib. IIII. cuius illa uerba corruptè mulgò legũtur, cum aliàs, tum etiam quòd XXX talentis auri codices impreßi habent, quod non magnum est pretium, hoc est minus quadringentis talentis argẽti. Plutarchus decẽ millia talentûm oblata fuisse dicit, nõ adiecto auri uel argẽti. puto igitur corruptum esse numerum etiam in antiquo codice (nullæ enim opes eam summam æquare possunt) aut certè argẽti legendum esse, nõ auri: tametsi talentum auri fortasse non sexagenarium erat, ut infra uidebimus. Apud Iustinum epitome. XIII. ubi legitur de opibus Alexandri: Erant enim in thesauris CC. mil. talentûm, & in annuo uectigali & tributo CCC. mil. Ego non CCC sed XXX legendũ censeo. nõ enim conuenit ut CCC mil. annua essent, & centum millia tantũ in conditis pecunijs, & alioquin XXX millia annui redditus fuisse cõijcere possumus ex supradictis. Hæc fere sunt quæ de opibus Persarũ cõperimus, atq; etiã dici possunt, quibus hoc institutũ fuit (ut diximus ex Herodoto) ut aurum atq; argẽtũ graue in thesauris haberẽt. Strabo autẽ ita inquit, de hoc loquens: τὸν δὲ τάλαντον χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐν τοῖς κατασκευαῖς εἶναι, νομίσματι δὲ ὀλίγῳ. πρός τε τὰς δωρεὰς ἐπεῖνα μεχαρισμένα νομίζειν μᾶλλον, καὶ πρὸς κειμηλίων ἀπόθεσιν. τὸ δὲ νόμισμα πρὸς τὰς χρείας ἀρκεῖν. ἱκανὸν εἶναι, καὶ πάλιν τὸ τοῖς ἀναλώμασι σύμμετρον. Maximã autẽ auri atq; argenti partẽ in instrumẽto & supellectili esse, in nũmo nõ multam: siquidẽ illa elegãtiora & ad munificẽtiã, & ad the-

Iustini locus.

sauros

Institutũ Persarũ animaduertendum.

ſauros condendos apud eos exiſtimari. Nummi autem ſignati tantũ ſufficere quantum ſatis ſit ad uſum, ideoq; ſignari pro modo impendiorũ. Hoc inſtitutũ Perſarũ ignoraſſe homines ij mihi uidẽtur, qui cẽſent intereſſe Reip. ut uaſa aurea & argentea quàm pauciſſima in priuatis ſint cenſibus, & plurimũ aurũ argentũq; confletur in officinis monetalibus, ut nomiſma in commercijs exuberet. Nec me latet cenſura olim dignũ apud Romanos uiſum, argentũ factũ domi ultra paucula pondo habuiſſe: ſed ob aliam cauſam id inſtitutũ, & in pœnuria argenti. Verũ enimuero quum imperij noſtri redditus cõponerem cum Perſicis, ſubquadruplam ferme proportionẽ habere deprehendi. Sic enim ratiocinabar, quaſi largè annua quinadena talentũm millia Perſarum reges referre in accepta potuerint. Huius ſummæ quartam partem quadragies centenis millibus francicorũ (hoc enim uocabulo noſtri in ratiocinijs principalibus utuntur) ubere ratione æſtimabam. Quã ſummã acceptam & expẽſam memoria noſtra aliquot annis nouimus. Sic igitur ſtatuebam, ſi tributa quæ quotannis ex occaſione gerẽdarum rerũ uariè & libero principũ arbitratu indicũtur, ad ſtatam ſexamq; ſummã & formulã redigerẽtur, poſſe hilari populi conditione ad quinquies & uicies centena millia francicorum peruenire: uectigalia autẽ (de quibus antè diximus) & patrimoniũ regiũ ac diadematicum duodecies minimùm conficere. Reliqua omnia quæ uices ſtatas non habent (qualia ſunt fortuita, & aduentitia, & omnia in fiſcum cedentia) in paginam liberalitatum ſeponebam, cũ muneribus & magiſtratibus & omnibus diſpenſationibus quæ codicillis conferũtur à rege, his enim rebus prolixè munifici principes eſſe poſſent, ſi certo quodã modo munific

munificentiam temperare meditarẽtur, nec primo cuiq; petendi aditum occupanti largiri. Hanc breuiarij principalis conſtitutionem ſpondere auſim & fortunis omnibus meis cauere, populum Gallicum non modò ferre poſſe ſi ei iniungatur, ſed etiam beneficij loco depoſciturũ, dum taxat ea lege, ut ab iniuria militari incolumem ſe fore & ſartum tectum (ut dicitur) reſtipulari liceat, & ſemel quotannis ea conditione imperatis regijs defuncturum. Adde, ſi placet, & ſibi bona fide ſponderi id intelligat: neque id quidem modò, ſed etiam corollarij nomine hoc additurum, ut ſi de aris & focis dimicandum ſit, repetitum ſe iri ubere aliqua indictione caueat. Semper enim ad incerta bellorum reges noſtri uelut ſanctius ærarium in populi benignitate obſequioſa reconditum habuerunt. Quòd ſi quis huius anni collationem reputet anni ſuperioris collationem excipientẽ, atq; in id tempus utrãque incurrentem, quo & uis maior ſeu cœli intemperies calamitatem, & uis improbior (quæ militaris eſt petulantia) pauperiẽ longè lateq; per rura fecere, nullus iam modus æſtimationis erit. Nam cum aliàs ferè ea populi imperia accipientis obſequentia, & tributa præſtationesq; alias imperantium duritia apud nos eſſe ſoleat, quæ eſt uinitoris aut inſciti, aut minimè indulgentis, qui pluribus palmitibus uitem quàm pro ſtirpium uiribus onerare non uerebitur, quũ nihilo ſecius imperatas uuas uitis frugifera reddat: tum ſic actũ eſt hoc biennio (quod mireamur plebicola principe) quaſi poſtremũ tributa atq; ſimul omnia inungerentur, perinde ut cõductores agere iã ferè exactis luſtrorum annis aſſolent, qui prædio non ſuo mox futuro, multorum annorum fructum exprimunt improbius. Sed ſcilicet fatali dirá que (ut ego quidem arbitror)

omnium

omnium propè ordinum ignauia, incuriáq; pari, insignes anni fuerunt, eo utiq; tẽpore, quo nemo ferè Gallus indole Gallica inuẽtus est. Etenim per deum perq; publicam conscientiam, quoto cuiq; gloriari licet sua in rempublicã officia constitisse? Certè nulli, ut uidetur, eorũ quidẽ certè qui à memoria aut consilijs principi, & super sanctiora officia fuisse dicti tantur. Ecquãdo autẽ post hominum memoriã strenuis magis nauisq; ducibus & loricatis & togatis respublica indigere uisa est? At utrosq; eam nunquam tantum desiderasse constat, quum populo id uociferante, omnes etiam ordines tumultuosè admurmurarẽt. Heu dissoluta inertia, plebei gementis uoce non commoueri? Nutrici regiæ ac publicæ, iã exuctæ atq; aridæ, primores eius alumnos neutiquã condolescere? Quòd si parum de cõprimendo ore famæ laboramus, dum famẽ longe à nostris priuatim penatibus arceamus, ne deũ quidẽ res humanas credimus despectare? Ecquo igitur unquam tempore maior (ut ita dicam) seges emerendæ gratiæ tũ diuinæ tum humanæ fuit, si ijs qui ad limina obseruabãt, publicæ charitatis guttulam paracletus ille spiritus subinstillasset, qui totum se iam profundere creditur simul ac creare pontifices eisdẽ libitum est? Atenim rex aures ferendæ ueritati non habet, nec oppidani homines scire possumus quid cum principe in aula interiore agatur. Quot igitur eorum tandem, aut quoties ipsos uidimus (ut ita loquar) excuriatos ob id, quòd ingenuẽ homines dicerent eos esse prolocutos, aut uicem publicam egregiè conquestos? Hæc in pullata forsitan turba admitti excusatio potest, quæ trans tectoria uultuum introspicere præ hebeti acie non potest: inter eos non potest, qui aliam opinionem habent, cum ex usu ipsam aulico

Ad limẽ obseruant ij qui aditum aulæ interioris claudũt pro potestate, & aperiunt.

aulico, tum ex ingenio principis plebicolæ & indulgentis, ex eorumq; ipsorũ moribus confirmatam. Ego ut credam causam populi eos agere, qui nihil non sibi suisq; impetrare auferreq; non uerẽtur? aut regiæ charitatis igniculos excitare eos posse, qui beneficentiæ fines gentilitate aut cognatione circũscribentes, ad suffragationes aut pias aut honestas, frigidiores esse Salamandra uidentur? Quónam autẽ modo existimabo diuinæ legis eos rationem ullam habere, quos in actu uniuersitatis stipulationes priuatim idẽtidem concipere notum est? Quid eos deniq; pensi habere credam, quos populo ad extremã inopiã redacto, Crassianis censibus penates suos augere nec piguit nec puduit? Atqui eò iam uentũ esse uideo, ut uelut in lusu talario populus damnoso semper iactu miser, omnia sua in medium conferre teneatur, cum aulæ pauci alumni tanquam iactu Venereo fortunati, uniuersa raptim, aut certè pignora uniuersorum auferant: nos autem ludi fortunæ spectatores, proculq; ab actu summoti, ut immunes, ita exortes, risum interdum rebus, interdũ lachrymas suspiriáq; accommodemus. Hæc enim non tam Democrito spectatore quàm Heraclito indigent. Hac alea dudũ Gallia omnis æui decus gloriãq; perdidit, ut parcissimè loquar. Verumenimuero est in Græcorũ prouerbio, superni Iouis tesseras nunquã non aut cadere commodè, aut tandem euenire: quo intelligi uolunt, deum quum rebus humanis lentam quidem manũ, sed ineluctabilem admouit, cũ euẽtum cuiq; rei dare solere, quem aut hominum promerita, aut secus admissa postulauerint. Quare qui lusu antedicto immodicè creuerunt, cauere (ut opinor) etiam atque etiam debent, ne sibi propterea nimiopere gratulentur. Si enim deus uicissim aleam suam iecerit, isti qui nũc Ve-

Adagium Græcum.

nerem sibi cecidisse lætantur atque triumphant, uersa uice ludi fero quidem casu, sed caniculari concident. Siquidem nec impostura fieri iudicio diuino potest, nec diuinæ iustitiæ præscribi ullo tempore aut titulo. Sui autem amor nimius, & charitas publica, tam inter se dissident, ut ne glutino quidem gerendi magistratus uel honoris sociabilia esse possint. Tum demum igitur aula Franciæ rectè constituta esse dicetur, quum ij qui summam rerum tenebunt, sui & larium suorum obliuisci tantisper uidebuntur. Nunc autem ita ad actum rerũ homines partim irrepere, partim irrumpere uidemus & prosilire, ut quos tenues & ieiunos uiderimus pridie, distentiores ricinis cernamus postridie. En queiscum in tenebris micemus, ut in utranq; aurẽ reges securi somno sopiri possint, qui huiuscemodi uicarijs atq; administratoribus habenas rerum concrediderũt. At etiã homines eximium se decus meritos esse adeptosq; censebunt, si res dudum acciſæ, benignitate diuina uberiores fieri iam cœpere citra pulueris tactum, ut est in prouerbio. Quasi uerò obscurum sit ductores ipsos ordinũ impares grauioribus curis, consertis (ut aiunt) manibus optabundos, fatis omnia regẽda permisisse, casuumq; temeritati: quum interim populus alienæ culpæ pœnas pendẽs (ut assolet) insulas ac fercula propitiatoria circumferens, ueniã & pacẽ superûm, supinis ad aras manibus exposceret atq; exoraret. Num etiã (si dijs placet) prouidentiam suam populo imputabunt ij qui auras omnes laxamenti securitatisq; priuatæ captantes, in pacẽ tandẽ genialem fato auspice deciderũt? Equidem sacrilegij instar esse putarẽ, si id quod præter hominum opinionẽ diuinitus fatis ita competẽtibus euenit, humana prudentia acceptũ sibi ferri uellet, aut etiã sineret. Quis autem

autem nescit quàm malè parati ad occasiones eramus, quàm undiq; deprehensi & stupẽtes, nisi deus nullo nostro merito impetũ iræ suæ repressisset? Gratias igitur ob id habere & agere clementiæ diuinæ, nõ nostræ gratulari prudentiæ debemus. Neque uerò ex illa iactatione fœderum anniuersariorum satis ipsi uidemur in portũ quendam fixi certiq; consilij respexisse, nec pignus certũ habemus pacis superûm ueniæq; impetratæ. Quid ni enim has ego superûm inducias potius quàm pacẽ uocãdas esse putẽ, cũ aspectũ in cælũ nos referre nõ uideã? Simul ab istis galeripetis metuo (ut aperte loquamur) qui nos semper è tranquillo in æstum atq; in scopulum auferunt, fatali Franciæ calamitate. Hic facere non possum, quin ad aliquantũ spatij amœnioris excedam à proposito, animoq; obsequar meo, opere multo iã fatigato. Nã quum in mentem mihi earum rerũ uenit, quas post decimũ abhinc annum uidimus: mihi uidetur animaduersio diuina uelut lanista quidam præpotens totius propè occidentis imperia inter se commisisse, nẽpe ut uicissim bella populi propulsantes & inferentes, iustitiæ supernæ pœnas penderent insolentiæ, & tanquam sanguinem mitterent opulentiæ exuberantis. Atq; ut reliquos omittam, nos in Italia rebus gestis feroces, Venetis bellum utcũq; indiximus, indictumq; strenuè gessimus cũ contemptu hostiũ, atq; ingẽti uiriũ nostrarum fiducia. id etiã nũra felicitate uno prælio, ductu & auspicijs principis penè profligauimus. Huius clarissimæ uictoriæ quum laureã non sceptris nostris alligare, sed in gremio summi Iouis (ut aiunt) deponere deberemus (ancipiti enim alea prælium cõmissum fuisse notum est, nec incruento Marte confectum) pro eo ut benignitatem diuinam summam'que potestatem agnosce-

remus uictoria ipsi feroces, subinde gigantea propè immanitate theomachiam meditari instituimus, in superosq; uelitari: quum interim & à nobis & ab hostibus sacrosancti liticines bellicũ occinerent. Heu fatalis furor utrarumq; partium. Quid, malum! nos maiorũ nostrorũ pietas non mouebat? illos heroicorũ temporum sanctitatis nõ pudebat? An eius temporis fortasse in mentem non ueniebat, quum diuus Petrus Paulusq; & eorũ sequaces ecclesiæ architecti, non armorum splendentium fiducia infesti ad prælia grassabantur, sed cruce, sed innocentia freti, cætera inermes, ad castra CHRISTI tuẽda in tumultu flagrantissimæ charitatis classico ciebantur? Nunc inania tantùm ipsi nomina tanto interuallo facti, etsi eorum demum maiestate apud populos sacrosancta, sacerdotũ ordines primarij fastus suos obumbrant. O diram portentosamq; uecordiam sacrosanctæ potestatis. Quis enim unquam tantum animo concepit nefas, ut sacerdotũ culmen, ut cleri magister, ut sacrorum summus opifex, manus inauguratrices, ab altaris operatu adhuc calentes, in familiam domini armare sustineret? ut animo plus quàm gladiatorio grassaretur ad Christiani nominis columen mundo stupente delendum? & nunc mysticum illum ensem cæsim punctimq;, irrito (ut credimus) proposito uibraret, nunc à Marte sanguinariam frameã mutuaretur, & consternatos diris execrationibus (quæ fortasse in eum ipsæ uerterunt) ad internecionẽ quoq; persequi cõniteretur? En quos pedes, quas manus libens exosculare re, inde ut os cruentum ac pollutum referres. Miserũ uerò te tum Iuli, atque intemperijs actum, qui usq; adeo iræ cæcæ indulgendum putaris. Tu te ut transuersus & præceps uesana animi cæcitate raperere? & nec te, nec decorũ maiestatis

Alludere uidetur ad concilium Pisas indictum.

In Iulium secundum.

iestatis beatissimæ præ odio respicere, sed ordinẽ amplissimum, sed senatum illum purpuratum, præcipua uenerationc insignem, sed Libani gloriam splendorẽq; tecũ rapiens, inuitum bona ex parte & mussitantem, arcis ecclesiæ ruina nos obruere teq; adeò ipsum cuperes? orbem etiam penè totum concuteres, fulminibus ciendis intorquendisq; collabefactum? ut nos odio & inuidia flagrantes, igneq; deinde ardentes, toruis istis oculis inspiceres? nec iam recusares, quin in rogum nostrum flammantem uoti cõpos insilires? Proh superi immortales! tantum'ne de summo sanctuarij uertice licuit malesuadæ noxæ, ut æstro uindictæ plusquam Atreiæ percitũ per fas ageret nefasq; præcipitem, ut uel corpus animumq; in busto inimicorum properaret ire perditũ? Non fuit iræ efferatissimæ satis, retro nos in fines fulmine perterrefactos egisse, Italiæ perditè nobis adamatæ possessione cedentes cum fremitu gemituq;, nisi de aris insuper ac focis dimicare, extremaq; deinde exempla timere coëgisset: quum interim sub ipso lanista sanguinario totus propemodũ hic orbis nobiscum pariter digladiaretur animo infestissimo. Vbi'nam erat igitur ille zelus domini, quæ est ira iusta læsæ aut imminutæ uindex diuinæ maiestatis? Hoc enim demũ signifero in aciẽ prodire sacris cohortibus fas est, siquando prodire fas est. Num tandem igitur ille ex æde Charitatis aut fidei sacello ancilia prompserat, & signa cruciata? Ecquid igitur eũ pudebat seruum dei se uocare, cũ Frãciam Christianorũ decus semper, & pontificũ olim religionisq; asylũ, bustis ipse Gallicis insignire gestiret? quũ sacerdos septuagenarius, Christi pacis cõditoris & parẽtis legatus, Bellonæ sacris operaretur: cui cũ generis humani luculẽto dispẽdio litare cõtendebat, idq; tũ,

Alludit ad eũ locũ qui olim Romæ busta Gallica dictus est ob Gallos quondam Camilli tempore aceruatim illic sepultos.

quum prosanum uulgus ad delubra pacis & concordiæ miserabili specie supplicationes imbat? Enimuero uisendum spectaculum, patrẽ nõ modò sanctissimũ, sed etiã senio & canitie spectabilẽ, quasi ad tumultũ Gallicũ è Bellonæ fano suos euocatos cientẽ, nõ trabea, nõ augustis insignibus uenerandũ, nõ pontificijs gestaminibus sacrosanctum, sed paludamento & cultu barbarico conspicuũ: sed furiali (ut ita dicã) cõfidẽtia succinctum, fulminibus illis brutis & manibus luridũ, eminẽte in truci uultu cultuq; spirituum atrocitate. Profectò nos uidimus paucis annis multa quæ prorsus maiora fide posteris uidebuntur. Hoc turbine, hac procella luxata ecclesiasticæ auctoritatis ac disciplinæ cõpage, quo'nã modo fides recta, nisi clauis trabalibus & æternis fixa, sacrisq; monumentis semel affirmata cõstabilitaq;, stetisset? Verùm ô superi boni, q̃ præsto manus ipsa dei affuit, quõdã ipsa ecclesiæ architectatrix! Quàm autẽ cadẽ ipsa ueluti numẽ tragicum (ut dicitur) è machina necopinatò uisa est præsentissima opitulatrix! Nã illo põtifice de medio mox sublato, hũc mirificis comitijs eadẽ manus suffecit, intestini protinus externiq; belli pacificatorem, qui caliginẽ sanctuario domini incubantẽ discussurus haud dubiè existimatur, cæliq; liberũ aspectũ omnino redditurus: quum etiã eadẽ manus diuina Iulium ipsum ante mortẽ Titanici sceleris cordolio tetigisse crederetur, ut utar uerbo comico in re prorsus tragica. Nos tamẽ eas pœnas (ut ingenuè fatear quod negare non possum) meritò pependimus, ob uictorias (ut iam dixi) luculentas semper insolescentes, ne nõ planè Galli, priscorũq; similes Franci, nũc esse uideamur. Siquidẽ supradictarũ rerũ religione obstrictis Gallicarũ copiarũ animis (ferre enim diu piaculi religionẽ uiri Christianissimi nequeũt) idem

Leonis. X. præconium.

idem qui à nostris deus in rebus secundis non agnitus fuerat, ex fauore mox in irã uersus (si tamen irasci deus potest) lymphatico primùm pauore cõsternatos retroẽgit in Franciam: deinde etiã classicis circũsonantibus pauitanteis, de aris ac laribus dimicare delicias suas Francos, aut certè tergiuersari coẽgit. Quo tumultu ac dedecore quũ iam multum pœnarũ uideremur superis pependisse, nec ideo uecordiã nostram expiatam esse putaremus: hostes autẽ rursus bellũ & tumultũ inferre, nos propulsare pigeret (neq; enim satis iam animorũ nobis, præsertim quũ alibi manus nostræ distinerentur: neq; illis satis copiarũ aut apparatus fuisse dicitatur) factũ est omnia moderãte prouidẽtia, utrisq; ut cõmoda pax esse crederetur, fremẽte tum Sinone aquilifero, qui libens incendia miscere magno tumultu solebat, & rursus extinguere, in utranque partẽ alternãs, sæpe leues ob causas atque indigniss imas. Ita animaduersio diuina ut lanista placidus ac clemens, duos populos ad internecionẽ iamiã digladiaturos, medio in certamine diremit, cõtẽta (ut spero) ad sanitatẽ & modestiam utroq; redegisse. Inuidia enim apud superos utrinq; flagrabamus ob redundanteis opes. Iamq; eo uentum putabatur, ut illi hausturi propediẽ de fece, nos etiã resecturi de uiuo uideremur. Tãetsi in ea sum opinione, ut nobis improuisa tempestate iactatis, una & altera (ut dicitur) anchora sicca restaret, si gubernandi satis nari in tumultu atque in trepidatione fuissemus. Quando enim Francia omnibus rebus instructa, deo quidem non aduerso, undique deprehẽsa est, atque ad incitos redacta? ut est in prouerbio. Ecce autem rursus hic mihi uereri subit, ne in geniali fœdere præteritorum nobis obliuio surrepat, & ueluti rude donatos nos esse diuinitus existime-

Hic significat Imperatorem Maximilianũ.

Rude donati

gladiatores nõ ultra pugnare cogebantur.

mus, quasi iterum nobis bellum non timendum sit, dum taxat pro portis propulsandũ, pro laribus, pro pignoribus. Nam ne nusquã belligeremus, inquies noster animus ferre nullo modo potest. Sic opes iam nimias conteri bello continenti necesse est, & referre dicunt nostrorum quorundam ærarij dispensatorum, principes à rebus bellicis nunquam esse feriatos, ne tranquillo rerum statu rationes ipsis recognoscere uacet. O beatam futuram Galliam, si tam ei contigisset heros habere frugi, quàm bonos habere solet. Nam mãcipia, ut quæ maximè unquã prouincia, dicto habet audientia, etiam si suum ius seruientibus cõstat, æquitate dominantiũ. Iamprimũ in ea summũ Liberi patris cum Cerere certamen, ut uini nobilitates nõ possis sine nomenclatoris opera numerare. Mitto temperiẽ cæli & clemẽtiam, & quòd utriusq; maris cinctu & cõmercio commode comiterq; habitatur. Soli ubertas tãta est in uniuersum etiam inter inopes frugum sterilesq; prouincias, ut quasi annonæ præfecturam sub cardine nostro gerere existimemur, prorsus (absit inuidia uerbo) ut ieiunia indicere finitimis, uictumq; abstemiũ cum libuit possimus, quũ sumen (ut ita dicã) occidẽtis arare uideamur, si in uniuersum fiat æstimatio. Adde animorũ alacritatẽ ad res omneis inceptandas, tũ dexteritatẽ corporũ impigrã atq; eximiã ad uices obeũdas: quibus si militaris disciplina constantiã addidisset, nihil esset utiq; quod in nobis ab exteris requireretur. nã nostris quidem satisfacere nullo modo possumus, ut anteadictũ est, qui nos in ordinẽ nuper Barbarorũ coëgisse dicũtur, nec disciplinas nobis politicas, nec prudentiam concedẽtes. Equidem proborũ hominũ esse nõ puto, ingenitam simplicitatẽ in Francis improbare, quæ in latebris mentis insidias condere nõ didicit.

Francię bona.

Atqui

Atqui nisi Genius Frãcici diadematis iam inde ab incremento sceptrorũ ita ferme semper tulisset, ut oculis & auribus alienis uti, decus esse regium crederetur, sicq; sæpe fierent imperij magni potentes, semusses, quincunces atq; trientes, ut fortuna tulit, homines, qui imperandi uetandiq; impotentes esse in actu rerũ deprehenduntur: qua sumus rerũ omnium instructi cõmoditate, Persici quodammodo regni nũc instar obineremus. Cui enim tandẽ prouinciæ itidẽ datum est, omnia ut pacis belliq; subsidia, & sua, & (quod dicitur) in numerato haberet? Ita nobis copiæ nostræ equestres stato perpetuoq; stipẽdio descriptæ, in turmas q; centenarias quinquagenarias q; centuriatæ, non dico præstò sunt si ad delectũ edictumq; citentur, sed etiam in procinctu, & arrectæ ad bellicum exaudiendũ: ex quibus centurias habemus cũ ad præsidia regni omni in parte collocatas, tum uerò ad incerta casuum stationes agenteis, in quascũq; partes incubuerit tumultus, protinus coituras. Quòd si & alias quoq; succenturiari oporteat, abunde est iuuẽtutis ad sacramentum paratæ, imperiaq; manẽtis. Propter hasaliasq; prouinciæ præstantias, Francia ab externis inter primas prouinciarũ libentißimè & uisitur & habitatur: quippe uisendam eam singularis præterea hospitalitas facit: incolẽdam autem, omniũ rerum expetendarũ exteris cõmoditas. Sed & si milite externo accersitoq; uti libeat, pecunia largè supersit & annona, unde alere copias, & auctorare perenni stipẽdio possimus. quãquam per hosce annos infeliciter id experiri statuimus, ut ferè omnia agi præposterè cœpta sunt fãtali demẽtia. Siquidẽ eo errore quẽ græci Xenomaniam appellant, id est nimium & incõsultum externorum studium, luculenta clades illata rusticam plebem afflixit.

Xenomania.

Cernere erat & noſtrum & externum militem plebeculæ penu ſaginatum, ultro etiam te mulētum illudere quaſi uictis: quum interim miſelli, & egentes & ſicci, aliis ſuper alias collationibus in deſidis ſtipēdia militis omnia corradere atque eo amplius corrogare cogerentur, & (quod ſine gemitu meminiſſe nemo poteſt) interdum nexum inire, ut eſt formula exigendi tributi ſi pignora capi nequeant. Sed ſic eſt uiſum diri tēporis interregibus, quibus ipſis placere patriū nihil poteſt, quiq; ante pedes poſitos trāſilientes, in Colchos nobis aut Baſternas petendos uiros putāt. ob quod eos nō dubiè biennij epinicia manent, ab ijs (ut opinor) decantanda, qui eorum olim actui ſupererunt. Sed enim (ô mirā uim numinis) ſic libitum eſt prouidentiæ (quæ res & uires mortaliū tēperat, omniaq; à ſe facta pro poteſtate moderatur: cuius rei rationē inire mortales nō niſi confuſam aut ambiguā poſſunt) ut tantæ rerum noſtrarū competentiæ conſiliū perindè publicum non ſuppeteret: ne ſi bonis in rebus Franciæ & copioſis, bonā quoq; mentem reip. circunſpectamq; dediſſet, finitimos fortaſſe Gallia lōgiſſimè ſummoueret. Priuatim autē noſtros cōſilio & ſolertia deſici ego certè non cenſeo, ac ne eos quidem ipſos, qui in mediū conſulere nobis exiſtimari uolunt, ut quos in augēda re priuata & ſtrenuè & ſolerter operā nauare uideamus. Hinc illi ſubiti penates imaginum nouarū, luminibus nunc officientes antiquiſſimæ cuiuſq; domus & generoſiſſimæ. Scilicet hic eſt ille orbis fatorū ſcitorumq; prouidentiæ, quo genus humanū & digito & nutu dei uertitur: in quo emergenteis alias in ſolem familias, alias ſidenteis in tenebras uidemus, inuicem inter ſe ſurſum deorſumq; impellentes & ſummouentes: quæ uiciſſitudo facit ut alternis floreant exoleſcant

ſcantq; interituræ tandē ſtirpes tum priuatæ, tū principes. Verùm hoc ridiculū, quòd qui ad centeſimū ſe nepotem animi deſtinatione propagant, illuſtrem ſibi famam in omne æuum pollicentes, ſæpe intra primos nepotes ſtirpitus exoleſcunt: & tam friuola ſpe homines, certam & diuinitus oblatam atq; expoſitam mutabūt æternitatem? Cæterùm quidnam in cauſa eſſe dicemus quamobrem qui ſuis cōmodis ſuorumq; cōſulere bene ac feliciter norunt, ijdem rebus ipſi publicis proſpicere non perinde uideantur? Nempe quòd aulicis inſtitutis cauetur, ne quid è republica eſſe uideatur aut principis, quod nō idem ceſſurū in rem priuatam paucorumq; manifeſtò intelligatur: nec rurſus aliquid publicè turpe, quod priuatim aut honorificum eſſe poſſit, aut luculenter compendioſum. Non item uice uerſa, quicquid publicè aut honeſtū aut utile ſit, id ut ad ſingulos quoq; eorum pertinere uideatur. Nihil enim moribus huius ætatis publicū præter aërem & pluuiam cenſetur, cætera nō tam publica eſſe, quàm expoſita exiſtimantur, in eorum utiq; prædam ceſſura, qui antecuerte-
re uerecundis & probis, ac præripere poſſint. Sic aulica uigilantibus ſtremuisq; opitulari iura ferunt, uirtutisq; præmia cōcedere improbè ſæpenumero procaciterq; occupanti. Proinde nulli iā in Gallia publica commoda domum ſuam auertiſſe fraudi fuiſſe foréque exiſtimatur, aut noxam publicè, quanta ſit illa cunq;, nocuiſſe, qui quidem ipſe, ciuſue amici in libras damni dati, unciolis decidere ſingulis non grauetur, & ea ſit ſolertia, ut uti foro norit. Quo fit ut tam maximè ferè actui ſummo præpoſitorum diuitiæ circunfluant, quàm maximè uires opéſque publicæ & priuatorum facultates exhauriuntur: ſicut in ægris corporibus lien & uenter pellacia duo membra

Alludit aduersum iuriſperitorum.

tum

Irudo est sanguisuga.

tum maximè redundare dicuntur, quum cætera exucta defectáq; uidentur. Quòd siquando nonnulli, ut irudines distentæ, caput in sorptu popularis sanguinis uisi sunt reliquisse, longo iam interuallo redituru id exemplum non timetur, præsertim quandò quod olim capitale censebatur, nunc impulsis legibus atq; afflictis, non tam criminosum ipsum quàm contumeliosum esse cœpit. Contumeliosum? immò uerò ingeniosum inter istos beatos & fortunatos, atq; etiam palmariu, utpote inter quos nihil ignominiosius egẽti innocentia aut ridiculosius esse credatur. Simul enim hominum fidem atq; existimationem cum re & censu concidere arbitrantur. Iam uerò quum hoc semper habuit Gallia, ut bona sua interdũ ipsa nesciret, interdum scire nollet, tum uerò illa prægrauat indignitas, & optimum quemque enecat (si id effari fas est, quod nequit nõ expectorari, ut eo uerbo utar) quòd ampliſsima familia domini beati & copiosi, atriensium paucorũ regitur arbitratu: qui accepti expẽsiq; paginas luculentas habentes in potestate, in rẽ priuatã iuxtà atq; publicam uersa, publicæ rei expensare licenter impuneq; uidẽtur, necessitudini & obsequio gratiosè ea tribuentes, quæ uirtutis officiosæ & industriæ debebantur. unde factum est ut ad summũ dedecus res nostræ paucis annis nõ semel deuenerint. Quid enim per deũ rerum nostrarũ olim fortunatorem, quid inquã nõ modò iniquius, sed etiã ad speciẽ manifestatis huius regni indignius ac fœdius esse potest, quàm quòd inertes quidã homines, atq; ab omni actu memorabili feriati, in Prytaneo (ut ita dicam) exuberante sagi nantur cũ suis clientelis, tanquã de republica aut principe meriti præclarisimè? Quid perniciosius, quàm quòd ij nũc demensum unicuiq; pro potestate statuunt, qui meritos

ritos ab immeritis, dignos ab indignis, lectores seruos à mediastinis, nõ magis internoscere didicerũt, quàm literarũ nescij doctos ab imperitis? Qui etiã si id facere quoquo modo nouerint, tamẽ frugi bonæ homines, aut aliquo artificio cõmendabiles, nunquã aut nequitia præditis aut uerberonibus seruis censeant præferẽdos, quorũ quidem opera nõ in rebus dominicis, sed peculiaribus, arbitratu suo uti possint. Ita dominicum ipsum nomen tantarũ indignitatũ inuidiæ obijciunt. Omnia enim imperasse dominus dicitatur, quæ paucis dispensatorũ cõmoda sunt, uel utcunq; cõplacita. Horũ præcipuè interest (id quod quidam nuper astruxisse dicuntur) solertes & cordatos in Francia nõ esse, ut qui hac uia grassantibus ad peculium augendũ ultra modum seruilẽ, fastigiũq; priuatũ, perinde conniuentiam non possent patientiamq; accõmodare. Verùm enim ex hoc iã instituto eò uentum est, ut quàm optimè quisq; de republica meritus est, tã peßimè plerũq; de eo principes mereantur. Quippe aliter fieri nõ potest, quum huiusmodi administri non modò dispensationibus, sed etiã admißionibus in prætorio præsint. Quòd si pauci interdũ ad aulæ penetralia nõ exoratis istis admißionalibus euasere, uiri uel doctrina præditi & solertia, uel grauitate & probitate laudabiles & eximij, dicere ausim, uel maioribus eos satis cousq; euasisse, uel (quod æquè rarũ est) benigno aliquo sidere insinuatos, ui maioris ingenij fortunã sibi finxisse. Ex ea ferè nota uidimus Petrũ Cothardũ summæ curiæ Lutetianæ principẽ, & Guidonem à Rupeforti Cancellariũ Franciæ. Legũ tutorẽ, morum ordinumq; censorẽ, ac togatorũ uerticem, hoc nomine significamus, quẽ & pleniore et feliciore nomine Nomophylacem appellare possemus, si aures hodie hanc uocem

Cancellarius Guido a Rupeforti.

Nomophylax.

cem non respuerent. Horum autem duorum potißimùm ideo meminisse me iuuat, quòd eorũ nominibus appellandis quum in memoria feliciorũ temporũ acquiescere mihi uideor, inaniq; præteritorũ meditatiõe recreari, tum uerò assentationi & gratiæ nihil dedisse dicar: utpote qui nec ab ipsis iã mortuis, nec ab eorũ sequacibus, qui fermè iam nulli sunt, gratiã inire sperem. Quos autem uiuos colebamus, omniq; obseruantia dignos esse censebamus, uirum memoriæ perpetuæ uel nunc uel in posterum consecrare possemus, uiros quidem illos diuersißimis ingenijs æquè de literis fermè literatisq; meritos. Ille miro lepore studiosos exosculans, nostros & externos benignè adiuuabat, festiuus, facetus, beneficus, comitate, iucũditate, & morum facilitate nulli hominũ secundus: ut uno uerbo absoluam, præsidiũ subsidiumq; omniũ qui Mineruæ sacramento dixisse profiterentur. nã & ipse miro lepore interingenioſos literatosq; præditus erat. Hunc illi aduersum per diametrum genituram habuisse diceres, ut Democrito Heraclitum ex aduerso stetisse produnt, sed subtuluosa illa facie, & propè dixerim truculenta, summa omnia latebant etiam ad humanitatem pertinentia. Nihil autem amplius in eo cognouimus (quum omnia essent amplißima) quàm quòd æquabilem animi præstantiã in aula imperiosa, uersabili atq; morosa seruauit ad extremũ, non ut in eo trucem animum, aut uitæ infensum esse diceres, sed citra ignauiam circumspectum, & generosè cautum, tempori ita cedentem, ut consertis (quod aiunt) manibus integritatem retentaret. Quo temperamento in loco sanè lubrico, non sine optimatium plausu stetit, qui mirè increbuit eo de medio sublato. posteritatis enim dißimilitudine, desiderium eius in dies magis ac magis

sensimus. Hic adhuc unus numeros omneis implesse gerendi iam summi magistratus existimatur. Fuit ingenio summo, doctrina (ut inter prudentes) præstantißima, memoria longè æqualium tenacißima, animo sibi semper instanti, uoluptatum uel nescius, uel contemptor. In illa celebritate ac strepitu aulico hominem apud sese dixisses semper esse. Reprehensus fuit à multis (ne ab omni eum culpa uidear uindicasse) quòd dicerent eum ad rem paulo auidiorem (ut seculo adhuc uerecundiore) fuisse, tum iræ præcipiti nonsatis temperasse: & nihilo secius omnes probum fuisse eum uirum non negant, ij quidem certè qui à uero non aberrant priuata simultate perciti. Equidem ut iram in eo præcipitem expertus sum, qui cum eo sæpe negocium habui in munere publico, ita contendere ausim, omnium iracundorum maleficam ipsum minimè habuisse iracundiam. Fuit enim huiusmodi, ut mira animi æquitate uerba propemodum iurgiosa redirascentium ferret, dumtaxat liberaliora, etiam si in re præsenti ægrè ferre admodum uideretur. Videlicet uir ingenui et Catoniani spiritus, nemini fraudi esse uoluit generosè libertatem in quẽquam usurpasse, eorum quidem certè, quos malè sibi cõscios non esse intelligebat. alioquin uerò quis negat nemini unquã homini mores undiq; absolutos fuisse? Atq; haud scio an laudi id uerti debeat, uirũ natura biliosum, & iræ intemperantem, nunquã tamen iræ ad uindictam usq; obsecutũ fuisse. Eidem quum comitas in seueritate tristioris naturæ culpa defuit, omniũ tamẽ quos quisquam hodie meminit, gratiosus et suffragator ueracißimè fuit. Neq; enim, ut hodierni homines, aut fumos uenditare solebat, aut sæpius appellari de pollicitatione aut promisso ferebat. Nec ut ueteratores aulici & flexiloqui solent,

lent, ancipites postulatores & suspensos ambitu lustrali tenebat & enecabat. Semel suffragiũ suũ aut spondebat aut negabat, fronte ut tristi, ita minimè aulica & fallaci. Opitulator nõ modò benignus tẽpore imperiosissimo, sed etiã strenuus & peruicax: tanta animi acrimonia & sollertia, ut nullũ ferè moribus cõmendatum, tuendũ susceperit, quem nõ & pertulerit ad finẽ destinatum. Hic (ut ita dicam) Corculus in summa talis fuit, ut quũ omneis flexus aulicos occasionesq; memoria teneret, minimè tamen aulicus esse uoluerit & uersipellis: eorum dissimillimus, quos hodie hoc nomine uersari decimo quoq; uerbo atque obsolescere in ore uulgi nõ pudet, homines perfrictæ frontis, immò planos improbissimos, quos impostura facilitate ore iuuat renidenti, eosq; petitores frustrari & ludere, quos aulicæ uersutiæ rudimentũ non posuisse sentiunt. Alios ex Chrestologorũ natione nouimus mellito & medicato sermone afficientes animos flagitantium, ut gaudio perfusos ab eis discedere sæpe uideas, & spe bona lactatos & gestientes, sed post intellectã tandem ludificationem, diras ijsdẽ imprecantes, quibus quidã obaudiẽtes (o improbũ sermonẽ) fortunari sese dicitãt. En artes & disciplinas quas aulica philosophia profitetur: quibus præditi iã nõnulli domesticis pridẽ institutis clarissimi, nunc aduerso rumore inter aulicos agunt, etiam si se suosq; secundis numinibus aulicis euasisse gratulantur. Qui autẽ eius academiæ decretis iã perimbuti fuerũt, eos ad frugẽ aliquã bonã ciuilis & æquabilis uitæ redire perquã rarum est. Huiusce modi aũt apud nos aulicastri degẽtes in oppidis uocitãtur à populo, quo uerbo tam Aristippeos quàm Ephectlicos ueluti philosophos Scepticosq; significant: illos salutigeros, & uerborũ comitate morigeros, hos cunctatores & hæsitatores appellitantes, nulli uel amicitiæ ipsos uel causæ ita unquam addictos, quin statim cum fortuna transire parati sint. Sic enim homines Aeolidæ, uersatiles ad omnem aulicam auram animos aiunt sapientum esse debere. Quo fit ut municipes inuicem admonentes, uulgò eos in cornu fenum ferre dictitent, ut inquit Poëta lepidissimus. At Guido ne in Ironũ quidem conuẽtu dissimulator fuisse dictus est (quod quidẽ ipsi uerti à quoquã uitio possit) alioquin ingenij & doctrinæ & seueritatis maiestate maiores æqualeisq; longissimè summouens, ut tum opinio fuit constans. Cuius utinã sublimitas non etiã luminibus posteritatis obstruxisse uideatur. Eam enim formã summi honoris inchoauerat, cuius præscriptis qui succederet, propiusue accederet, nemo adhuc repertus est, ut Veneris quondam Coæ tabulam ijsdem lineamẽtis qui absolueret, Apellis successor nusquã potuit inueniri. Etenim qui ei proximus fuit, sextus aut septimus magis quàm secundus ei fuit. Mortuus autem est uirtutis commendatione sera cognitus, quum tristitia & seueritate popularis esse cœpisset. Quare illi ex aduerso ac successori contigit. neque enim ipse ut Phidiæ signũ (quod aiunt) statim aspectus & probatus est, sed primore aduẽtu nec plausibilis nec gratiosus, decedens tandem omnibus non iniquis desiderium sui non modicũ reliquit: maiusq; olim fortasse in dies id futurũ est. Alter cõtrà magna hominũ expectatiõe exceptus, præsumptaq; ex præterito opinione gratus ineũdo etiam magistratu uibrans ac coruscãs extitit, sed illico à sese descisces, euanido splendore etiã cessit in prioris gloriam. Quippe ut inclusa in funda annuli bratteola fulgentem suapte ui carbunculum flagrantiorem reddit: sic successore prouinciæ longè inferiore

Aulicos perstringit.

Guido a Rupe forti.

atque obscuriore subiecto, decessoris illustris gloria intẽ
tius resplendescit: quo maiore cõtentione animi adniten-
dum erit ijs qui in posterũ cum honorẽ gesturi sunt. He
roicæ enim uirtutis exuuias gestare, nõ cuiusuis est capi-
tis, etiã primæ notæ. Sed sunt qui à fortuna quouis modo
sublati, cum in digitos assurrexerũt, suã ipsi stupidè mi-
rantur magnitudinẽ. V tinam autem illi Herculi Theseus
aliquis me uiuo suboriatur, qui monstra Reip. ab eius obi
tu enata præstantissimæ uirtutis eius æmulatione tollat.
Eius mors publicè haud dubiè acerba, mihi priuatim quo
que luctuosa, omnibus ijs incõmodissima fuit, qui honesta-
rum rerum studio fortunã sibi facturi uidebantur. Quod
genus hominum quum maximè placiturũ in aula spera-
retur, frigere statim ubique eo mortuo cœpit. Siquidẽ tan
tum momentum supremus in fascibus esse iam notum est,
ut quam in partẽ mores eius uergant qui eum honorẽ ge
rit, eiusce modi bona ex parte primarios ordines sortia-
mur. Nam quum in eius sodalitio & comitatu uelut semi-
narium antistitũ & magistratuum habere Francia iam
cœperit, fit ut ea in officina politos uel uiros uel homines
uenerari quo iure quaq; iniuria cogamur. Quare si diu-
tius illi uiro ex sinu (ut ita dicã) probæ beneficẽtiæ edi-
to, inter uiuos esse superstitesq; licuisset, et literatos utiq;
uiros, & de meliore nota in scenã productos aulicam ci-
uilemq; uidissemus. Hoc enim nemo unquam à bonorum
causa, quos quidẽ cõperisset & explorasset, aut firmius
aut animosius stetit. quanquam sibi quidem ipse certè &
gloriæ satis, studiosis & pudentibus qui productore
& cõmendatore ad tyrocinium indigẽt, parum, per, in-
quam, parum uixit, ipse uerò reipublicæ paululum. tam
salubris enim sideris occasu, sæua mox orta tempestas,
turbi

Animaduertendus locus.

turbinibus rapidis res Gallicas in omneis cœli plagas di-
uentilare cœpit: qui duorum hominum spiritibus immo-
dicis excitati, quam eorum quoq; obitu consopiti esse ui-
derentur, ingenti stupore hominũ extiterunt inauditæ ca
lamitates: quibus quum par nemo iam in aula supereſſet,
Gallia tum primũ animos despondere uisa est, retuso etiã
illo mucrone ineundi strenuè certaminis, genti peculiari
id est primore Martis impetu, quo maximè ualere nostri
existimantur. Simul rei summæ gubernacula, laurea par
tim excussa, partim emarcescẽte, omniũ ordinum ore re-
dijsse ad triarios dicitabãtur. V erũ ille à Rupe forti fau-
stum cognomẽ sortitus, eũ semper animũ circa honestatis
studiosos, modestiæq; tenaces præstitit (etiãsi remittere
frontẽ atq; supercilium ne ijs quidẽ ipsis uideretur) ut ei-
us obitus diẽ atrum & funestũ semper habere debeant.
Qui autẽ eius institutis insistere n>luerunt, iam inde eo
uiuo uirtuti eius infensi, huiusmodi fuerunt, partim ut pri
uatis studijs summi rerum actus fastigium inclinasse, ma-
gistratuumq; cẽsuram (ut ita dicam) deiũbasse uideantur,
partim ut ex suo cõtubernio literatos & doctos exegisse
iudicari debeãt, eorũq; affines, ambitiõis assentationisq;
nescios. & sic quoq; uiri improbi delectu eiusce modi ho-
minũ delectari sese dicere cõsueuerũt, ut omnia fermè uiri
aulici diuersissima actionibus suis animiq; sentẽtiæ prolo
quiũtur impudẽtia quorundã tam putida, ut aures defeca
tæ, harumq; rerũ insolẽtes, haurire hæc mẽdacia siue nau
sea quadam stomachosæ indignationis nequeant. Nil au-
tem est indignius, quàm quòd sic quoque fallere spe-
rant ipsi nos, intra pomœria & natos & institutos. O
stultam & ridiculam opinionem, si quidem ita putant:
impudentem & capitalem sermonem, si non putant. Sed

illudere proteruè atq; improbè eorum gaudẽt cõniuẽtiæ quibuſcũ colloquũtur, quum interim ne tãtulũ quidẽ ipſi cõmouere ſe in illo regni theatro extra numeros poſſint aut probitatis aut honeſtatis, quin aut riſu ſtatim acrium ſpectatorũ, aut aduerſo murmure excipiãtur omniũ cuneorum. uſq; adeo qui ſuſpici ſe ſupra alios uolũt, uel agẽtes ipſi uel loquẽtes latere nos nequeunt. Nonne quæ in adytis aulæ, quaſiq; intra ſcenã ac poſt uelum aguntur, quæ illic numina, quibuſq; ſacris uictimisq; colãtur, ſolẽne eſt nobis anniuerſarijs ludis uelut ex proſcenio audire? ſatyricisq; actibus ita in rem præſentẽ perduci, ac ſi reducto uelo opertanea ſacra introſpicere permitteremur? Quî igitur fieri id poſſe dicamus? Nempe q. Aius ille (ut ita dicã) Locutius arcanum nihil eſſe ſinit eorum quæ in aula geruntur, aguntur, aut ſummußim dicũtur. Quod enim ad uniuerſos pertinet, id palàm quoq; multẽ & facit omnibus ordinibus eſſe. Sed beatũ illud diuerſorium, illi tãtum qui intus ſunt, rimis perlucere neſciunt. Proh ſuperi immortales: nũ quiſquã ſodali et cõtubernali uel etiã familiæ notior eſſe poteſt, quã omnes eorũ mores & habitus, omnes ſtatus, flexus, affectiões, motus corporis animiq;, omnes uultuum ſpecies et aſpectuum, omnibus nobis notæ ſunt iſtorum, qui ſeſe & nos & omneis pulchrè latere putant? Quanta igitur cautione, quã circumſpectè, quã religioſe in ſuo ſe actu gerere, uel alieno inferre debent, qui acribus oculis theatri ampliſſimi ſeſe circumſpici ſentiũt? Sed quis eos hoc ſentire credat, quibus in re ſibi gerenda ſatagẽtibus, omnibusq; ſenſibus occupatis, conſulere fãmæ non uacat? Atqui ſi oculis cuneorũ inſeruire nõ uacabat, aut ſi nõ magnopere id referre exiſtimabãt, uel ordinum ipſi oculis uel orcheſtræ certè inſeruire

Alludit ad motus histrionum in theatro, qui numeris exactis adstricti erant.

inſeruire debebant. Hoc enim meminiſſe oportebat, qui exiſtimationi olim ſuæ cõſulere neglexerũt, de ijs aliquã do publicè grauiter eſſe conſultũ. Verùm hæc iam territcula infantiũ aut nouitiorũ eſſe credũtur. Periti autẽ rerum, & quos ueteratores uocãt aulicos, arcẽ ſibi impunitatis nuper præſtruxiſſe exiſtimãtur, cũ immaniũ opũ propugnaculis tutã, tum uerò udlidis præſidijs contractarum affinitatũ neceßitudinũq; firmatã, quã expugnare nulla uis iudiciorũ, nulla conſtituẽdæ reipublicæ formula ualeat. Peßimè uerò de ſe mereri iam putãtur, qui uel fãmæ detrimẽto cõmodis ſuis non cõſulunt interim dũ diſpẽſant. Inane enim & ieiumũ nunc aucupiũ fãmæ eſſe creditur, fortunis ſuis augẽdis quoquo modo parcere, ut integritatis opinionẽ honeſtatisq; tueantur. Proinde non ita pridem qui rerũ potiebantur, ſcenicorũ figuras uere cundis auribus trãſmittere aut deuorare uidebãtur: hanc loquẽdi libertatẽ moribus atq; uſu confirmatã tolli non poſſe Francis iure non uiolato intelligẽtes. Nũc uerò aures iſtorũ ſenſim cauillis ita occaluiſſe atq; inſueuiſſe uidemus, ut inter theatricas perſonas prodire optabile iam eſſe cœperit quorundã opinione, qui non niſi beatorũ & copioſorũ nomina in argumẽtis Satyricis frequẽtari dictitant: quãdò illi actiones auriti capitij licẽtia atq; impunitate, ſummũ ferè quodq; caput ſalibus ſuis perfricant. Vnde eò rẽ tandẽ uidemus euaſiſſe, ut quæ olim uitia figuratè maximoq; cũ lepore allegoriarũ carpebantur in ſummis magiſtratibus, quum uel Satyri cauillabundi inducerentur, uel uitia ipſa perſonata per proſopopœias in ſcenam prodirent, in ijs quas uulgò moralitates, nos antiquo uocabulo ethologias appellamus: ea nũc Satyrico ſelle inſulsè & ſimpliciter, ac ſine uenuſtate ſchema-

Moralitates ethologiæ.

tum enuncientur, uidelicet quòd licentia peccandi periisse frontẽ (ut inquit ille) de rebus arbitrantur. En quibus seruire, quos colere & obseruare, quorum uoluntati lenocinari denique quibus grauitatis & doctrinæ, atque omnium ingenij ornamentorum fasces summittere necesse est: eos quidẽ, qui aliquo in numero haberi in Francia cõcupiuerint: ut mirari iam homines desinãt, quòd rarissimi pietes & eruditi in rerum nostrarum administratione uersantur. Nam ij quorum maximè interest res probè administrari, quum in speculis esse deberent, Vt calegontes sere sub tecto securi rerum euẽtuumq; dormitant, ne discrimine quidẽ ipsi nuper fumigãte ueternũ excutiẽtes. Hic est status ferè Franciæ, qui si aliquando ipse rectè atq; ordine cõstitutus fuerit, ut ij ultrà in puppi ne imperitent, qui uel in transtris sedere, uel inter uectores quouis loco esse deberent, tam opulenta, ut opinor, erit Gallia, quam priscis temporibus Hispania & Persis fuisse perhibẽtur. Rex quidam Franciæ, Ludouicus ut opinor undecimus, quum sermo aliquãdo inter eũ & Legatos magni cuiusdam principis incidisset de prouinciarũ opulentia, illiq; magnificè de suis sentire rebus opibusq; uiderentur, respondisse ita fertur, ut diceret pratũ se & graminosum & latè patẽs habere, quodq; toties fieret restibile, quoties uisum esset fœnisecio opus esse. Quo dicto significare uolebat, nũquã nõ imperata tributa populos sibi subditos obedienter cõsestimq; pependisse. Nos autem sic actũ esse per hosce annos cum populis Franciæ scimus, ut eodẽ anno una & altera accessione tributa, modò dimidio, modò altero tanto, nonnunquam etiam sesquiplo excreuerint, tanta animorum æquitate, ut uicem principis plebem etiam dolentem uideres, audiresq;, qui tot in curas ipse

ipse rebus gerendis distringeretur: nõ aliter ac si ab eadem sementi altera & tertia seges demeteretur in Francia, aut si ex noualibus spicilegiũ instar iustæ messis existeret, uindemiamq; racematio excipiens, noua atque integra fœtura denuo exuberaret. Verùm Rex ille Ludouicus prato suo amplissimo florentiq; idẽtidem gloriabatur, ex quo eodem anno fœnisecium iterum & sæpius cogeret, quantumq; placuisset. Erit olim fortasse Rex alter breui, qui chrysomallas oues aureo uellere opimas uisendasq; habere se dictitabit, non illas quidẽ apud Colchos aut Iberos, ut in fabulis legũtur quondã fuisse, sed clemẽte cœli tractu luculẽtis inerrãtes latifundijs, toties attonsiles, quot res extiterint gerendæ, uellere succrescẽte perenniter, ac mira fœcũditate. Illud uerò singulare, ac nulli æquè prouinciæ datum, ut bellis cõtinuis intestinis uel externis exhausta Francia, & uiris uiribusq; ad summã inopiam usq; defecta, unius statim aut alterius anni pace & commercio recreetur. Et ut Antæum illum gigantem ab Hercule sublatum poëtæ fabulãtur, quantumuis luctatu fatigatum, ac certamine cõfectum, simul atq; terram matrem cõtigisset, integras illico uires solitum recuperare: ita Franciæ uires opesq; quantũlibet accisæ, cũ primùm per pacẽ aut inducias tellurem aratro mouere licet, quasi terræ tactu instaurari uidẽtur ac restitui incredibili celeritate: absit modò calamitas, nec uitiũ obuenisse supernè experiamur. O raram prouinciæ felicitatẽ, O reges undique beatos si tantũ personam suã ipsi satis nosse potuissent, & in actu summo rerũ grauissimũ quodq; negociũ ductu suo trãsigi, non auspicijs tantũ suis ipsi cõcupiuissent, aut certè non sine sua conscientia. hoc deus ad cætera Galliæ addidisset, numeris omnibus cumulata felicitatis

Oues Chrysomallæ.

Antæus.

esset. Nam quum clementiam in regibus, tum libertatẽ in ciuibus rarißimè desiderauit, quantũ utiq; ferre monarchia potest liberaliter imperiosa. Illud enim uero, illud inquã acreis homines, rerũq; non nescios urit, angit, enecat, quòd pusillis homũculis necesse est persæpe subseruire, quos ut actores et uicarios principis aulica comitia cer uicibus iniungunt succollantis populi, ac succiduæ plebis: illos quidẽ aut fortunæ suffragio, aut fauoris inconsulti redempti'ue, aut aliàs perperam renũciatos. Huiusmodi autem homines quũ fatu Gallica pro potestate regãt, quũ liberalitates principis munificentiamq; arbitrẽtur, quum cuiuscũq; nostratiũ externorũq; meritu ancipiti trutina arbitrij sui perpẽdãt, & uolũtatis suæ modulis uiros magnos pusillosq; metiãtur, sursum deorsumq; (ut aiũt) permiscent omnia in Francia, facilè quidẽ illa principe alioquin omnium prouinciarũ. Quid enim per deũ immortalem rectè atq; ordine administrare semisses actores possunt, qui nullũ ius ciuilitatis atq; isonomiæ nouerunt, quæ est æquabilis honorũ bonorumq; distributio, pro dignitate ac merito ciuiũ tẽperanda, qualis esse in monarchia potest? Nã quod ius à peritis appellatur distributiuũ, id ab Aristotele iuris ciuilis eximio conditore κατ' ἀξίαν dictum est, quod est secundum dignationem & promerita cuiusque ciuium statuendum. At huiuscemodi uelut interreges iamdiu pertulimus, frementibus nequicquam frendentibusque omnibus ordinibus, suppressa quodammodo procerum auctoritate. Hic mihi manum iniecit reputatio fortunæ temeritatis, resistere'que paulisper mecogit, ac sui meminisse. Siquidem quum in omni mundi parte fortuna plurimum pollere, & rerũ esse dominadispensatrixq;, oculis ipsa capta, existimatur, tum uerò super

Isomia. Ius distributiuum.

super omnia ipsam esse in Francia cæcam atque hallucinatricem iudico. Haud ita pridem homines duos uidimus tanta subnixos potẽtia, ut ad reipub. officia uix decimus quisque non ex eorũ clientelis quasi è seminario quodã magistratuum prodire uideretur, quum etiã ipsi incrementa sua fortunæ ac temeritati bona ex parte deberent. Horũ cũ alter tempore paulùm prior, & fastigio multũ amplior, eo prorsus esset ingenio, ut qui se submittere maximè eius potentiæ uellent, hosce ille maximè cæteris præficere uellet, prolixeq; augere: alter eos præcipuè promoueri concupiebat, ornamentisq; immodicis crescere & eminere, quos sibi usui fore sperabat ad potentiam uel augendã, uel tuendã: aut ijs moribus præditos, ut sibi morigeri esse omni genere obsequij ministerijq; sustinerent. Nam & ipse impigrè morigerando probatus, in secundas gerendarũ rerũ à maiore adoptatus fuerat: quin & asseclam comitemq; illius potentiæ, non socium postea semper egit, haud grauatè primos summosq; fasceis submittens atq; etiã subijciens illius fortunæ, cuius tum nutu omnia uertebantur: & meminerat quas in leges quum summũ magistratũ iniret, surdo sacramento ipse adactus esset: Quoad illo de medio sublato, quum nutanti iam fortunæ uideretur imminere, alius ex eodẽ prodijt comitatu uir eximius, apud ordines aulicos egregiè gratiosus, cuius iam matura & adulta auctoritate solertiaq; effectũ est ne ille primariæ auctoritatis aut hæres aut prædo, impotẽtiæ animi omnino indulgeret. Cui si spiritus omneis suos profundere liberè licuisset, ne curia quidem summa quantumuis obnixa substitisset. Quũ hoc rerũ statu fors fortunaq; specimen facere potentiæ suæ uideretur, contigit (id quod necesse erat) ut quos casus temerarius in aulã insinuauisset

nuauisset(aula autem tum erat ferè comitatus ipsorum) quum unum aut alterũ stipendium ijs supparasitando fecissent, statim uel magistratu uel antistitio locuplete donati, quasi militiæ præmio, macti esse uirtute obsequij atq; obseruantiæ iuberentur. Quod quum mirificis exemplis apud omneis innotuisset, coq; mores incubuisse uulgò dictitarentur, ut nulla iam uia certius ad magistratus, ad honores, ad uirtutis decora & diuitias ferret, quàm ambitio & assentatio, & (ut plane loquar) corporis animiq; fœda uenditatio: contraq; quũ honestarum artium studiosi, aut ueritatis tenaces, omnesq; qui sese eximere fortis fortunæ ditione cupiebant, uel quos extra præscriptum decori & honesti pudebat prosilire, sesecq; uenditare, male de se suisq; mereri uiderentur, qui uel studio literarum miseri intabescerent, uel inania & obsoleta iam nomina honestatis & uirtutis tantopere amplecterentur, uel deniq; in ijs rebus fouendis cõsenescerẽt, quæ nihil ad id tempus pertinere cernerentur: Quum ea inquam ferè esset conditio tẽporis, certatim eò aduolanteis, atq; etiã migrãteis uidebamus, ubi cõtuberniũ esse fortunæ uidebatur, largitiõisq; eius prõptuariũ: quũ interim paucis illis qui cõstantia & pudore ducebantur, domi agere feriatos ab omni actu publico necesse esset, qui quidem adiunctum cõpendium cũ honore haberet. Sic paucis annis factũ, ut inuersis ordinibus patricij ad plebem, & plebeij ad patricios plausibiliter traducerentur, quũ uelut somno bestos redeunteis uideremus, quarto uel quinto, atq; etiã decimo iam equite nõnullos comitatiores factos, imaginibus nouis insignes, quæ gentilitijs & Troiugenarũ stẽmatibus nunc claritate præstant. Ita duorũ hominũ potentatus repagulis pudoris & reuerẽtiæ legũ, atq; existimatiõis bonor

bonorum & grauium, refractis, retusaq; acie iudiciorum seueritatis, eò iam insolentiæ & licentiæ uentũ erat, ut accepta expensaq; omnia nõ fortunæ (quod æquo animo ferres) sed fortunatoribus hominum referrentur, quos princeps eius indignitatis nescius præfecerat (ut assolet) hominum delectui. Qua potẽtia ipsi freti, quũ diuinos iam sibi honores poposcissent, nec defuissent homines primarij qui se eorum cultus ingessissent antistites, oraculorumq; interpretes, ab altaribus interim Domini nõ pauci emansitantes, iam mortaliũ sensu inauditæ rei miraculo stupente, Prouidentia utiq; rerũ humanarũ curã abiecisse, aut certè interim posuisse à multis putabatur. Et alioquin usq; eo publica mens successu rerũ elata aberrauerat, ut Martis & Bellonæ numina instar propemodum haberent omnis diuinitatis. Quibus rebus Francia Christianarum partiũ signifera (me miserum qui hæc meminisse cogor) quũ cognomẽ illud ipsa suũ & æternũ contaminasset: ibi tum ibi uerũ & unicũ numen rapida nostri orbis uertigine terribile, diuinitatis suæ maiestatem asserere instituit m.r.ficè cæditis in superbos quosdã insolentesq; exemplis omnis memoriæ clarissimis, omniumq; gentiũ, si rerũ diuinarũ intelligẽtiæ dociles ipsi animos haberemus. Sed nos (ò cæcæ mẽtes humanæ) monita diuina perinde ac fulmina terrifica, celeri trãsmittere obliuione gaudemus, tantisper modò in cælũ suspectantes, quoad urbis cõcussu fragoreq; contremiscimus: serenitate autẽ reddita, uel subtillo adhuc cælo, ne turbinũ quidem recentium uestigijs admonemur alias quoque procellas sæuiores impendẽre fortasse. Quæro ecquo unquam seculo dominus in nostros, uel in suos potius atque peculiares, rapidiorẽ iræ suæ terrorem, micantioremq; distrinxisse uisus est? Distrinxisse

Hic episcopi taxãtur aulicæ munera obeuntes, & sacerdotalis functiõis immunes.

ſtrinxiſſe dico? imo etiam uibraſſe, & cõtorſiſſe: tametſi cõtremefactas deliciας ſuas Frãcos perſequi pepercerit. Hoc quũ heri & nudiuſtertius factũ ſit, quis iam ſatis meminiſſe dicetur, ſi quidẽ mens publica ex habitu & fiducia ſingulorũ æſtimetur? Siccine fomento uno (præcalido fortaſſe) è re nata appoſito, doloris ſtatim & diſcriminis Franci obliuiſcuntur, ut uulnere percurato? Proh ſuprema & æterna Dei prouidentia, uſqueadeo ne denſa ſeculo noſtro erroris impij offuſa eſt caligo, ut ne fulminante quidẽ Deo ſurſum aſpicere poſsimus? Qui ſi cælũ ſuſpicere obliuiſcimur, quin igitur omnia intentè circunſpectamus, ut ſenſu ſaltẽ humano Gallia niteretur? Nunc uerò nec dextrorſum ipſi nec ſiniſtrorſum intuemur, nec retrorſum reſpectamus, ac ne id quidẽ quod porrò eſt, uidere cõtendimus. Id demũ quod oculis admotũ eſt, aut etiã ad quod identidẽ offenſamus, animaduerſione dignũ eſſe cẽſemus. Vt mirari nũc ſubeat eorũ uel inertiã, uel amẽtiã, quorũ oculis princeps pro cõſpicilijs ſolet uti: qui quũ coẽmũdis poſſeßionibus, exædificandis penatibus, gẽtilitijs nominibus ſuis prodẽdis lõgißimè proſpectare, & ad pronepotũ uſq; atnepotes porroq; etiã uideantur, exiſtimatiõi tñ populari nõ ſeruiãt ad poſteros manaturæ, etiã ſi perpetuo ipſi tenore felicitatis (quod rariſſimè euenit) uitã trãſegerint lõgiorẽ. Quanquã quid felicitatẽ iſtorũ uoco, quorũ nulli ſecurũ ſui poſſeſſorẽ eſſe licet, ex quo ciuilis & municipalis uitæ tranquillitatem aulicæ potentiæ ſemel emanciparunt? Nam qui acquieſcere intra natalium modũ, exigui eſſe animi aut degeneris arbitrantur, ij quàm altißimè uolentes emicare, eò abripiuntur ſæpe & efferuntur, unde ſine præcipitio in uitam deſcendere tranquilliorem nequeant. Atqui huiuſmodi eſt ferè eorum

rum conditio, qui ius in caput hominum, atq; in fortunas habere, aut decus opimum eſſe putant, aut culmen felicitatis. Quos equidem (ut nunc ſunt humana) crediderim potius gradum ad æternum præcipitium facilitare, quàm ad ueram beatitudinẽ uel tantulum proficere. Qui enim ſenſus omneis ſuos diuino deſponſos amori, cultuiq; religionis aſſcriptos, humano obſequio & faſtui ſeculari ita mancipauerit, ut ne animã quidem receperit cœleſti ſodalitio natam atq; creatam, quæ in manum ipſa Dei mancipiumq; tum conuenit, quum in militiæ Chriſtianæ tyrocinio quiſq; noſtrũ ſacramento primùm dominico dixit, nomenq; dedit luſtrali rore reſperſus: quonã modo is non perfidus & transfuga eſt, qui à Deo, in cuius uerba ſanctißimè adactus eſt, ad eum mundi faſtũ deſciſcit, cuius ipſe obſequium rogatus eiurauit? Etenim anima uſqueadeo aulicæ potẽtiæ amore capta, quid aliud quàm à ſponſo ſuo eodemq; domino diuertẽs, res ſuas ſibi habere eum iubet, ac cũ dote ſua licet profectitia, dominica, atq; paterna tranſit ad amorem impietatis? Sed Deus ipſe iſta uiderit, cuius eſt prouidentiæ quicquid rectè atque ordine in cõmune conſulitur, ut eius eſt conniuentiæ deſtinatæ quicquid nunc populus perpetitur. Cæterùm (ut ad rem redeam) ſi per hoſce aliquot annos iſti hominum merita in diſpenſandis honoribus, & officijs publicis expenſa & ponderata quoquo modo fuiſſe contenderint, ſunt qui auſint affirmare, rarò libriperdibus ipſis eorum lancem competitorum ijſſe peſſum, qui meritis quamlibet amplis uel aurum, uel neceſsitudinem, uel aliud quippiam commendatitium non addiderint, quod uirtutem doctrinamq; prægrauaret, & famam quamuis illuſtrem. Ita uiros eximios, qui aut ingenij ornamentis, aut prærogatiua natalium

Anima humana in baptiſmate in dei manũ & poteſtatem mancipat, quo tẽpore eiurat obſequium dæmonis, id eſt, dæmoni renunciat obſequiũ.

Reſtuas tibi habe, erãt uerba diuortium facientium.

natalium, aut innocentiæ & doctrinæ suffragio renunciari sperent, & sua crescere industria, obstrictos ijs esse graui quopiam auctoramento necesse est, qui officinæ illius beatricis atque fortunatricis uideri mancipes gaudent atque magistri: quorum ut quisq; maximè uel obscuris uel exiguis natalibus ortus est, ita plerumq; esse solet plenissimus tumoris ac fastidij. Vnum tamen eorum genus semper exitiabile fuit, qui diuturno grassati obsequio, in omniumq; potentium obseruantiam cõpositi: oris tandem probitate obrepserunt ijs qui super admissiones erant. Hoc genus & flexiloquum, & ad omnem rerum inclinationem, aut fortunæ celerem euariationem, Chamæleontea quoq; ipsum mutatione aliud atque aliud esse solet. Visi sunt sæpe Onocephali, qui numerũ augerent, ut in omni ordine ferè hominum sunt quos fortunæ tantũ esse ludibria iudices: qui nec ingenio præditi, nec arte ulla ciuili intincti sunt, nec natura aut sciti, aut lepidi, sed fruges tantum consumere prytanei nostri nati. Illi enim uero nos urunt aulici ueterani, uel uerius ueteratores, qui manubijs popularibus beati, proceresq; obæratos uersuris auctorantes, eos processibus suis ipsorum inimicos putant esse & aduersos, qui ijs studijs incumbunt, quæ stum non facitant. Hos stipatos manipulis assectarum uidere est, quos uelut tyrocinio deducunt in officinam Ditis, ut illic argentariam facitent. Ii autem illorum pedissequi, ut literarum irrisores improbuli, sic ærarij arrosores minutili, à uulgo dictitantur: ad id tamen succenturiati ab illis, ut uberrimum quodque munus per manus traditum suscipiant, quod quidem esse posit ut aulæ commercio. Ex manubijs enim popularibus suppeditantur iuuenes l eatuli, quæ literatis & doctis sacro-

sanctæ solent esse. Huiusce modi autem stationarijs ordinum ductores in sua uerba adactis, firmissimum quodque tenent Reipublicæ præsidium: nequando summa potestas & arbitrium æraria rei inclinatione aliqua rerum ex sinu suo excidat. Et nos consilium publicum tantis hactenus copijs Galliæ non suppetijsse miramur? Quis enim iam referre uel honestatis uel utilitatis publicæ putat, qui quibus anteponantur? Nec uerò Gallia quãlibet latis finibus patens, multis magistratibus atq; honoribus instructa, multipliciterq; descriptis, propinquis & necessarijs istorum cum numero permultis, tum uerò cupiditate deuorantibus uberrimum quodq; munus, iam esse satis potest. Quare quũ magnæ ipsorũ cognationes, etiã affinitates dudum coiuisse uisæ sint, quæ nulla ui uel legitima, uel aduersarum factionum frangi possint aut dissui, quid illis tandem sperandum est, qui suffragatores uel sequestres intra septa non habent? nam meritorũ quidẽ surdas preces inanesq; nihil prodesse scimus, quũ alioquin omnia in potestate ij teneant, qui dies & horas soli comitialeis nouerunt. Quidni enim comitia uel differre possint uel auferre, qui etiã iustitiũ edicunt quũ libuit, & remittunt? Sed quid nominis appellemus, aut quid hominũ potius eos esse dicamus, quorũ haud ita pridẽ silentium plus regno nostro nouimus incõmodasse, quàm omnium potuere cõcionantiũ uociferationes prodesse? Sirach ille philosophus Iudæorũ secundũ Solomonẽ sapientissimus, tricesimo capite sui libri ita inquit: Effusa bona in ore compresso, fercula epularum apposita sepulchro. O fœdissimam culpam, quum is animus in rerum non exhibetur actu, quẽ uel mores uel anteacta uita spondere, uel frons denique impostricula uidebatur præferre. Silentium

dico? Vtinam hactenus argui possent. Heu mores huius ætatis. Quonam tandem gentiũ germana uirtus abijt? Cedo nunc Aristidem unũ, unum Fabritiũ, aut Nasicã, qui cum in tenebris micem, & ego halcyonem uidisse me gloriabor. Cedo Catonem, aut alium quemuis liberi spiritus uirũ, qui & reip. charitate ducatur, & precarium se honorẽ habere non meminisse uelit. Cedo qui in actu publico pleraq; in priuatas rationes non referat, nec uelut fortunæ largienti publica, pandendũ esse priuatũ sinum putet, exemplo Luculliano, atq; etiã Gabiniano. Cedo denique qui simplici innocentia & integritate, quàm multiplici lorica opum & propinquitatũ aliarumq; necessitudinum tectus esse malit, non modò aduersus uim aulicam & improbam, sed etiam aduersus legitimã & ciuilem. Postremò ostende unum sex istis uultuosis & personatis, qui aliquãdo omnibus integumentis simulationũ euolutum se, uel amico & propinquo cognoscendũ dederit. Ita ne uerò isti à conspectu nostro rapti, quum eos exceperint munia grandiora, iubeant nõ modò nos, sed etiam honestatem, ac ueritatẽ ualere, quasi ut in alienos mores (ô maleficam uim Vertumni) sic in aulicos immigrarint, & primos uitæ actus, quasi obsides hominũ existimationi datos, ætate iam uergente perfidè destituant? Videãt quæso etiam etq; etiã, ne id perinde esse credatur, atque si maturam segetẽ laudũ suarum, tædio ipsi uitæ cõpositæ tandem capti, repente (ut sic loquar) inarare, uertereq; dicerentur. Atqui tales aliquando inuentos esse constat qui dignitate uultus populo imponerent, & oris probitate, ut nuces intus marcidæ speciosо sæpe fallunt legentes putamine. Rursus idem Sirach cap. tertio & tricesimo Pabulum (inquit) & uirga & sarcinæ asello, panis & in-

stitutio & opus mancipio. Quorsum (inquis) hæc philosophi dicta? Nempe ut intelligatur uirũ sapientẽ priore loco eorum socordiam figuratè cõpellasse, qui sibi ac propinquis impigri, & diserti (ut claris innotuit exemplis) in causa tamen populari inuenti sunt infantes ac remissi, idq; eo tempore, quum eos nauos esse & facundos, rerũ summæ interesset. Quibus aliquãdo ipsis, eorumq; collegis, aut successoribus eam mentem dari uelim, ut uel pulpito facessant (ut dicitur) uel dicenda, inculcandaq; in tempore proloquantur. Alterum illud symbolum ad regum eruditionem proditum esse censeo, ut crassis ac pigris ingenijs sordida ipsi munera reipub. & uelut clitellas publicas iniungerent, exigua quoq; salaria geometrica proportione statuentes, ut Aristoteles docuit ratione pulcherrima de iure distributiuo loquẽs. eximios autẽ uiros, quorũ industria solertiaq; rebus in arduis uti possent, primario ut pane alitos, ad ingenua munia trãscriberent, ingenuis ipsos artibus institutos: nec eos uitã agere sinerent ignobiles & abditos, qui ornamento reipub. & usui esse possent. Equod est enim per superos immortales aut utilius regni administrandi aut splendidius instrumentũ ad finitimas etiam & longinquas nationes refulgens, quàm doctorum hominum multitudo, partim in comitatu regis agens, partim per uaria reip. munia distributa? Huiuscemodi enim scrinia (ut dicitur) pectoralia, optimos & potentissimos principes circumferre necesse est, quibus in ipsis ius, fas, & æquitatẽ, omneq; genus ciuilis humanioris q; doctrinæ, cõdita ad usum quotidianum habeant. At nũc is est reip. nostræ status, ut clitellæ generosis equis, instrataq; speciosa imponantur asinis. Proinde quum nec oculi nec aures regis officiũ suum

nunc agnoſcant, & homines quidam in rebus ſuis acres, in republica & principis aut lãguidi aut hebetes, nec de ligere ipſi idoneos uiros, nec hominũ famam ſecundã aut incõmodam ſatis explorare nouerint: quid cauſæ eſt tandem quin omniũ in Rep. perperã factorũ crimina ad eos pertineant? & quòd Francia male nũc audit atq; ignominioſe ob doctorũ ſapientũq; penuriã, id ijs in crimẽ uerti debeat, per quos hic tales multos eſſe non licet? Quid ſi etiã eorũ nonnulli prorſus doctos & bonos, eorumq; diſſimiles nouere, ſed procul eos gubernaculis ſummouent, ne uel eorũ acta ad manus ipſi aſpiciant, aut in puppim fortaſſe admitti tandẽ uelint? Manauit enim hæc opinio in omnes iam ordines, cordatiores ideo homines iſtis ſuſpectos eſſe, quòd prælucentẽ ipſi facẽ propius admoueri rebus gerẽdis nolint. Certè uidimus huiuſmodi non admiſſos in cõſortiũ, quũ uox id publica uociferatu ſummo, ſed confuſo flagitaret. Aut igitur hoc fatcãtur neceſſe eſt, anuſsim ſe albam in lapide albo eſſe, qui inter naros ignaroſq; diſcerniculũ neſciant: aut noſſe ſe quidẽ notæ melioris homines, ſed nõ tam ſcenæ et populo, aut etiã ueritati ſeſe probare, quã potẽtiæ ſuæ & cõmodis inſeruire cõſtituiſſe, principiſq; ſenectuti aut infirmæ ualetudini hactenus illuſiſſe atq; impoſuiſſe. V trũuis autẽ fatcãtur, parum erit impudentiæ. Etenim qui ſatis ſecundas partes implere nequeũt, qua (malùm) fronte primas tenere contendũt? præſertim quũ tot egregios actores inter cuneos inertes exactoſq; ſedere uideamus, & decus ſcenæ proceres longiſſimè ſubmotos? eorum ſi ſagacitatẽ requirere nunc uacaret, aut id intereſſe rerũ magnopere arbitraremur, quàm facilè eſset docere Franciam non modò oculis & auribus noſtro caruiſſe tẽpore, ſed (quod inſtar eſt mon

eſt mõſtri) ne olfactus quidẽ ſenſorium habuiſſe? Quam enim tandẽ cladẽ odorari antè potuimus aduẽtantẽ, quã ab ea oppreſti? quid antè prouidere, quàm in oculos incurrit? Quẽ rumorẽ belli prius auſcultatu captare, quã omnia claſsicis perſonare uiſa ſunt? Hunc ſtatum rerũ in Gallia uidimus, quo ſtatu res geſtas ſi quis olim memoriæ mandare ſtatuerit, eorũ quidem queis lotis manibus ſtylum capeſſere ducereq; licebit, luculẽtum ſanè argumentum ſcribẽdi copioſumq; habebit, et ex eo poſteritas intelliget quàm magnifice ſeſe nõnulli in rerũ adminiſtratione geſſerint. Quis enim amans patriæ, quum paulo acriorẽ animum ad hæc ſcribenda applicauerit, non hoc præcipuè docere contendat, & perſuadere, quòd Francorũ natio inuidia prius rerũ in Italia proſperrimè geſtarũ, deinde etiã odio & cõtemptu laborauit ob immutatum rerũ ſtatũ euentu propè interneciuo: non id uitium gentis fuiſſe, quæ tot ſeculis documentũ ſtrenuitatis ſuæ dedit, comis & innoxiæ, ut quidẽ ſunt iura belli. ſed temporis fatalis, ſed ambitionis paucorum, præcipitis atque inertis, quã uniuerſæ gentis ignominia expiari oportuit, ut exẽplum ſeculis in poſterũ proderetur: ſed quidlibet potius, quàm uniuerſæ gẽtis uel ſcelus uel erratũ? Hæ (ut arbitror) ſunt cauſæ quamobrẽ Francia latius atq; augustius imperium non habet, nec mirum ſit reputantibus, cum amplum ei & magnificum latè imperitandi inſtrumentum ſemper fuerit, rerum tamen geſtarum rationem & gloriam haudquaquam pro portione conſtare. Quare ſi moribus iam noſtris qui rerum ſummam tenent, tenebunt'que in poſterum, in diſquiſitionem cõuentuum aliquando principe præſide uocarentur, nonnulli ſæpe qui nautos ſeſe uideri uolunt, haud dubiè (quod aiunt)

apprimè simi, atque ea parte deformes ab omnibus cernerentur. Proinde qui illorum sunt adhuc superstites: ij maximopere laborare debent, ut præteriti temporis damna sarcientes, publici etiam dedecoris discutiant suggillata, ut quidem discuti possunt. Sic enim fiet ut uulgatæ opinionis & per omneis ordines peruagatæ sententia inducenda, à qua uix prouocare quisquam potest, publicæ etiam ipsi famæ tympana sonitu hilariore ac festiuiore pulsent. Ad hoc autē ideo alacriore animo, ac spe meliore cōparare se possunt, q; rebus gestis genialis huius anni ausam ipsis deus retinēdi gubernacula dedit, etiam cū laude non uulgari. qua occasione utinā & probè & solerter ipsi tantisper dum licet & uacat utātur, ut nobis aliquādo argumentū palinodiæ detur. Multa alia restabant eodē pertinētia: sed me medios hæc actus intercinere memini. Et hactenus Hercules & Liber pater, ut est in prouerbio: ulterius etiam fortasse libertati Franciæ aqua fluere non uideretur. Proinde uelut animo iam recreato & instaurato regesta indignitate, ipse reuertar ad uiam institutam, quæ adhuc magna restat.

Significat conuiuiū regium.

De Iudæorum opulentia.

Romanarū Persicarumq; opum cōmentationem excipiet Iudæorū mētio, quorū Reges Dauid & Solomon immanes diuitias possedisse leguntur: quas eo magis leuiter excutiēdas esse duxi, ne prænarationis arguerer, quàm quòd explicandi de ijs aliquid & statuendi fiduciam cōceperim. Iuuabat & alioquin in eas res inquirere, quæ (ut uulgi est opinio) sola sacrorum scriptorum auctoritate subnixæ esse creditur. Iamprimum igitur prioris Paralip. capi. secundo & uicesimo Dauid ita loquens ad Solomonem inducitur: Confortare, & uiriliter age: ne timeas, neq; paueas: ecce ego in paupertatula mea præparaui

parauī impensas domus domini, auri talenta centum millia & argenti mille millia talentûm. Et secundi Regum. VIII. Et percussit Dauid Adadezer Aegem Soba, quādo profectus est ut dominaretur super flumen Euphratem. Venit quoq; Syria Damasci ut præsidiū ferret Adadezer. Et percussit Dauid de Syria XXII millia Syrorū. facta est Syria Dauid seruiēs sub tributo, & tulit Dauid arma aurea quæ habebāt serui Adadezer, & detulit ea in Hierusalē. Libro autē tertio Regū cap. x. Nō erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Solomonis, quia classis Regis per mare cum classe Hirā semel per tres annos ibat in Tharseis, deferens inde aurum & argentum. Et paulò inferius, Fecitq; ut tanta esset abundantia auri & argenti in Hierusalem, quāta & lapidū. Hac hyberbole immensa auri argentiq; uis fuisse significatur in thesauris Solomonis. Vidimus suprà summas Persarum opes centū & octoginta millia talentûm fuisse post Darium uictum, quibus oportet septem millia addere quæ Darius Ecbatanis fugiens secum in tumultura puit, ut auctor est Arrianus, & ijs rursus coniectura addere sumptum eius belli. Historia autem Regum dicit Dauid habuisse argenti mille millia talentûm, id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ minima computatione mille millia talentûm argenti ualent. Ita fit ut decies maiores fuerint Dauid opes, quàm Darij. Existimo autem & Persicum talentum & Hebraicum idem cum Babylonio fuisse talento: qua ratione, summa, sexta parte augetur. Quare fidem res illa habitura non uidetur hominū quidem sensu, etiam si auctoritati sacrosanctæ id creditur. Quanquam etiam magis illud hyberbolicū uidetur quod Ctesias de Sardanapalo scripsit, qui

ducentis circiter annis Solomonis ætatē secutus, morte sua regnū Assyriorū finiuit. Ait enim eum regē ab Arbace Medo obsessum, fractis iam aduersa pugna uiribus, & uictoriæ spe abscissa, pyrā in regia struxisse altitudine pedum quadringētorū, in qua cubilia cētum & quinquaginta posuit aurea, totidēq; ex auro mēsas. In medio autē pyræ contabulationē extruxit pedū quoquouersus cētenūm: in quo lecticas cōsternēdas cum curauisset, superiorē contabulationis partē trabali materia contexit, & latera crebris ualidisq; tignis cinxit, ita ut exitus nō pateret. Quo facto ipse & uxor & pallacæ uarijs in lecticis iacuerūt in eo ædificio conclusi. In quod etiā ipsum auri cēties centena millia, argēti uerò decies tantundem congeßit, id est millies cētena millia talentūm, quod ipse myriadē appellat, id est decies millena in sese multiplicata, ut antea dictū est: cum præter eam summā liberis, quos ad Nini Regē belli initio miserat, auri talēta numero tria millia dedisset. Super his operibus cū instrumēto regio multiplici, ac copiosa uarietate distincto, quū ipse ita cū uxore & pellicibus eius recubuisset, pyrā illi ædificio circundatā accēdi per eunuchos, id est amicorū iuratißimos iußit. Eos enim solos cōscios cōsiliorū extremorū fecerat. Quo facto ipse cū illis opibus diebus quindecim cōflagrauit, stupētibus alijs præter conscios. Fumus enim in sublime cōuolutus, ingētis cuiusdam sacrificij opinionem faciebat, apud eos quidē qui extra regiam erant. ἐπεςέγασε δὲ τὸ οἴκημα δοκοῖς μεγάλαις τε καὶ παχείαις, ἔπειτα ἐν κύκλῳ περιέθηκε πολλὰ ξύλα. καὶ παχέα, ὥςε μὴ εἶναι ἔξοδον. ἐνταῦθα περιέθηκε μὲν χρυσίου μυριάδας χιλίας, ἀργυρίου δὲ μυρίας μυριάδας ταλάντων, καὶ ἱμάτια καὶ πορφύρας καὶ ςολὰς παντοδαπάς.

Sardanapali pyra & opes.

Sardanapali exitus.

πάς. ἔπειτα ὑφάψαι ἐκέλευε τὴν πυρὰν. καὶ ἐκαίετο πεντεκαίδεκα ἡμέραις. οἱ δὲ ἐθαύμαζον ὁρῶντες τὸν καπνόν, καὶ ἐδόκουν αὐτὸν θυσίας ἐπιτελεῖν, ταῦτα δὲ μόνοι ἤδεσαν οἱ εὐνοῦχοι. Redeamus ad Dauidē. Iosepus libr. VII. Antiquitatū de eo loquēs ita inquit: Reliquit autē Dauid diuitias tātas quātas nemo alius Regū nec Hebræorum, nec aliarū gentiū, κατέλιπε δὲ πλοῦτον ὅσον οὐκ ἄλλος βασιλεὺς οὔτε ἑβραίων οὔτε ἄλλων ἐθνῶν. Ingētes aūt pecunias in sepulchro eius cōditas fuisse dicit, & in Regū loculis, qui magna arte cōditi ita erāt, ut non facilè inueniri possent. Euseb. lib. IX. de præparatione euāgelica auctor est Eupolemum ita scriptum reliquiße, Dauid Regem Syros & Phœnices usq; ad Euphratē domuisse: Idumæos etiam & Ammonitas, Ituræos, Moabitas, Nabatæos, Nabdæos, Suronemq; Tyri ac Phœniciæ Regem, bello subactos tributa Iudæis pependisse: Dauidq; petenti diuinitus locum fuisse demonstratum quo loco ædificaturus esset tēplum. Sed cū sanguine hostiū & multis cædibus per bella uaria impiatus, hoc facere nō potuisset, quā maximum potuit apparatū fecisse. Itaq; cōparasse eū æris, argenti, auri talenta non pauca, lapides etiā & ligna cupreßi & cedri: nauesq; eum coëgisse Melanis Arabiæ ciuitate, misisseq; in insulam Vrphen in Rubro mari sitam metallis auri scatentem: unde in Iudæam innumerabilia penè auri pondo delata fuisse. Dauid autem morientem regnum Solomoni filio tradidisse. Qui cùm templum ædificaturus esset, deo ita uolente, literas ad Vaphren Aegypti Regem scripsisse hoc exemplo: Rex Solomon Vaphri Aegypti Regi amico paterno salutem. Scito me à deo magno Dauid patris mei regnum accepisse. Cumq; mihi pater mandauerit templum deo condere,

Dauid ditissimus Regū omnium fuisse uidetur.

Epistola Solomonis ad Vaphren Aegypti Regem.

dere, cœli & terræ cõditori: ut etiam ad te scriberẽ, addidit. Peto igitur abs te, ut artifices atq; fabros ad ædificandũ templũ dei mittere uelis. Vaphren autẽ inter alia hoc rescripsisse: Ad ædificandũ templum dei fabros atq; ministros octoginta millia hominũ ad te destinaui. Dabis igitur operã, ut rectè atq; ordine uiuant, & rebus necessarijs non careant, temploq; dei cõdito incolumes ad nos redeant. Itidem cũ Solomon ad Suronem Tyri Regem scripsisset, simile tulit responsum, & eundẽ numerũ operariorum impetrauit. Et præterea architectũ Tyriũ matre Iudæa natũ, uirum in architectura summũ. Congruit hoc cũ eo quod dicitur 3. Regum capite. 5. ubi Rex Tyrius nõ Suron sed Hiram appellatur. Iosepus lib. 8. Antiquitatum epistolã Regis Hiram (quẽ Iromum à Tyrijs uocitatum esse dicit) & epistolam Solomonis ad eum, ad suam ætatẽ asseruatas esse affirmat, non modò apud Iudæos, sed etiã apud Tyrios. Libro autẽ primo contra Apionẽ grammaticũ, Sunt, inquit, apud Tyrios annorum multorũ acta, quæ publica cura diligẽter asseruantur, in quibus inter cætera hoc quoq; perscriptũ est, quòd Hierosolymis tẽplum à Solomone exædificatũ est annis centum & quadraginta prius quàm Tyrij Carthaginem coloniam ædificarunt. Apparatus etiam cõstruendi tẽpli in ea acta relatus est. Iromus enim Tyriorũ Rex amicus erat Regis nostri Solomonis, ἀνεγράφη ἢ παρ' ἐκείνοις ἢ τῆς ναῦς κατασκευὴ τῆς παρ' ἡμῖν, ἔρωμος γὰρ ὁ τῶν τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τῷ βασιλεῖ ἡμῶν σολομῶντι. Pergit Eupolemus, & rursum ita inquit, Totũ autem aurum quod in templo, colũnis & uasis templi fuit consumptum, quadragies sexies centena millia fuisse: argenti ucrò ad clauos & alia instrumenta, mille ducenta trigin

Vaphris responsio.

Iromus Rex Tyri.

trigintaduo talenta: æris uerò in columnis, fornicibus ac cæteris, talẽta decem & octo millia: remisisseq; omnes in regiones suas Phœnices simul & Aegyptios. decẽ auri talenta singulis data. Talentum autem dico (inquit) quod siclum appellãt. Et Aegyptiorũ quidem Regi oleum & mel magna quantitate misisse: Suroni autẽ columnam auream quæ Tyri in templo Iouis conspicitur. Hæc interpretatio potest rem facere credibilem. Sed quod dicitur quadragies sexies centena millia nõ adiecto siclorum uel talẽtũm, nescio an librariorũ sit mẽdũ. Græcũ enim exemplar non uidi. Siclus (inquit Hieronymus Ezechielis III.) stater est, hoc est drachmæ quatuor. Exod. XXX. cap. ita legitur, Siclus uiginti obolos habet, media pars sicli offeretur domino. Quod declarãs Iosepus libr. III. Antiquitatũ, Siclus (inquit) Hebræorũ nomisma quatuor drachmas Atticas habet. Hac ratione si singulis operarijs, qui centum & sexaginta millia erant, deni sicli dati sunt, hoc est quadragenæ drachmæ, fiunt quater & sexagies centena millia drachmarum. Ex quibus quatuor & sexaginta millia pondo fiunt, eo numero per centenarium diuiso. Fiũt hæc mille sexaginta sex talenta, & quadraginta auri põdo, quæ æstimatione nostra (in singulas enim libras centenos & duodenos aureos solatos & semissem numeramus) bis & septuagies cẽtena millia solatorum ualent: cum fuerit illud aurum nullo alio metallo concretũ. Quæ summa si in opificum mercedem impensa est præter sumptus cibariorũ, quò euasuram æstimationem operis cũ instrumento sacrificali & ornamentis templi putamus? Nempe ad infinitum uisum iri necesse est, si quis apud Iosepum uasa templi legerit. Quòd si ita ponamus summã superiorẽ, ut quadragies sexies cẽtena millia

Talentum pro siclo.

Siclus.

Templum Solomonis increbili sumptu extructum instructumq;.

siclorũ fuerint in templo consumpta, hæc summa iã paulo minus quadruplicato crescet. Sedecies enim centena millia siclorũ operarijs data sunt, quæ sexaginta quatuor millia pondo efficiũt. Quæ si ternario multiplicentur, fiunt duodequinquagies cẽtena millia siclorũ, quæ in ornatum & supellectilẽ cedunt: cum Eupolemus scripserit sex & quadraginta millia siclorũ auri in templi instrumentũ ornamentumq; absumpta fuisse, quibus nos ducenta millia addidimus, ut summa quadruplicato cresceret. Quòd si uniuersam summã exactè collegeris, bis & sexagies centena millia siclorum in duobus ijs capitibus inuenies: quæ ducẽties quadragies octies cẽtena millia drachmarũ ualent. Hæc si cẽtenario partiamur, ducẽta quadraginta octo millia põdo auri in summa efficiũtur, Quæ, ut in singula põdo aureos cẽtenos statuamus, ducẽties quadragies octies cẽtena millia aureorũ ualent. Sed quoniã aurũ fuit obryzũ, ut diximus, si in singula pondo rursus duodenos aureos et semißẽ addamus, fiẽt in summa ducẽties septuagies nouies cẽtena solatorũ millia. Quibus addere oportet mille ac ducẽtorũ talẽtũm argẽti æstimationẽ. Fortasse expeditior erit calculus hoc modo: Ducẽta quadraginta octo millia põdo auri, quatuor millia centũ & triginta tria talenta efficiũt, & uiginti auri põdo, quæ duodecies totidẽ argẽti talenta ualent, id est undequinquaginta millia & sexcẽta talẽta. Hæc ducẽties nonagiessepties centenis & LX millibus aureorum coronatorũ ualent. Et hæc summa superiori cõueniet, si ad solatorum millia reducatur. Addit Eupolemus mille aurea scuta à Solomõe fuisse facta. In. III. autem Regũ cap. X. ita legitur: Fecit quoq; Rex Solomon ducenta scuta de auro purißimo. sexcẽtos auri siclos dedit in laminã scuti unius, & trecẽtas peltas ex auro

ex auro probato, trecentæq; minæ auri unã peltam uestiebãt: posuitq; eas Rex in domo saltus Libani. Per hoc intelligimus in ornatũ tẽpli scuta aurea nõ ceßisse, & accedere ad quãtitatẽ auri ab Eupolemo positã. Peltã autẽ scutũ esse breue nemo est qui ignoret, Virgilio dicẽte, Pelta.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Aut hic locus igitur mẽdosè legitur, aut Iosepus & Hieronymus nõ recte siclũ interpretati sunt. Deinde trecentæ minæ Atticæ paulo plus ducentis uigintiquinq; libris nostris zygostaticis ualẽt. tantũ autẽ pondus uix gigas sinistra manu uersaret. Plinius inter miracula roboris refert Fusiũ Saluiũ duo pondera cẽtenaria pedibus, totidẽ manibus, & ducenaria duobus humeris contra scalas tulisse. At libra nostra quadrãte maior est Romana. Hodie iustum pondus baiularium centum & sexaginta pondo esse dicunt. Postremò nec scuta nec peltæ solido auro constabant, sed intus ligno, quod laminæ aureæ conuestiebant. apud Iosepum libr. octauo, non trecentæ minæ sed tres leguntur. Editio etiam græca sic habet, τρεῖς μναῖ χρυσίου ἐπῆσαν ἐπὶ τὸ ὅπλον τὸ ἕν. tres minæ auri inerant singulis scutis. Capite autem modò dicto tertij Regum ita legitur, Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equus centũ quinquaginta. Atq; in hunc modũ cuncti Reges Syriæ equos uenundabãt. cẽtenos quinquagenos siclos in singulos equos preciũ statuit, seu sexcenas drachmas, id est nũmo nostro sexagenos aureos coronatos. quo fit ut quadrigæ, id est quaterni equi iugales, quatuor & uiginti libris cõstiterint, quæ ducẽtis et quadraginta coronatis æstimari possunt. Ex precio hodierno intelligimus ꝓbabile id preciũ fuisse, ut negotiatores Solomonis equos in Aegypto & in Syria

in Syria sexagenis coronatis emerint. Sæpe enim (ut testatus sum) per anticipationẽ loquor, quasi iam tũc aurei nostri fuerint, ut expeditius defungar eo quod institui. Græca lectio non cõuenit, in qua legitur, ἄρμα ἀνθ' ἑκατὸν ἀργυρίων, καὶ ἵππος ἀντὶ πεντήκοντα ἀργυρίων. Currus centũ argenti, & equus quinquaginta argẽti. qui modus loquendi antiquus fuisse uidetur. Liuius libro primo, Ita pedestri exercitu ornato, distributoq;, equitũ ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit cẽturias, ad equos emendos dena millia æris ex publico data, et quibus equos alerent uiduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Hoc dictum ita accipio, ac si centenos illic coronatos dixisset, & hic uicenos. Existimo autẽ unumquẽq; equitẽ binos equos habuisse. Dixit enim Liuius ad equos emẽdos dena millia, quibus uerbis significat unũquenq; equitẽ equos habuisse, non equũ tantummodo. Ita precium equi quinquaginta aurei coronati fuerũt prisco illo seculo, & sumptus annuus decẽ aureis æstimatus. Syriam autẽ equis abũdasse ex Strabone intelligimus libro decimosextõ. Tradit enim Pellã urbẽ Syriæ fuisse à successoribus Alexãdri appellatã de nomine Pellæ, quæ patria fuit Alexandri. postea autẽ Apamia dicta est. Iuxta eã locũ esse campestrẽ quẽ Orõtes fluuius cum lacu quodam cherronesum efficit. Ibi locũ fuisse recẽsendo exercitui, & Hippotrophiũ pulcherrimũ, hoc est locũ equitio alendo destinatũ. In eo fuisse equas regias numero supra xxx millia, admissarios autẽ equos trecentos, ibidem & equisones fuisse, seu domitores equorũ, & lanistas, et belici ludi magistros, et quicũq; ad arma tyrones instituũt: stipendia merentes. quod mihi memorabile uisum est. ἔστι δὲ ταῦτα (inquit Strabo) καὶ τὸ λογιστήριον τὸ στρατιωτικὸν, καὶ τὸ

Hippotrophiũ memorabile.

ἱπποτροφεῖον, θήλειαι μὲν ἵπποι βασιλικαὶ πλείους τῶν τεσσαρακοντα μυριάδων χώραν ἔχουσαι τὸ τέτταρα. τ. ἐντεῦθεν δὲ καὶ πωλοδαμναὶ καὶ ὁπλομάχοι, καὶ ὅσοι παιδεύονται ἐμισθοδοτοῦντο. Enimuero talenti significationẽ non unã fuisse apud Hebræos puto, quomodo & apud alias gẽtes nõnullas. Pollux lib. IX. Siculũ talentũ duplex fuisse tradidit, uetus, et nouũ: uetus quatuor & uiginti nũmos significasse, nouũ duodecim. apud Suidã nõ nũmos uigintiquatuor ualuisse dicitur, sed mnas, quod corruptũ esse puto ex Polluce qui ait, Δυύανται δὲ ὁ νῆμμος τριὰ ἡμιωβόλια. Valet autem nũmus sesquiobolũ. Licet apud Pollucẽ ὁμόλια pro ἡμιωβόλια legatur. Quod sic cõiectura assequor, nummus sestertius quartã partẽ drachmæ ualet: drachma autẽ sex obolos. quare tria hemiobolia, id est sesquiobolũ nummus sestertius ualuit. Talentũ igitur apud Siculos uctus quidem senas drachmas ualuit, nouũ autẽ ternas. Propterea Pollux, τὸ μὲν τοι σικελικὸν τάλαντον ἐλάχιστον ἴσχυε. Siculũ (inquit) talentũ minimũ quid ualebat. Eodẽ pertinet quod idẽ alibi eodẽ libro dicit, ἐδυνάτο δὲ καὶ χρυσίου τὸ τάλαντον ξῆς χρυσᾶς ἀττικάς. τὸ δὲ καὶ ἀργυρίου, ἑξήκοντα μνᾶς ἀττικάς. Valebat autem auri talentum tres aureos Atticos, argenti uerò sexagiuta minas Atticas. Homerus Iliados libr. XXIII. describens agona funebrem quem Achilles ad tumulum Patrocli fecit, talentum pro summa non magna posuit. Primũ enim præmium curuli certamini proposuit fœminam captiuam cum tripode, secundum, equam prægnantem mula: tertio autẽ loco uincenti, lebetem: quarto, duo auri talenta: ultimo, phialam æream lebetis uicem præbentem:

Auri & argẽti nõ æqualia fuerunt talenta.

Talentum unũ tantum apud Hebræos.

Τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα.

Bina talenta dein quarto pronuntiat auri.

Ex his

Ex his præmijs, cum quibus duo auri talẽta exæquat, apparet talentũ paruum quippiã fuisse. Eo in loco enarratores talentũ antiquũ non simile recentiori fuisse tradũt. Aiunt enim uetus talentum secundũ Polemarchũ auctorem quatuor librarũ fuisse, secundũ Theophrastum quatuordecim, secundum Timæũ quatuor & uiginti. Aristotelem autem indefinitũ talenti pondus posuisse: cæterùm paruam fuisse summam apud Homerum oportuisse, cum quarto loco aßignauerit, et minus equa et lebete fecerit. Sunt qui dicãt talentum auri apud Græcos paruũ fuisse. auctore Diphilo, quod conuenit cum eo quod ex Polluce diximus. Huiusmodi autẽ talenta intelligi prioris Paralipomenon xxii. existimo, Auri talenta centũ millia, argenti mille millia talentorum: æris uerò & ferri non ęq põdus. uincitur enim numerus magnitudine. Dauid autẽ circa finem regni Assyriorũ regnauit: cui tempori proximum fuisse Homerũ nonnulli tradiderunt, ut auctor ę Eusebius. Ex quo coniectura capi potest de talẽto Homerico & Dauidico. huic opinioni auctoritatẽ præbere potest Iosepus libro septimo Antiquitatũ, apud quẽ Dauid ita loquens inducitur ad primores tribuũ, Fratres, nosse uos uolo, quòd cũ templũ domini ædificare statuissem, auri argentiq; magnã uim præparaui ad talenta centũ millia. Centũ millia dixit, non mille millia, ut prioris Paralipomenon capite secundo & uicesimo. nec centũ millia talentum auri, sed auri & argenti centum millia talentũ. Rursus cũ dicitur tertij Regum. x. de regina Saba, Dedit ergo Regi centũ uiginti talẽta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosas. Et rursus, Erat autẽ pondus auri quod offerebatur Solomoni per annos singulos sexcentorum sexaginta sex talentorum auri, excepto eo quod

Homeri ætas.

quod offerebant uiri qui super uectigalia erant, & negotiatores, uniuersiq; scuta uendẽtes, & omnes Reges Arabiæ, duces q; terræ. Et capite superiore, Misitq; Hirã in classe illa seruos suos uiros nauticos & naros maris cum seruis Solomonis, qui cũ uenissent in Ophir sumptũ inde aurum quadringentorũ uiginti talentorũ detulerunt ad Regem Solomonẽ. In omnibus his locis ego talentum magnam intelligo, quomodo etiã cum de ære & ferro loquitur historia. Primi autem Paralipomenon uicesimonono ita inducitur Dauid pro concione loquens inter primores tribuum, De peculio meo & aurum & argẽtum do in templum dei mei, exceptis ijs quæ præparaui in ædem sanctam, tria millia talenta auri de auro Ophir, & septẽ millia talentorũ argenti probatißimi ad deaurandos parietes templi: & ubicunq; opus est aurum, de auro: & ubicunq; opus est argentum, de argento. Et inferius, Polliciti sunt itaq; principes familiarum & proceres tribuũ Israhel, Tribuni quoq; & Centuriones, dederunt q; in opera domus domini auri talẽta quinq; millia, & solidos decem millia, argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia, ferri quoq; centum millia talentorũ. De hoc loquens Iosepus ita inquit, Sed & tunc oblationis primitias faciens, alia tria millia talentũm auri purißimi se præbiturũ esse pronũtiauit ad adytũ & cultum dei faciendũ. Cumq; tacuisset Dauid, à principibus & sacerdotibus atq; leuitis certatim offerentibus collata sunt auri quidem talenta quinque millia, & stateres decem, argenti uerò talenta decem millia, ferri talenta millia multa. Hic etiam magna talenta intelligo. Sed adnotandum quòd quos historia sacra solidos, Iosepus stateres dixit. Stater apud Græcos aureum nummum significat,

Solidus. Stater.

cat, quo nomine & Persæ & Macedones utebantur: unde Philippei stateres & Darici & Alexandrei dicti. Stater etiã pondus est drachmarũ quatuor, ut antè diximus, quod Hebræi siclũ dicebant. stateres igitur hic pro aureis nummis, id est siclis, intelligo. Sed de statere & solido inferius loquemur, si memoria non exciderit. Sũma disputationis nostræ hæc est, æstimationẽ opulentiæ Hebraicæ fieri non posse ob talenti uarietatẽ, cum nec ipse

Talenti significatio.

Iosepus extricare hãc ambiguitatẽ potuerit. Nunc enim pro pondere, nunc pro numero, nũc pro nummo ponitur. ut apud Eupolemũ in loco supradicto: quanquã & Graeci eadem penè de uarietate significatuum talenti tradiderunt. Quantum tamen cõiectura haud ariolatrice consequi possumus, quod Eupolemus dixit quadragies sexies centena millia in templum & eius instrumentum absumpta fuisse, de siclis, id est stateribus intelligendum. Cuius summæ æstimatio à nobis posita est exactè, ut arbitror, nisi error calculi inciderit. Itidemq; censendum dixerim de talentis illis Sardanapali, ut fidem historiæ obiter arrogemus. In qua hoc mihi animaduertẽdum summopere uisum est, ad eorum quæ diximus confirmationem, quod Ctesias ita scripsit, ut diceret, ἐνταῦθα πόρισθηκε χρυσίκ μυριάδας χιλίας, Illic circũdedit auri myriades mille: non adiecto talentũm, ut in argẽto fecit, itidem scilicet ut Eupolemus in loco superius citato. Quæ duo exempla indicãt antiquum loquendi morem, qualis est etiã hodie apud nos, cũ dicimus mille millia auri. Vt enim hac

Mille millia auri.

locutione mille millia aureũm intelligimus, sic illi mille millia siclorũ auri significabant, uidelicet q̃ sicli põderis apud eos nũmus aureus penderetur, ut apud Athenienses & Macedones stateris, id est quaternarum drachmarũ

Quo

Quo factum est ut stater pro aureo acciperetur, ut etiã apud Persas. Huius opinionis argumentum ducitur ex uerbis quæ sequuntur, Argẽti (inquit) ad clauos & alia instrumenta mille ducenta triginta duo talenta, æris uerò decem & octo millia. sic singulis opificibus dena talenta data, id est deni sicli, ut ipse inquit. Talentum ergo nummarium Hebræorum, tetradrachmum erat: Atheniensium uerò duodenarium erat, id est ternorum staterum.

Talentũ nummarium.

Sic apud nos interdum libra nummaria est uiginti solidorum. Sic in uoluminibus iuris non ubique auri argentiq; libra eodem modo exaudienda. Circa Iustiniani Augusti tempora libram auri staterem aureum fuisse existimo, non magni ponderis. in l. Quoniam iudices. sub titulo de appel. Si quis (inquit idem Augustus) magistratus appellationem suscipere recusauerit, triginta põdo auri cogatur largitionibus nostris inferre, triginta alia eius officio itidem soluturo. Et sub titulo de fundis patrimonialibus libro undecimo eiusdem Codicis Theodosij lex ita inquit, Huius legis temeratores, quinquaginta librarum auri pœna coërcẽtes: tam uidelicet petitorem, quàm officium quod petitionem concedit admitti. Officium eius magistratus τὸν τάξιν uocat, hoc est apparitores, scribas, & quoscũq; ministros publicos. Hic stater autem nunc pondo, nunc libra dicitur, ut in lege Ordinem, sub titulo de Consulibus libro duodecimo: & in lege Omnes, de metatis, cẽtum librarum auri mulcta. At libro primo de modo mulctarũ ita legitur, Illustres uiros præfectos prætorio, cùm peccatum grauissimum erit, usque ad quinquaginta librarum auri mulctam peruenire sinimus. At eodem sub titulo Arcadius & Honorius ita sanciunt, Eos qui ordinario iure prouincias moderantur,

Libra auri argentique in libris iuris.

Stater.

ultra duarum unciarum auri mulctam condemnare non patimur: Proconsularem uerò potestatem, si mulctandi necessitas imminebit, senarum unciarum auri summa cohibebit. Hic dubites fortasse utro modo libras auri quinquaginta intelligere debeamus. Similiter libra argẽti, uel nomisma fuit, uel paucarum drachmarũ æstimatio, in l. Ab executione, quorũ appel. non recipiuntur. Sciant autem, inquit, prouocatores, si eos perperam intentionẽ cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarũ argenti animaduersione mulctandos. Et itidem in l. sequenti, rursus in lege unica de grege dominico, libro decimo. libra auri pro duodecim uncijs accipitur, & in capite præuaricationis, sub titulo de præuaricatoribus in Pandectis. Ponderale uerò & librale Hebræorum talentum, Babylonium fuisse puto, uel potius Aegyptium, qualia erant auri talenta quæ ex Ophir insula afferebantur, quam Vrphen Eupolemus Græcus auctor appellat. Tharseis sunt apud Græcos qui Indicam gentem fuisse putent. Alij Carthaginem sic appellatam ab Esaia putãt: quod de urbe ipsa à Didone ædificata intelligi non potest, cùm Iosepus dicat post Solomonem centum & quadraginta annis conditam esse à Tyrijs Carthaginem. Saba autem regio fuit Aethiopiæ. Regina autem quæ ad Solomonem uenit, & Aegypto & Aethiopiæ imperauit, ut Iosepus tradidit. Sabæi populi sunt Arabiæ felicis. Sunt & oppidani Sabæi, à Sabis oppido magno dicti, ut auctores sunt Strabo, & Stephanus de urbibus. Est præterea Saba portus in Aethiopia. Strabo libro 16. εἶτα λιμὴν σαβὰ. καὶ κυνήγιον ἐλεφάντων ὁμώνυμον αὐτῶν. εἶτ' ἐν βάθει τούτων χώρα τηνεσὶς λέγεται. ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ παρὰ ψαμμιτίχου φυγάδες αἰγυπτίων, βασιλεύονται

Tharseis insula.

Regina Saba.

δὲ ὑπὲρ

δὲ ὑπὲρ γυναικὸς, ὑφ' ἣν ἔστι καὶ ἡμερόν πλησίον τῶν τόπων τούτων ἐν τῷ νείλῳ οὖσα νῆσος. Postea portus Saba, et natio elephantorũ, locus à re ipsa appellatus. Post hæc regio interior, quæ Tenesis dicitur, quã obtinẽt exules, qui quondã à Psammiticho Rege Aegypti aufugerunt, imperio parent fœminæ, quæ regina est Meroës insulæ nõ lõge ab hinc sitæ in Nilo flumine, in cuius ditione alia est insula nõ longè ab ijs locis sita in eodẽ flumine, & ab exulibus habitata. Ex his uerbis planũ fit unde fuerit regina, quæ Solomonis fama excitata in Palæstinen uenit. Meroë insula est quã Nilus efficit, ut inquit Plinius, & urbs eodẽ nomine, quã Aethiopicã esse Stephanus dicit, et Strabo lib. XVII. regiã esse Aethiopiæ, ἔστι δὲ τὸ μέγιστον τῆς αἰθιοπίας βασίλειον ἡμερόν πόλις ὁμώνυμος τῇ νήσῳ. Est autem maxima Aethiopiæ regia Meroë urbs eodẽ nomine quo insula. Locorũ autẽ uocabula quæ in literis sacris leguntur, apud historicos non agnosci in causa est, quòd scriptores Græci ab idiomate Hebraico uerba deflexerunt, ut sermoni suo accõmodarent. Deinde Plinius libro VI. de nauigatione ab Alexandria in Indiam loquens, ita inquit, Quæ omnia gentiũ portuum ue aut oppidorũ nomina apud neminem priorũ inueniuntur, quo apparet mutari locorũ status. Ingentes uerò tunc opes in orbe fuisse argumẽto esse mihi uidetur aurei seculi appellatio sub Saturno. Saturnus autẽ in Italia ante Troianũ bellũ cẽtũ fermè annis regnauit, & Dauid in Iudæa post Troiam captã totidẽ propè annorũ spatio, ut colligimus ex chronicis Eusebij. Lactantius tamẽ lib. I. Belum qui ab Assyrijs colebatur, trecẽtis annis bellũ Troianũ præcessisse contendit, & ei æqualem fuisse Saturnũ. Cui congruit illud quod libro V. dicit post Saturni tempora

Meroë.

Vocabula locorum in literis sacris ex alijs scriptoribus nõ agnoscuntur.

Aureũ seculũ.

Belus.

cultum simulacrorum institutum, ideoq; tunc iustitiam ueram fuisse, cùm Deus uerus & unus coleretur. Porrò

Regnum Assyriorum.

regnum Assyriorum antiquissimum omnium regnorum fuisse constat: cuius quadringentesimo & secundo anno Belucho Rege octauo regnante Moses populum Dominicum eduxit ex Aegypto. Auctor Eusebius libro decimo de præparatione Euãgelica. Libro autem nonò, Alexandrum Polyhistora cognomine, id est multiscium dictum, in libro quem de Iudaica historia conscripsit, auctorem esse affirmat, temporibus Ioachim regis Hieremiam uaticinio functũ esse, & propter cultum Baal Iudæis cladem prædixisse, & quòd ad Tigrin & Euphratem ab Assyrijs capti, opera essent facturi: Quod cùm Nabuchodonosor Rex Babylonicorũ audiuisset, Stibare Medorum Rege in auxilium accersito, centum et octoginta peditum, equitum centum & uiginti millia, & decem millia curruũ duxisse in Iudæam. Samaritanas primùm omnes urbes, Galilæam Scythopolim & Galatidẽ euertisse, deinde Hierosolyma, Ioachimq; Iudæorum Regem uiuum cepisse, aurumq; argentum & æs, cæteraq; omnia quæ in templo erant ornamenta, arca excepta & tabulis, Babylonem abstulisse. Postea cùm Nabuchodonosor mœnia Babyloniæ ædificare cœpisset, morbo correptus diem obijt: cui filius successit qui propter morum nequitiam à sororis suæ uiro insidijs exceptus, altero anno regni sui sublatus est. Cui rursus cùm filius successisset nono mense ijsdem insidijs petitus Nabonidam successorem habuit, qui Babyloniæ muros secundum amnem latere ac bitumine extruxit: quem Cyrus aliquanto pòst Babylone capta cepit. Alpheum autẽ de Assyrijs & Nabuchodonosore hoc modo scripsisse dicit, Nabuchodonosorem

Alexander Polyhistor.

Nabuchodonosor.

sorem Hercule robustiorem fuisse, uniuersamq; Libyam Asiamq; usq; ad Armenios subegisse. Quem Chaldæi dicunt cùm in regnũ redijsset, furore diuinitus captum magna uoce exclamasse, O Babylonij futuram uobis calamitatem prænuncio, quã nec Belus ipse, nec uis ulla deorũ auertet. Veniet Perses semiasinus, id est mulus, qui uobis afferet seruitutem. quibus dictis repentè è medio excessit. Hæc est summa historiæ Alexãdreæ de Nabucodonosore, quam Eusebius pluribus uerbis refert. Quarti Reg. xxiiii. legimus Nabucodonosorem Babyloniorũ regem direptis Hierosolymis Regẽ ipsum Ioachim & familiam regiam cum thesauris & apparatu instrumentoq; templi aureo à Solomone cõparato & fabrefacto, secum in Babylonem abstulisse. Astipulatur & Iosephus in libro 10 Antiquitatum. Videamus nunc de Cyro, & audiamus præconiũ Talthybij summi Regis, id est Esaiæ uatis quo nullũ potest esse maius testimoniũ. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehẽdi dexterã, ut subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum uertã, & aperiam corã eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo: & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorũ, ut scias quia ego dominus accinxi te, et nõ cognouisti me, et reliqua. Hoc Esaias cap. 45. Quòd autem de Babylone intellexerit, cap. 47. planũ facit. Sed tace, & intra in tenebras filia Chaldæorũ, quia nõ uocaberis ultrà filia regnorum: Iratus sum super populum meũ, contaminaui hæreditatẽ meã, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias: dixisti, In sempiternũ ero domina. & reliqua ad eũdem sensum effata à fatidico illo uiro & entheo, id est spiritu diuino perfuso. Herodotus lib. 1. expeditiones Cyri scribens,

Talthybius domini. Talthybius Agamẽnonis caduceator, à quo Talthybiadæ apud Herodotum eius posteri.

Cyri scribēs, Nitocrin reginā aggerē circa Euphratem duxisse dicit, & crepidinē superstruxisse, timentē ne aliquādo urbs à Medis caperetur, quos imperio Asiæ imminere intelligebat. Cyrus autē (inquit) contra filiū eius nomine Labynitū expeditionē suscepit, qui matri in regnū Assyriorū successerat, ὁ δὲ κῦρος ἐπὶ ταύτις τῆς γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τὸν πατρὸς τὸν ἑαυτοῦ τ' ὄνομα λαβυνίτου, καὶ τὴν ἀσσυρίων ἀρχήν. Hunc autē Cyrū Herodotus regē magnū appellat, à quo Reges Persarū Megalos basileas, id est Reges magnos apellari se uoluerūt, ut mirū nō sit magnū eū Regē esse factū, cuius dominus dexterā recturū se prædixerat. Verū & Assyriæ & Mediæ regna in Persas esse uictoria Cyri trāslata, nemo ignorare potest qui Herodotū aut Iustini breuiariū legerit. Hæc testimoniū perhibent dicto Pliniano lib. 33. Equidē (inquit) miror populū Romanū uictis gentibus in tributo semper argentū imperasse, non aurū, sicut Carthagini cū Annibale uictæ. Nec potest uideri penuria mundi id euenisse. nā Midas & Crœsus infinitum possederāt. Iā Cyrus deuicta Asia pondo xxxiiii millia inuenerat, præter uasa aurea, aurumq; factū, & in eo folia, ac platanū, uitemq;. Qua uictoria argēti quingenta millia talentorū reportauit, & craterē Semiramidis, cuius pondus xv talēta colligebat. Talentū autē Aegyptium pōdo octoginta capere Varro tradit. Iam regnauerat in Colchis Galauces & Esubopes, qui terrā uirginem nactus, plurimū argēti auriq; eruisse dicitur in Suauorū gente, & alioquin uelleribus aureis inclyto regno, sed & illius aureæ cameræ & argēteæ trabes narrātur, & colūnæ atq; parastaticæ, uicto Sesostri Rege tā superbo, ut prodatur annis quibusque sorte Reges singulos è subiect

Magni Reges Persarum.

Sesostris rex superbus.

subiectis iūgere ad currū solitus, sicq; triūphare. His uerbis apparet Cyrum maiores multo opes reliquisse, q̄ quæ legātur inuētæ ab Alexandro. Nec mirū, cum & Lydiorum opes et Iudæorū habuerit, quas Chaldæi è tēplo abstulerāt. Quod de Nabucodonosore diximus, ex Alexandro Polyhistore cōfirmat Iosepus lib. 1. contra Apionem his uerbis, περὶ τούτων γὰρ συμφωνεῖ φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνημένος δὲ τύρου πολιορκίας, καὶ μεγασθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἰνδικῶν. δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν προειρημένον βασιλέα τὸν βαβυλώνιον ἡρακλέους ἀνδρείᾳ καὶ μεγέθει διενηνοχέναι. καταστρέψεσθαι γὰρ αὐτόν φησι καὶ λιβύης τὴν πολλὴν καὶ ἰβηρίαν. His igitur astipulatur Philostratus in historijs, quo in loco Tyri obsidionis meminit, & Megasthenes in quarto uolumine Indicarū rerū, ubi ostendere contendit prædictū Babyloniū Regem & fortitudine Herculē & magnitudine præstitisse: quippe qui Libyæ bonā partem subegerit, & Iberiam. Reliqua autē omnia penè eadē ijsdemq; nominibus relata, quæ apud Alexandrū. Strabo lib. 15. circa principium Nabocodrosorū uocat eū Regē. Huic dicto (inquit) Megasthenes cōsentit, dicēs antiquis Indorum historijs fidem nullā habendam. Nec enim ab Indis unquam emissam expeditionem, nec in Indiam quenquam aliunde cum exercitu penetrasse uictorem, præter Herculem, Liberum patrem, & nuper Macedonas. Nam Sesostrim Aegyptium & Thearchonem Aethiopē usq; in Europam progressos ait. Nabocodrosorum autem qui à Chaldæis supra Herculem commendatur, usque ad columnas exercitum admouisse. Ναβοκοδρόσορον δὲ τὸν παρὰ χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα ἡρακλέους μᾶλλον, καὶ ἕως στηλῶν ἐλάσαι. Tātas igitur opes Dauid et Solomon cumulasse dicuntur

Nabocodrosorus.

Opes Dauid &

Solomonis, & eorũ imperiũ.

dicuntur, quãtas alius nullus Regũ. Legimus autẽ ca. 8. & 10. secũdi libri Regũ, Dauid Syros omnes subegisse usq; ad fluuium Euphratẽ, & arma aurea spoliaq; opima eis ablata, Hierosolyma cõportasse, tributaq; Syris iniũxisse. Magnitudini autẽ Iudaici imperij consentanea est rei militaris cõstitutio in duodecim phalangas uel cohortes menstruas distributa, quæ singulæ cohortes uicenaquaterna millia militum habebant: quarũ descriptio legitur libro altero Paralip. ca. 27. Quanta autẽ fuerit Syria, Plinius his uerbis docet lib. 5. de Arabia loquens. Iuxtà Syria littus occupat, quondam terrarũ maxima, & pluribus distincta nominibus. nanq; Palæstina uocatur quà contingit Arabas, & Iudæa, & Cœle, dein Phœnice: & quà recedit intus, Damascena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia: & eadem Mesopotamia inter Euphratẽ & Tigrin: quaq; transit Taurũ, Sophene: citrà uerò etiam Comagene: & ultra Armeniam Adiabene, Assyria antè dicta: & ubi Ciliciã attingit, Anthiochia. Qui subtilius diuidunt, circũ Euphratẽ Syriam Phœnicen uolunt: & esse oram maritimã Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa: deinde Phœnicen: deinde Syriam: id quod præiacet, mare totum Phœnicium appellatur. Ipsa gens Phœnicũ in gloria magna literarũ inuẽtionis & siderum, naualiumq; ac bellicarũ artium. Sic in exẽplaribus legitur, luculento uno errore, cuius à uetusto libro admonitus sum. Qui enim fieri potest, ut circa Euphratem Syria Phœnice uocitetur? Sic igitur hunc locũ lego, Qui subtilius diuidunt, circunfundi Syria Phœnicen uolunt, uel circũfundi Syriam Phœnice uolunt. hoc sensu, ut Phœnicia undiq; circunscribatur Syria. esse enim primùm orã maritimã Syriæ ab Arabia, cuius pars sit Idumæa &

Syria terrarũ maxima.

Plinij locus.

mæa & Iudæa: deinde Phœnicen: deinde rursus Syriã, quà scilicet uergit ad Antiochiam: introrsus autem Syria Damasci claudi Phœnicen. Strabo lib. 16. Syrorum inquit, nomẽ tendere uidetur à Babylonia usq; ad Issicũ sinum, & ab hoc olim usque ad Euxinum. Et paulo inferius, Qui de Syrorum imperio scribunt, cum Medos à Persis euersos dicunt, Syros autẽ à Medis, nullos alios Syros intelligũt, quã qui Babylonẽ ac Ninũ regni caput effecerunt. De bonitate autẽ soli terræ Iudææ Iosephus lib. 1. contra Apionẽ ita inquit, Hecatæus uir Abderites philosophus simul, & circa uitæ actiones industrius, Alexãdri Magni æqualis, cum quo etiã floruit, & postea cũ Ptolemæo Lagi cõuersatus est: hic librũ de Iudæis accuratè cõscripsit, cuius summã colligẽs Iosephus, Hic idem (inquit) magnitudinẽ regionis quã incolimus, et pulchritudinẽ prodidit. Si quidem ad tricies centena millia arurarũ optimi & feracissimi soli incolũt illi, inquit. his enim finibus Iudæa patet. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ καὶ τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἣν κατοικοῦμεν. καὶ τὸ κάλλος ἱστόρηκεν. Τριακοσίας γὰρ μυριάδας ἀρουρῶν σκεδὸν τῆς ἀρίστης καὶ παμφορωτάτης χώρας νέμονταί φησι. ἡ γὰρ Ἰουδαία τοσούτη πλῆθός ἐστιν. Arura mensura est apud Græcos quinquaginta pedes capiẽs, ut inquit Suidas, id est octo ulnas & trientẽ, uel passus decẽ, ita ut ulnã pro senis pedibus, & passum pro quinis accipiamus. De urbe autẽ ipsa ita inquit, Sunt autẽ Iudæorũ castella multa, & uici per regionem sparsi: una autẽ urbs munita, ambitu ferme quinquaginta stadiorũ, quã incolunt hominũ circiter centũ & uiginti millia, Hierosolyma uocant. ἔστι γὰρ Ἰουδαίων τὰ μὲν πολλὰ ὀχυρώματα κατὰ τὴν χώραν καὶ κῶμαι, μία δὲ πόλις ὀχυρὰ πεντήκοντα μάλιστα σταδίων τὴν περίμετρον,

Solum terræ Iudææ.

Arura.

Hierosolyma,

ἦν ὀικεῖσιν ἀνθρώποις πόρισμάδεκα μυριάδες, καλῶσι δ' αὐτὴν ἱδροσόλυμα. Verba sunt non Ioſepi, ſed Hecatæi, ut neſcias an idem Ioſepus ſenſerit. Strabo lib. XVI. Moſen refert ex Aegypto multitudinẽ ſecũ hominũ numero ſam eduxiſſe, cum eis perſuaſiſſet Aegyptios ſacerdotes nõ rectè de diuinitate ſentire, & colendum eſſe Deũ unũ ſub nulla effigie, & reliqua codẽ pertinentia. Deinde ita infert, τοιαῦτα λέγων ἔπεισεν ὀλιγώμονας ἄνδρας ὀκτὼ μόνους, καὶ ἀπήγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον ὅπου νῦν ἔστι τὸ ἡγεμονικὸν τοῖς ἱδροσολύμοις κτίσμα κατέσχεν ὃ βασιλέως ὀκτὼ ἐπίσημον τὸ χωρίον, δι' ὑπερβολὴν ἐσοχθασμένως μαχέσασθαι ἔχειν πεζῶσθαι, ἔνυδρον, τῶν δὲ κύκλῳ χώραν ἔχων λυπρὰν καὶ ἄνυδρον, τῶν δ' ἔκτὸς ἐξήκοντα σταδίων καὶ ὑπόπεδον. Hæc autẽ (inquit) cũ diceret homines bona mente nõ ſane paucos facilè in ſuã ſententiã adduxit, ut ſe in eũ locũ ſe querentur, ubi nunc cõdita ſunt Hieroſolyma. Quippe ſo cũ facilè obtinuit, quẽ inuidere ei nemo iure deberet, nec cuius gratia certamẽ magnopere excitari poſſet: utpote qui petroſus ſit, & aquis ſcatens, cũ omnis in circuitu regio ieiuna ſit, & ſiticuloſa: intus ad ſexaginta fermè ſtadia lapidoſa. Et rurſus inferius, Primus pro ſacerdote regem ſe fecit Alexãder: cuius filios Hyrcanũ & Ariſtobulum Põpeius ſuſtulit, atq; eorũ munitiones ſubuertit, ipſaq; in primis Hieroſolyma ui capta ſunt. Ea munitio petroſa erat, ac bene ſepta, interius aquis abũdans, exterius prorſus arida, foſſam habebat in ſaxo exciſam ſexagenũ pedũ altitudine, latitudine ducenũ & quinquagenũm. Põpeius urbẽ cepit obſeruato ieiunij die, cũ Iudæi omni opere feriati eſſent. Cõpleta enim foſſa ſcalas muris admouit, καὶ ἑλὰβετο δ' ὡς φασί τηρήσας τὴν τῶν ἰουδαίων ἡμέραν, νίκην ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἰουδαίοις παντὸς ἔργου πλὴν σαββάτων τὸν πόρον, καὶ ἐνέβαλεν τὰς διαβάτρας. Hæc uerba Strabonis conſentanea non ſunt ijs quæ ex Hecatæo Ioſepus dixit. Neque uerò magnopere mirandũ res geſtas Hebræorũ, eorũ mirificas opes, nec Græcis, nec Latinis ſcriptoribus teſtatas eſſe. In cauſa enim multa eſſe potuerunt. Primum quòd Iudæorũ res geſtæ, & Græcorũ hiſtoriæ in idem tẽpus non incurrũt. A tẽpore enim Moſis ad Troianũ bellum octingentos amplius annos intereſſe Euſebius auctor eſt, laudato etiã auctore Porphyrio. Homerũ uerò & Heſiodũ multo recenſiores Troiano bello fuiſſe conſtat. Linus autem & Orpheus, Muſeus, Pheremius, & Ariſteas Proconneſius, ut ante Homerum ſcripſerunt, ſic eorum antiquiſsimus una aut ſummũm altera generatione Troianũ bellum præceſſit, pleriq; Troiani belli æquales fuerunt, omnes hi poëtæ. Ioſepus tamen nullum ſcriptũ opus apud Græcos extare dicit, quod quidẽ in confeſſo ſit uetuſtius Homeri poëſi eſſe. Cyri autẽ temporibus, cuius auſpicijs tẽplum reſtitutũ eſt euerſo Chaldæorũ regno, ſeptẽ Græcorũ ſapientes fuerunt, ut auctor eſt Euſebius lib. x. de præparatione, quo tẽpore uelut incunabula orientis philoſophiæ fuerunt. Herodotus autem trecenteſimo anno urbis Romæ conditæ hiſtoriam condidit Thurijs in Italia, ut auctor eſt Plinius libro duodecimo: cuius ſcripta Strabo non hiſtoriam, ſed mythiſtoriam, hoc eſt hiſtoriam fabularem exiſtimari uoluit, de eo ſic loquens libro ultimo, πολλὰ δ' ἱρόλογός τε καὶ ἄλλοι φλυαρῆσιν, ὥσπερ μιλήσιος ἑκαταῖος ἢ ἄδυσμά τι τῷ λόγῳ τῶν ἱστοριῶν προσφέροντες. Multa uerò Herodotus, & alij quidam nugarum plena ſcripſerunt, ueluti cantus illecebras & modulamenta, uel condimentum quoddam hiſtoriæ monſtrificam fabul

Iudæi & eorũ opes Græcis & Latinis incogniti fuerunt.

Poëtæ Græcorũ antiquiſsimi.

Mythiſtoria.

Herodotus & alij antiquiſsimi ſcriptores.

fabulationem adhibentes. Et libro secũdo, Sed nec Persarum (inquit) res gestæ, nec Medorum, nec Syrorum propter fabularum studium multum fidei sunt assecutæ. cum enim earum rerum scriptores uiderent magnopere poëtas probari qui apertè fabulas conscriberent, arbitrati sunt sua quoque scripta suauiora fore si historiæ forma ea dicerent, quæ nec uidissent ipsi, nec audiuissent ab ijs quidẽ qui scirẽt: quo fit ut facilius Homero & Hesiodo de heroicis rebus credatur, quàm Ctesiæ & Herodoto & Hellanico, et cæteris eius generis scriptoribus, quoniam res huiuscemodi libẽter audiuntur. Iosephus Herodotum nõ consulto mẽdacio, sed ignorãtia falsa scripsisse uidetur existimasse. Manethõ (inquit) historicus genere Aegyptius fuit, sed qui Græcam eruditionem assecutus sit, ut facile est iudicare, utpote qui Aegyptiacã historiã Græca uoce scripserit ex sacerdotũ annalibus interpretatus, ut ipse inquit. Hic Herodotũ in multis cõuincit de rebus Aegyptiacis per ignorãtiam mẽtitum. γέγραφε δὲ ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἐκ τῶν ἱερέων, ὥς φησιν αὐτὸς, μεταφράσας. καὶ πολλὰ τὸν ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. Assignari etiã alia causa potest cur res gestæ Hebræorum nobis ab historia non innotuerint, quam ex eodem Iosepho sumemus, qui ijs respondens qui Iudæorum historiæ auctoritatem eò præcipue eleuabant, quòd testimonia Græcorum nulla extarent: Nos (inquit) neque regionem maritimam habitamus, nec negotiationibus libentes utimur nec omnino earum causa, aliarum gentium commercijs assuescimus: sed sunt urbes nostræ longè à mari reductæ regionẽ autem bonam incolentes, eius cultu aquiescimus. ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον, οὔτ' ἐμπορείαις χαίρομεν

Manethon historicus.

Iudæi cõmerciorũ ignari, atq; ideo ignoti.

χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ἐπιμιξίαις. ἀλλ' εἰσὶν μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀπῳκισμέναι. χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι, ταύτην ἐκπονοῦμεν. Phœnices autem & Aegyptios propterea cognitos à Græcis ait, quòd ab Aegyptijs multa exportarentur ad alias gentes. Phœnicum autem ij qui maritimam oram accolunt, quæstui studentes, negotiationes exercebant, à quo uitæ genere cùm Iudæi abhorrerent, peculiaribus institutis, ac cultu diuinitatis gaudentes factũ est ut serò fama eorũ ad Græcos peruenerit. προσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ περὶ τὸν βίον ἡμῶν ἰδιότητος, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς ἕλληνας ἡμῖν ἐπιμιξίαν, ὥσπερ αἰγυπτίοις μὲν, τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγόμενα, τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς φοινίκης κατοικοῦσιν ἡ περὶ τὰς κατηλείας σπουδὴ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. Hoc idem (inquit) & ijs contigit qui in Europa habitant. de Romanis enim, qui in tantã potẽtiam iam inde olim crescere sensim cœperunt, nec Herodotus nec Thucydides quoquo modo meminerunt, nec omnino alius eorum æqualis scriptor, sed serò eorum nomen in Græcia auditum. Gallorum autem & Hispanorum res usque adeo ignotæ ijs fuerunt, qui exactissimi & accuratissimi scriptores fuisse uidẽtur, ut unus eorũ Ephorus Hispanos, qui Iberi ab eo dicuntur, unam esse ciuitatem existimauerit, cùm tam latè fines eorũ pateãt. In uniuersum autem ritus eorũ, qui nec fuerunt, nec fuisse unquã dicti sunt, scribere tanquã ita illis uterẽtur, nõ dubitarũt. περὶ μὲν γὰρ γαλατῶν τε καὶ ἰβήρων οὕτως ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντας, ἀκριβέστατοι συγραφεῖς ὧν ἐστὶν ἔφορος, ὥστε πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τοὺς ἴβηρας, τοὺς τοσοῦτον μέρος τῆς ἑσπερίου γῆς κατοιγοῦντας, καὶ τὰ μὴ γενόμενα παρ' αὐτοῖς

Galli & Hispani priscis historicis ignotissimi.

ἔτη

ἔτη μήτε λεγόμενα, γράφειν ὡς ἐκείνων αὐτοῖς χρωμένων ἐβούλοντο. Causa uerò (inqt) earũ quidẽ rerũ ignorãtiæ fuit, quòd illi secum ipsi uiuerẽt, cõmercia aliarũ gẽtium auersantes: scriptorũ uerò mendacij, quòd uolebant illi quippiã ultra alios memoriæ mandasse uideri. αἴτιον ἦν τοῖς μὲν μὴ γινώσκειν τ' ἀληθὲς, τὸ λίαν ἀνεπίμικτον, τοῖς δὲ γράφειν ψεύδη, τὸ βούλεσθαί τι δοκεῖν πλέον τῶν ἄλλων ἴσον εἶναι. Illud etiã nõ inter postrema assignari causæ potest, qd' Euseb. li. 10. de præp. inqt ostẽdere uolẽs literas primũ ab Hebræis inuẽtas esse: quarũ inuẽtũ Phœnicibus gloriæ ducitur. Primus (inqt) q literas græcis dedit, Cadmus ex Phœnicia erat. Multi Syros literas primũ cõperisse asserũt. Syrij autẽ etiã Hebræi sunt. nã Iudæa in Syria semp à scriptoribus habita est, et Phœniciã etiã apud priscos appellatã esse cõstat, quæ nũc Palæstine Syriæ dicitur. Ex hoc Eusebij loco cõijciẽdũ relinqtur, multa Hebræorũ gesta, aliarũ gẽtiũ noïe post eriuati esse tradita. Sup oĩa est autẽ qd Iosep. his uerbis dixit, τῶν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ βλασφημιῶν ἤρξαντο μὲν ἀγνῶτες βλάπτοντες ἑαυτοὺς οἱ ἐκείνων τινὲς χαίρειν, παρακρούεσθαι ἐπεχείρησαν τὴν ἀλήθειαν, ἕως τε τὴν εἰς Αἴγυπτον ἀφιξιν ὡς ἐγγύτατα τῶν ὑμετέρων πραγμάτων ὁμολογουμένως, ἔτι τὴν ἔξοδον ἀληθεύοντες αἰτίας ἔσχον πολλὰς ἔλαβον τ' μισεῖν καὶ φθονεῖν, τὸ μὲν ἀρχῆς, ὅτι καὶ τῶν χώραν αὐτῶν ἐδωδοκότων ὑμῶν οἱ πρόγονοι, καὶ πάθεν ἀπαλλαγέντες ὧν τῶν οἰκείαν, πάλιν ἀδικούμενοι σαν. Quæ uerò probra et maledicta in nostratos iactata sunt, iis causam et originẽ Aegyptij præbuerũt: quorũ gratiæ nõnulli scriptores inseruire cupiẽtes, ueritatẽ nostrorũ gestarũ puertere aggressi sunt. nec maiorũ nostrorũ aduentum in Aegyptum, ut re uera fuit, ingenuẽ fatentes, nec inde egressum bona fide cõmemorantes. Causa autem

Hebræorum inuenta gẽtibus alijs assignata sunt.

Aegyptij Iudæos exosi, ueritatem historiæ peruerterunt.

autẽ multas Aegyptij odij & inuidiæ habuerũt, queis in nostrã gentẽ extimulati sunt. Iã primũ, quòd nostri olim rerũ in patria corũ potiti sunt: deinde quòd illinc digressi, in propria patria secunda omnia nacti sunt: postremò rituũ dissensio, ingens eis odiũ in nos accẽdit, tantũ religione nostra, & recto diuinorũ cultu, ab ea quã ipsi uerã pietatẽ putãt, differẽte, quãtum diuina natura brutis animalibus præstat. αἰθ' ἅτερον ὑπεναντιότης πολλὴν αὐτοῖς ἐνεποίησεν ἔχθραν, τοσοῦτον ἀφ' ὑμετέρας διαφορὰς ὅσον θεὸς φύσεως ἀλόγων διέφηκεν. Ite in principio statim operis docere uolẽs non à Græcis antiquarũ rerũ historiã requirẽdam esse, sed ab Aegyptijs & Chaldæis, quorũ fuit institutum ut eorũ sacerdotes & philosophi circa scribendã historiã uersarẽtur, mirari sese inquit eos qui tãtum Græcis tribuũt in historia, cum ipsi docere paratus sit, Græcos nõ modò adulto iam mundo (ut ita dicam) sed etiam propemodũ senescente, nãtos, eorumq; inuẽta omnia esse recẽtia. εἰ δὲ δεῖ μὴ τὰς μεταίους δόξας ἑπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον λαμβάνειν τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν παρὰ τοῖς ἕλλησιν ἄπαυστα νέα καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὥσπερ εἰπεῖν τις, εὑρεῖ γεγονότα λέγω δὲ τὰς κλίσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς. Quod si nõ uanis (inquit) opinionibus accõmodare assensum uolumus, sed ab ipsis rebus ueritatẽ sumere, uniuersa quidẽ apud Græcos recentia inuenimus, heri (ut dicitur) acta, aut nudiustertius, urbes (inquã) conditas, artium cõmentationes, & leges populis scriptas. Proinde qui uetustæ historiæ ueritatem nosse cupiat, hunc oportere dicit ab Aegyptijs, Tyrijs, Chaldæis exquirere, ex quibus auctoribus Iosepus mira dilig

Veritas historiæ ab Aegyptijs & Chaldæis requirenda.

Recentia Græcorum scripta.

Antiquissimæ historiæ à Græcis non repetendæ.

diligentia sacræ historiæ auctoritatem confirmauit in duobus illis libris qui περὶ ἀρχαιότητος ἰουδαίων ἀντιῤῥητικὰ κατὰ ἀπίωνος γραμματικοῦ, inscripti sunt, id est de antiquitate Iudæorum refutatorij contra Apionem grammaticum, quos latinè ita uersos legimus, ut præstabilius fuerit nunquã fuisse editos. adeò & corrupti sunt librariorũ uitio, & interpretis ignorantia. Inter Chaldæos magnum honorem habuit Berossus, qui Græco sermone historiam conscripsit: cuius loca quædam in eo opere citat sacræ historiæ consentanea. Ex Tyriorũ autem annalibus citat testimonia de centum & uiginti talentis auri ab Iromo Solomoni datis ad ornatum templi, redonatumq; cum à Solomone terra Zabulon in Galilæa docet. Amicitiæ autem inter eos causam fuisse commune sapientiæ studium. Inuicem enim problemata dissoluenda mißitare solitos, in quibus ferè Solomon præualebat. Huius rei (inquit) testem Dionem citabo auctorem in Phœnicum historia probatißimum, cuius hæc sunt uerba, Ababylo moriente filius eius Iromus regnauit. Hic partes urbis oriẽtales aggere cinxit, & pomœria protulit, ascendensq; in Libanũ materiẽ incidit ad fanorũ extructionem. Regẽ autem Hierosolymorũ Solomonẽ ad eum aiunt ænigmata misisse, & ab eo alia repoposcisse, ea lege, ut qui dissoluere non posset, dissoluenti, mulctæ nomine pecunias penderet. Quã cõditionem cũ Iromus accepisset, nec resoluere ambages potuisset, mulctã ingẽtem pecuniariam pependisse. Pòst Tyrium quendam hominem nomine Abdemonũ extitisse, qui problemata ambigua solueret, aliaq; inuicem proponeret: quæ cum Solomon non resoluisset, pecunias multas insuper repẽdisse. εἶτα δὴ ἀβδήμονόν τινα τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι

Libri duo refutatorij de antiquitate Iudeorum.

Berossus.

Iromus Solomoni amicitia iunctus.

Antiquissima secula ænigmatis vtebantur.

Abdemonus Tyrius.

λῦσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν σολομῶνα, πολλὰ τῷ εἰρώμῳ προσαποτίσαι χρήματα. Idẽ Iosepus Menandrũ Ephesium historicũ fuisse dicit, qui ex uernaculis cuiusq; prouinciæ uel gẽtis actis, regũ singulorum tempore res gestas apud Græcos Barbarosq; memoriæ mãdabat. γέγραφε δὲ οὗτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις παρὰ τοῖς ἕλλησι καὶ βαρβάροις, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἰδιοχωρίων γραμμάτων σπουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν, Is igitur de Iromo Rege Tyri loquẽs, qui Iram in libris Regũ dicitur, ita inquit, ἰδὲ τούτου δέ τις ἦν ἀβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προβλήματα ἃ ἐπέτασσε σολομῶν ἱεροσολύμων βασιλεύς. Huius regis tempore extitit Abdemonus puer iunior, qui uincebat omnia problemata à Solomone Hierosolymorum Rege iniuncta. Hoc congruit cum eo quod dicitur in tertio Regũ de Regina Saba, quæ fama Solomonis excitata, uenit Hierosolyma ut eius sapientiam quæstionibus ambagiosis excuteret, Solomonemq; nunquã non ex sententia animi Reginæ satisfecisse. Hic ridere subit Plinij secundi uanitatem, qui libro xxx. de auctoribus Magicæ artis loquens, Est & alia (inquit) magicæ factio à Mose etiamnum & Lotope ac Iudæis pendẽs, sed multis millibus annorum post Zoroastrem, tanto recẽtior est Cypria. Sic enim in antiquis legitur, nisi quòd musæ & in alijs musa non Mose scriptũ est. Diximus suprà Eusebio auctore, regnũ Aßyriorũ uetustißimum omniũ regnorũ fuisse, & anno eius quadringentesimosecundo Belucho octauo Rege Mosen populũ Iudaicũ ex Aegypto abduxisse. De Zoroastre ita legitur apud Suidam, Zoroastres astronomus fuit Nini Regis Aßyriæ tẽpore, ζωροάστρης ἀστρονόμος ἰδὲ νίνου βασιλέως ἀσσυρίων. Eusebius in Bactris regnasse dicit Nini

Abdemonus puer.

Plinij uanitas.

Zoroastres.

Apion Polyhistor.

æqualem & Abrahami. Apion autem grãmaticus genere Aegyptius, qui etiam Polyhistor dictus est à Gellio ob historiæ scribendæ diligẽtiam, in quarto historiarũ libro aduersus Iudæos, Inacho (inquit) regnante apud Argiuos, & Amaside apud Aegyptios, Iudæi duce Mose ab Aegyptijs defecerũt. auctor Eusebius. Iosepus tamẽ Techmosim Regem appellat Pharaonem, non Amasin, ex Manethone historiographo Aegyptio qui græcè scripsit. Porphyrij autẽ cõputatione Moses etiã Semiramidis æqualis recipitur. Iustinus martyr in Parænetico, ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις ὠγύγου τε καὶ ἰνάχου, οὓς καὶ γηγενεῖς τινὲς τῶν παρ' ὑμῖν ὑπειλήφασι γεγενῆσθαι, μωυσέως αἱ τῶν ἑλλήνων μέμνηνται ἱστορίαι, ὡς ἡγεμόνος τε καὶ ἄρχοντος τῶν ἰουδαίων γένους. οὕτω γὰρ πολέμων τε ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἑλληνιακῶν μέμνηται, καὶ ἀπίων ὁ ποσειδωνίου. Tẽporibus (inquit) Ogygis & Inachi, quos terra natos quidã ex uestris existimauere, Moysis historiæ meminerunt ut ductoris & principis Iudæorũ gentis. Sic enim Polemon in primo Hellenicon meminit, & Apion Posidonij in libro quẽ contra Iudæos scripsit, & Ptolemæus Mendesius qui Aegyptiaca scripsit, cũ ijs cõuenit. Et multi item alij quos nominatim citat. Hic est Iustinus, qui orationem contra Gentiles pro Christianis scriptam Antonio Pio porrexit: in qua, cum Alexandriæ esset, in Pharo se uidisse uestigia septuaginta domuncularum affirmat ad id tempus incolumia. ἀλλ' αὐτοὶ ἐν τῇ ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ ὡς τὰ πάτρια παραληφότων ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγγέλομεν, ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν. Nos uerò cum Alexandriæ essemus, uestigia cubiculorũ adhuc asseruata in Phari arce conspic

Pharao a Mose uexatur.

Iustinus martyr.

Septuaginta cellulæ in Aegypto.

conspicati, & ab incolis qui hoc à maioribus per manus traditum sese habere dicunt, percunctati, hæc uobis commemoramus, quæ etiam ab alijs discere facilè poteritis si id cordi uobis est. Quod dictum Hieronymus ignorasse uidetur, qui Eusebio & Augustino in eo inficiando aduersatur in præfatione Geneseos. Quo nam modo igitur Moses multis millibus annorũ post Zoroastrem fuit, qui tot testimonijs proximus seculo æqualium Zoroastris fuit? Sed uidelicet illa est ignorantia priscorũ, qui mundum æternũ esse crediderũt: à qua opinione profecta est illa uanitas Genethliacorũ, qui quadringẽta & septuaginta annorum millia monumentis comprehensa continere sese ingenti fiducia mentiebantur, ut auctor est Cicero in primo de Diuinatione. Strabo Mosen non magnum fuisse dixit, sed oraculis deditum, quales fuisse Amphiaraus & Orpheus & Musæus legũtur. Iustinus historicus, Ioseph in Aegypto magicas artes edoctum, citò insinuatum apud Regẽ fuisse dicit: cuius auctoris epitomen tricesimam sextã qui legerit, & Cornelij Taciti librum unum & uicesimũ, facillimè intelliget semina quædã ueritatis per totum orbẽ disseminata fuisse, sed præimbuta mendacijs Aegyptiorũ: quo factum est ut historici Græci & Latini uanißimi interdũ à nobis fuisse deprehendantur, qui sacrã historiam & incorruptam habemus. In quo profectò eorũ uicẽ dolere deberemus, nisi in plerisq; eorũ improbã mentem cerneremus, blandiente semper ipsis in Iudæos maledicẽtia ob unius dei cultũ. Sed inuidia uecors aduersus Christianũ nomen Tacito, Suetonio & Plinio iuniori fuit. quanquã cũ fuerint illi æquales, maledicta eorum sacrilega ac nefaria etiã inuicẽ collidũtur. Trãquillus in Nerone, Afflicti supplicijs Christiani, genus hominum

Prisci Græci & Latini in magna ignorantia uersati.

Maleuolentia quorũdam historicorum in Iudęos & Christianos.

Tranquillus de Christianis.

minum superstitionis nouæ ac maleficæ. Tacitus xv. de incendio urbis loquens per Neronẽ excitato, Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit, quos propter flagitia inuisos uulgus Christianos appellat. auctor nominis eius Christus, qui Tyberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressáq; in præsens exitiabilis superstitio, rursus erumpebat, non modò per Iudæam originẽ eius mali, sed per urbem etiã. Et post aliquot uersus enumeratis cruciatuum generibus, Vnde, quanquam aduersus sontes (inquit) & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur. Hominẽ nefariũ Tacitum, aduersisq; placitis prouidentiæ genitũ, qui æqualiũ suorũ sensui seruiẽs, non suo iudicio, prodere hoc exẽplum nefariæ mentis non ueritus sit. Audiamus Pliniũ ad Traianum scribentẽ cum Asiæ præesset prouinciæ, quum ueluti elogium Christianorum mitteret, de pœna reorũ (ut assolebat) ad principem referẽs. Affirmabãt autẽ (inquit) hanc fuisse summã uel culpæ suæ, uel erroris, quòd essent soliti stato die ante lucem conuenire, carmenq; Christo quasi deo dicere secũ inuicem, seq; sacramẽto non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositũ appellati abnegarent: quibus peractis morẽ sibi discedẽdi fuisse, rursusq; coëundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen, & innoxium. Quod ipsum facere desijsse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetærias esse uetueram. sic enim legi debet, pro sodalitatibus. Quid simile habent hæc obiecta Pliniana cum criminibus Taciti extrema exempla suppliciorum meritis? Eodem enim tempore hæc à Plinio & Tacito prodita sunt. Verùm Plinius ad principem scribens

Tacitus scriptorum uæcordissimus.

Plinius iunior de Christianis.

scribens, quod ad res humanas attinet, optimum, sed imbutum errore Domitiani, cui sublato statim Nerua successerat, mentiri aut noluit, aut non ausus est. Tacitus Domitiani beneficio ad dignitates prouectus, ut ipse fatetur in principio statim libri decimiseptimi, quod nomẽ ille princeps sceleratissimus sæuitiæ pugione conficere nixus erat irrito proposito, id iste sceleratiore historiæ stylo, toxico mendacij oblito, repetere instituit, uæcordium omniũ scriptorum perditissimus, si rectè uerba eius æstimentur. Nã Tranquillo quum idem esset obsequendi tempori proposi tũ, quàm potuit tamen ipse breuissimè defunctus est, Christianumq; nomen uno uerbo respuit, ne amplecti uideretur. Plinius in fine epistolæ ex animi sui sententia locutus, cũ principem consuleret, & mendacio locus nõ esset, in principio ita uera falsis temperauit, ut acta sua principi seuero & perspicaci approbauerit. In quo pretium est operæ uim ueritatis animaduertere, quæ nonnunquã inuitis erumpit, ita fallens inter mendacia, ut ab audientibus demum agnoscatur, cum interim loquentes adhuc habere se in potestate eam putent. Supplicium (inquit) minatus, perseuerantes duci iussi: neq; enim dubitabã, qualecunq; id esset quod fãterentur, pertinaciam certè & inflexibilem obstinationẽ debere puniri. O miserum te Plini, & improbè principali gratiæ inseruientẽ, qui ueritate oppugnãda diligentiã tuã principi approbare uoluisti. Hoc acri uir ingenio Traianus intelligens, ne damnare imprudentiæ præsidem uideretur alioquin sibi gratum, & nomini tunc inuiso patrociniũ præbere edicto suo nõ ausus, Conquirendi (inquit) non sunt Christiani: si deferãtur & arguantur, puniendi sunt. Alioquin autem in omnibus scriptoribus mirum silentium uel improbum potius de

Sceleratissimus scriptor Tacitus.

Tranquillus.

Plinius iunior.

Veritatis uis.

Traianus.

Improbum ſ.

lentium de rebus Christianis apud auctores.

rebus Christianis agnoscas, ueluti coniuratis, atq; ex compacto scribentibus, ijs etiam temporibus, cũ res insignes ac memorabiles auspicijs Christi gestæ sunt. Id adeò ex re unica quam in mediũ afferam iudicare quiuis poterit.

Locus Macrobij animaduertendus.

Macrobius libro II. Saturn. de iocis Augusti Cæsaris loquens, Cùm audisset (inquit) inter pueros quos in Syria Herodes Rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filium quoq; eius occisum, ait, Melius est Herodis porcũ esse quàm filium. Equis unquam hoc memoriæ tradidit duntaxat Ethnicorum, quod Macrobius in transitu tanquam rem notam perstrinxit? Mirari igitur desinamus cur nulla apud Plinium & alios rerum miracula relata, scriptorum sacrorum temporibus cõpetant, & cũ orthodoxa rerum conscriptione cõgruant: ac malignitati scribentiũ, aut metui potius tribuamus opinioni principũ & populi blandientiũ. Tertullianus in Apologetico ad Romanos loquens de morte Christi, Nam spiritũ (inquit) cũ uerbo sponte dimisit, præuento carnificis officio. eodem momento dies medium orbem signante sole subducta est. Deliquium utiq; putauerunt qui id quoq; super Christo prædictum non scierunt, & tamen eum mundi casum relatum in archiuis uestris habetis. Et paulo inferius, Ea omnia super Christo Pilatus & ipse iam pro sua conscientia Christianus, Cæsari tunc Tyberio nuntiauit. Eusebius in Chronicis de anno decimooctauo principatus Tyberij loquens, Solis facta defectio, & tenebræ super uniuersam terram. Bithynia terræ motu concussa, & in urbe Nicena ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia ijs congruunt quæ in passione domini acciderunt. tũ ad hoc probandum Phlegontã citat auctorem exactum Olympiadum adnotatorem, cuius ut historici & Olympiadum

Memorabilis locus Tertulliani.

scriptoris meminit Suidas, Trallianumq; fuisse dicit, Adriani libertum, uel Augusti, ut alij putauerunt. Is igitur huius rei locupletissimus esse testis potest in Asia genitus, ubi is terræ motus accidit. De eo motu Plinium locutum esse non dubito, cum inquit libro secundo, Maximus terræ memoria mortaliũ extitit motus Tyberij Cæsaris principatu, XII urbibus Asiæ una nocte prostratis. Solis autem deliquium Plinius ignorare nõ potuit si in archiuis Romanis perscriptum fuit, ut qui acta Romana diligenter percensuisse intelligatur: sed Plinius id dicere noluit, quod occultũ principes esse uolebant. Parũ enim plausibile dogma Christi apud homines superbos & uoluptarios esse oportuit, quod elatos animos, & corpora sibi indulgẽtia maximè execratur. Tametsi charitas illa iustitiæ parens, & diuitiarũ contemptus & abdicatio, magis ab humanis placitis abhorrebant, utpote quæ nehodie quidem satis festa fronte excipiantur ab ijs etiam quos sequaces Christi maximè esse conueniebat. Eodem pertinet quod idem Plinius libro tricesimo dicit de arte Magica loquens, Hæc (inquit) umbrarum inferorumq; colloquia promittit, quæ omnia ætate nostra princeps Nero uana falsaq; comperit: quippe nõ citharæ tragiciq; cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi uitijs: primumq; imperare dijs cõcupiuit, nec quicquã generosius uoluit. Nemo unquam ulli artium ualidius fauit. Hoc dictum Plinij fidem facit ijs quæ à Tertulliano, Eusebio & Suida scripta sunt de Simone Mago Samaritano, qui apud Neronem gratia ualuisse dicitur, & cum diuo Petro corãm commissus esse. Satis autem nobis esse debet quòd compertum habemus locupletissimis testimonijs, ueritatem

Christi dogma

Simon magus.

in utroq; religionis nostræ instrumento plenissimè comprehensam, in potestate semper cultorum ueri dei fuisse: manasse tamen ad alios interdũ ueritatẽ, non germanam illam quidem & incorruptam, sed in Aegypti primùm officinis adulteratã, Athenis autẽ postea in porticu, Academia & Lyceo, nũc sedẽtaria nũc obambulatrice philosophia uariè interpolatam: nec antè sibi redditã, quàm dominus noster in Iudæa, id est, in ueritatis ipsius incunabulis, ad manũ etiã uisendam hominibus porrexit: deinde et Græcis hominibus & Latinis barbarisq; intelligendam, missis quoquo gentiũ interpretibus, dedit. Cæterùm admirari subit temporũ nostrorum felicitatẽ, qui mundo iam uergente nati, tamẽ longissimè prorsum retrorsumq; cernimus (ut Maronianus ille Proteus) quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur, cum prisci illi Græci Latiniq; auctores sese in eo admirarentur, quasi in historiæ cãpo expatiãtes omnia oculis subijcerent quæ à condito æuo gesta sunt, quos ne admota quidem & proxima uidisse deprehendimus. Sed utinam tam consertis manibus compertam comprehensamq; ueritatẽ semel retinere possemus, quàm protinus agnitam festiuis oculis hilares exosculamur. Hæc enim ueluti fastidiosa est uel hospita, uel amica: cui cum secularium rerum amorem quasi æmulum quendam superinduximus, sensim ipsa à fluxis abhorrens, ex mente nostra quasi ex contubernio faceßit, animumq; nostrum suas res habere sibi iubet, clàm remisso nuntio, cum interim æternitatis securi alias res agamus. Verùm ut ad rem redeamus, nos hoc tenere conuenit quod capite nono libri secundi Paralipomenon dicitur, Solomonem Regem imperitasse ab Euphrate ad Palæstinẽ & usq; ad limites Aegypti, gloriaq; & diuitijs circunfl

Veritas apud Iudæos sedem habuit ante aduentũ domini.

Philosophi obambulatores sunt Peripatetici.

Veritas antiquis ignota.

Comperta ueritas a nobis retineri nequit.

Alias res agere est animũ rei quæ geritur & instat, non aduertere.

circunfluentibus omnes Reges non modò æquales, sed cuiuscunq; etiã ætatis haud dubiè superasse. Quod Græcos Latinosq; historicos tacuisse non magis mirum est, quàm sophiã eius, id est germanã sapientiam apud philosophos uiros, id est sophiæ indagatores inauditã fuisse, cum eam tamdiu tantaq; indagine, sed irrita inuestigarint. Id quod in dubium uenire utiq; non potest, cum eius hodie monumenta in manibus uersemus. Quæ si satis animo comprehensa haberemus, omnẽ antiquam philosophiã (quod ad mores attinet, & institutionẽ animi) nugas meras esse iudicaremus. Hactenus de rebus Hebræorũ dictum sit: in quibus talenti & sicli appellatio promiscuè posita, impedimento fuit ne inire rationẽ crassa saltẽ æstimatione tantarum opum possemus: ubi tamen talentũ auri propriè accipi probabile est, qualia erant sexcenta & sexagintasex quæ ei quotannis à prouincijs finitimis offerebãtur, ut decimo capite tertij Regum dicitur, & octauo lib. Iosepi, & ea talenta quæ Regina Sabarũ obtulit, & Rex Hirã. Ibi ego talentum (ut minimum) septuagenariũ intelligi debere censeo. Qua ratione ut aurum ad argentũ undecuplex tantum fuerit, talentũ septem millibus & septingentis aureis nostris coronatis ualuit. Ex quo supputari summa quotannis poterit, si quis animi causa id facere, & redditũ eius colligere uoluerit. Eorum autem quæ suprà diximus, eundẽ ipsum Solomonẽ postremo loco auctorem citabimus. Sic enim inquit capite altero sui Ecclesiastæ, σωνήγαγον μοι καὶ γε ἀργύριον καὶ γε χρυσίον, καὶ περιούσιον βασιλέων καὶ χωρῶν. Congeßi mihi tum argentum tum aurum & facultates regum ac prouinciarum. Sed ijs quæ de sicło diximus, refragari uidetur id quod apud Plinium legitur lib. XVIII. ubi de pondere tritici loquẽs, ita inquit,

Solomonis philosophia.

Talentum Hebraicum.

Siclus apud Plinium.

inquit, Nunc ex ijs generibus quæ Romam inuehuntur, leuißimum est Gallicum, atque è Cherroneso aduectum. Quippe non excedũt in modiũ uicenas libras si quis granum ipsum ponderet. Adijcit Sardium sex libras uel selibras, Alexandrinum & trientes, hoc est & sicli pondus.

Triens. Triens non quatuor drachmas hic significat, sed quatuor uncias. Sed antiqua exemplaria & pridem impressa non sicli sed Siculi habent, hoc est frumẽti ex Sicilia: hoc enim uerbũ Hebraicum est, ut auctor est Suidas & Iosepus, ut diximus, quo nec Græci nec Latini usi sunt, etiam si apud Plinium errore emendatorũ sæpe legatur, ut lib. XVII. in principio, Fuit & arborũ cura legibus priscis, cautumq; est XII tabulis, ut qui iniuria cecidisset alienas, lueret in singulas siclos æris XXV. ubi antiqua omnia habent, Lueret in singulas æris XXV. Et li. XII. Itaq; optimi thuris libra siclorũ XVI preciũ habet, secunda XII. In antiquis, optimi thuris libra XVI precium habet, secũda XV. Quo magis miror Hermolaum Barbarũ lib. decimooctauo capite sexto hoc uerbum agnouisse, quod nunquam Romani agnouerunt. eo enim in loco antiqua exẽplaria mil. sester. habẽt, non mille siclûm. Præter ea autẽ quæ diximus, &

Aegyptiorum opes. Aegyptiorũ opes famigeratas scimus, cũ Plin. li. XXXVI. de pyramidibus Aegypti loquens ita dixerit: Dicantur obiter & pyramides in eadem Aegypto, regum pecuniæ ociosa ac stulta ostentatio. Et lib. V. Aegyptus super cæteram antiquitatis gloriam, XX millia urbium ibi Amase regnante habitata præfert. Strabo lib. ultimo, ad Thebas supra Memnoniũ Regũ Aegypti sepulcra esse tradidit, eaq; se uidisse cum in comitatu Aelij Galli esset in Thebaide, cõditoria autem esse circiter XL, mirifica specie structuræ uisenda, in specubus saxo exciso. Intra autem cond

conditoria obeliscos quosdam esse literis inscriptos, opulentiam regum qui tunc erant, declarantibus, & eorũ ditionẽ uelut usq; in Scythas & Bactrios & Indos, et quæ nunc Ionia dicitur, imperitantium, ad hæc tributorũ magnitudinẽ, & copiarum militariũ ad decies centena millia hominũ, ἐν ᾗ ταῖς θήκαις ὑπὲρ τινῶν ὀβελίσκων ἀναγραφαὶ δηλοῦσαι τὸ πλοῦτον τὸ τότε βασιλέων, καὶ τὴν ὑπεκράτειαν ὡς μέχρι σκυθῶν καὶ βακτρίων καὶ ἰνδῶν, καὶ τὸ νῦν ἰωνίας διατείνασαν, καὶ φόρων πλῆθος, καὶ στρατιᾶς περὶ ρ. μυριάδας. Conuenit hoc cum dicto Pliniano quod suprà retulimus de Sesostri Aegypti Rege superbißimo, qui iunctis ad currũ regibus triumphare solitus erat. Huius regis meminit Herodotus in secũdo, eum dicens primum omnium regũ longis nauibus Arabicũ sinum præteruectũ, & populos rubri maris accolas in potestatem suam redegisse, indeq; retro ijsdẽ uestigijs reuersum, & coactis ingentibus copijs transgressum in continentẽ infesto exercitu obuias ubiq; gentes subegisse: ex Asiaq; in Europam transgressum, Thraces & Scythas ui domuisse, unde digressus ad Phasim amnem iter contendisse dicitur. Huius autem regis memorabile institutum prodidit Herodotus. ὁτέοισι μὲν οὖν αὐτέων ἀλκίμοις ἐνετύγχανε, καὶ δεινῶς γλιχομένοισι περὶ τὴν ἐλευθερίην, τούτοισι μὲν στήλας ἀνίστη ἐς τὰς χώρας, διὰ γραμμάτων λεγούσας τότε ἑωυτοῦ ὄνομα, καὶ τὸ πάτρης, καὶ ὡς δυνάμει τῇ ἑωυτοῦ κατεστρέψατο σφεας. ὁτέων δὲ ἀμαχητὶ, καὶ εὐπετέως παρέλαβε τὰς πόλεις, τούτοισι δὲ ἐνέγραφε ἐν τῇσι στήλῃσι κατὰ ταῦτα καὶ τοῖσι ἀνδρηίοισι τῶν ἐθνέων γενομένοισι, καὶ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς προσενέγραφε, δῆλα βουλόμενος ποιέειν ὡς ἦσαν ἀνάλκιδες. Quascunq; autem nactus erat gentes strenuas, & pro libertate tuenda acriter & percupidè dimicantes, per horum ille

Sesostris.

Memorabile institutum.

region

regiones stelas, id est cippos lapideos statuebat, literis significantes ipsius regis nomen & patriã, & ut copijs eos proprijs ac uiribus subegerat. Quorum uerò urbes nullo negotio aut incruẽto certamine cepisset, apud hos itidem ut apud illos qui strenuitatis specimen ediderant, cippos quoq; statuebat, atq; eo amplius muliebria genitalia adsculpebat, significare uolens eos ignauos esse. Idẽ Herodotus auctor, sub Amaside Rege (cuius tempore Mosen ex Aegypto egressum esse diximus) Aegyptũ beatißimam & à flumine Nilo, & à regionis solo fuisse, urbesq; habitatas tunc numero uiginti millia fuisse. καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ γενέσθαι τὰς ἁπάσας τότε δυσμυρίας τὰς οἰκεομένας.

Amasis q Pharao dicitur.

Memorabilis constitutio.

Huius est autem memorabilis sanctio, ut singuli quotannis apud Nomarchen, id est cuiusq; præfecturæ Præsidẽ, profiterentur unde uiuerent: qui autẽ hoc non faceret, aut genus uitæ approbare Præsidi non posset, huic pœna extremum suppliciũ esset. Qua lege postea Athenienses tralatitia usi sunt, prorsus inculpabili. Sed uerba ipsa Herodoti ponenda sunt ad uerbũ, Νόμον τε αἰγυπτίοισι τόνδε ἄμασις ἔτι ὁ καταστήσας, ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τοῦ νομάρχου πάντα τινὰ αἰγυπτίων ὅθεν βιοῦται. μὴ δὲ ποιεῦντα ταῦτα, μὴ δὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζώην, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. σόλων δὲ ὁ ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ αἰγύπτου τὸν τὸν νόμον, ἀθηναίοισι ἔθετο, τοῦ ἐκεῖνοι ἐς ἀεὶ χρέωνται, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. Hic est autẽ Amasis qui legẽ hanc tulit, demonstrare unumquẽq; apud Præsidẽ cuiusq; loci, unde uiuat. quod qui non fecerit, aut demonstrare uitæ suæ rationẽ iustam non potuerit, hunc morte mulctandum. Solon autẽ Atheniensis sumptam hanc legem ex Aegypto, Atheniensibus promulgauit, qua illi semper usi sunt, lege sanè inculpata. Hac lege iurisdictionem exercuisse Areopagitas testis est Ath-

est Athenæus libro quarto his uerbis, ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους, καὶ τοὺς μὴ ἔκ τινος πορισίας ζῶντας, το παλαιὸν ἐκάλουν τε οἱ ἀρεοπαγῖται καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαν φαινόδημος καὶ φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. Quòd autẽ patrimoniorum profligatores, eosq; qui nullis facultatibus uictitarent, Areopagitæ in iudicium uocarent, pœnisq; & supplicijs afficerent, memoriæ mandarunt Phænodemus & Philochorus, pluresq; alij. Deinde idẽ auctor Athenæus huiusmodi exemplũ eius rei subdidit ad dictũ confirmandũ. Siquidem Menedemus (inquit) & Asclepiades erant iuuenes, ambo philosophiæ quidẽ studiosi, sed egestate præditi. Hos Areopagus pro potestate accitos interrogare institit, quonam pacto fieret, ut cum dies ipsi totos philosophis operã darent, nihil in censu habentes, bona nihilominus habitudine corporis uiderẽtur. Ad hæc illi respondentes, cum pistorem quendam accersiri postulassent, & ille accersitus uenisset, eum interrogandũ dixerunt: qui cum rogitantibus Areopagitis dixisset unaquaq; nocte illos in pistrinũ descendere solitos, ibiq; frumentũ molentes, pro nocturnis operis drachmas utrunq; singulas ferre, admiratus Senatus, ducẽtas eis drachmas ob uirtutẽ decreuit. sed ipsa uerba subijciam, ne comminisci uidear. Μενέδημον γοῦν καὶ ἀσκληπιάδην τοὺς φιλοσόφους, νέους ὄντας καὶ πενομένους, μεταπεμψάμενοι ἠρώτησαν, πῶς ὅλας ἡμέρας τοῖς φιλοσόφοις συσχολάζοντες, κεκτημένοι δὲ μηδὲν, εὐεκτοῦσιν οὕτω τοῖς σώμασι. καὶ οἱ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναι τινα τῶν μυλωθρῶν. ἐλθόντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος ὅτι νυκτὸς ἑκάστης κατιόντες εἰς τὸν μύλωνα καὶ ἀλοῦντες, δύο δραχμὰς ἀμφότεροι λαμβάνουσι, θαυμάσαντες οἱ ἀρεοπαγῖται, διακοσίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς. Verùm quandoquidem uerbosa iam esse cœpit hæc disputatio, nec tamen omnia

Mirum philosophiæ studiũ.

Memorabilis historia.

omnia attigimus eodem pertinentia, & liber pro portione huius operis longior iam esse uidetur, abrumpendus est sermo qui finem non inuenit, ad alteramq; partē commentationis festinandum, quam sic quoque iam fathiscente stylo aggredi me sentio.

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, A SECRETIS REGIS FRANCIAE, DE Asse, & partibus eius, lib. v. & ultimus.

RESTAT mensurarum tractatus, cum causam cōnexam cum antedictis habens, tum uelut appendix huius operis. Mensura autem multiplex ab Aristotele in nono lib. Metaphysices ponitur. Sed nūc mensuras appello, quibus fruges & liquores metimur. Angelus Politianus, uir memoria nostra utraq; lingua apprime doctus, in decimo Epistolarū de mēsuris ex professo scribens, Incipiendū (inquit) ab amphora consecrata Romanis in Capitolio, ne cui uiolaretur. Capit hæc omnino quantū tessera quoquo uersus in area pedum quatuor. Duplex amphora, modius est, aut si mauis Græcè, medimnus: eademq; triplex, efficit sextarium. Sextarij dimidium, cotula uocatur, & hemina. quatuor uerò sextarij chœnica cōplent. ita sex congiū, qui Latinè chus dicitur (ubi nō Latinè chus, sed Græcè Politianū scripsisse puto) Inde forsan, inquit, sextarij nomē, quòd eū sexies congius capit.

Angelus Politianus.

capit. Scribit tamē Pollux cotulam chœnicis esse tertiam partem, chœnicas octo & quadraginta medimno cōtineri. Hæc Politianus, suppresso auctore (ut ferè assolet) ex uulgatis carminibus illis sumpsit quæ apud Prisciānū incerto auctore leguntur. Nam non esse Prisciani argumentum est, quòd in antiquis uoluminibus Prisciani non inueniuntur. In his autem carminibus intelligendis quoties quamq; luculentis erroribus Politianus lapsus sit, ex sequentibus apparebit, ut nisi Politiani stylū agnoscerem, Politiani epistolam esse omnino negaturus fuerim. Eiusdem flagitij est quòd talentum Atticum maius tribus & octoginta minis esse dixit, nec ullum pondus Attico talento maius esse. Carmina autem illa sic ferè leguntur,

Pes longo spatio latoq; notetur in anglo,
Angulus ut par sit, quem claudit linea triplex,
Quattuor ex quadris medium cingatur inane.
Amphora fit cubus, quam ne uiolare liceret,
Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.
Huius dimidium fert urna, ut & ipsa medimni
Amphora, terq; capit modium. sextarius istum
Sexdecies haurit, quot soluitur in digitos pes.

Dico his uersibus significari Amphoram ex area excitari quoquo uersus pedali, quaternis quadris pedalibus inanitatem amphoræ cingentibus, ita ut quaterni undique anguli tesserales, tribus lineis concludantur singuli, quibus ipsis tres dimensiones tesseræ significantur, qui cubus Græcè dicitur, id est schema sex in situs sessile. Hoc enim uerba illa significant,

Cubus & Thessera.

Angulus ut par sit quem claudit linea triplex.

Tres enim dimensiones notantur, longitudo, latitudo, altitudo. Huius dicti testem interim citabimus Isidorum Hispalensem, in hac re interdum non refellendum, licet in

multis alijs lapsus sit. Amphora (inquit ille) recipit uini uel aquæ pedem quadratum. Quòd si hunc testem refutare placet, prodeat Festus testis locupletior, qui his uerbis

Quadrantal. testabitur: Quadrantal antiqui uocabãt Amphorã, quod uas pedis quadrati, octo & quadraginta sextarios capit. Politianus duplicem amphoram modium esse tradidit, & (quod uix intelligere possum) triplicem amphoram sextarium efficere. Ego autem amphoram unam ternos modios capere dico, & duodequinquaginta sextarios: nec medimnum & modium eundem esse modum, sed medimnum modios senos capere. Suidas, μέδιμν & μέτρον ἐστὶ

Medimnus. ξηρῶν, οἷον πυρῶν ἢ κριθῶν. μέδιμνον ἓξ μοδίων ἐξ. Medimnus (inquit) mensura est aridorũ, ut tritici uel ordei. medimnũ igitur mensura est sex modiũm. Hactenus ille. Sed audiamus testẽ unũ qui uice sit omniũ. Is erit Cicero, qui in Frumẽtaria ita inquit ad Verrẽ, Accipis sestertios quindecim pro medimno, tanti enim est illo tẽpore medimnũ. retines sestertios duodecim, tanti enim est frumẽtum Siciliense ex lege æstimatũ. Est eiusmodi æstimatio legis, ut cæteris tẽporibus tolerabilis Siculis, te Prætore etiam grata esse debuerit. Est enim modius lege sestertijs trib. ut æstimatus fuit ante te Prætorẽ: ut tu in epistolis ad amicos tuos gloriaris, sestertijs duobus. sed fuerit tribus sestertijs, quoniam tu tantũ à ciuitatibus in modios singulos exegisti, tu nõ modò omnes accipere (quod oportebat) noluisti, sed etiam dare quod non debebant coëgisti. Idem alibi, Precium autem Senatusconsulto constitutum decumano in modios singulos sestertij terni. Et iterum, Duobus precijs unum & idem frumẽtum uendidisti: semel ciuitatibus sestertijs quindecim in medimnũ: iterũ pop. Romano, à quo sester. x x in medimna pro eodẽ illo frumẽto abstu-

abstulisti. Et alibi, Hoc reprehendo, quòd cum in Sicilia sestertijs binis tritici modius esset, ut istius epistola ad te declarat, summùm sestertijs trinis, tũ iste pro tritici modijs singulis ternos ab aratoribus denarios exegit. His locis & alijs eiusdẽ orationis liquet medimnũ quinquies modium capere: quod de Sicula mensura intelligendum. Medimnum.

nam Romanũ medimnũ ut Atticũ senos modios cepisse, eodẽ auctore eademq; oratione probabimus postea. Nũc quod instat de amphora uideamus, quonã modo intelligi Amphora.

possit quod Politianus dixit. Sit igitur area quoquouersus pedum quatuor. si ex ea corpus quadrantale & tesserariũ facere uelis, necesse est addenda dimensione tertia, id est altitudine, tertiam quoq; multiplicationem arealis numeri excitari. Quomodo enim bis bina bis, primã tesseram numeralem faciũt octo angulis constantem, & ter trina ter secundam, qui numerus est uicenarius septenarius: eodem modo quater quaterna quater, tertiam tesseram faciunt, unitatibus quatuor & sexaginta cõcretam. Sit igitur planities uel interuallum quadratum, quaternûm quoquouersus pedum. huic si altitudinẽ bipedalem imponam, fient quatuor pedes quadrati, qui duos & triginta pedes ualẽt, hoc est bis quaterquaternos. hos pedes si ex quadratis cubicos, id est tesserarios reddere uelim, eũ numerũ ut duplicẽ necesse est, hoc modo, quater quatuor quaternos. sic fiunt bis duo & triginta, id est quatuor & sexaginta. Vt enim quadrata forma ex numero quocunq; fit in sese ducto, sic ex quadrata iterum exurgit cubica. Quaternio enim radix est numeri quẽ nũc quærimus. Is in sese multiplicatus, sedecim efficit, & iam formam quadratam capit. At is numerus quadratus iterum quater multiplicatus, in tesseram assurgit, & fiũt sexa-

gintaquatuor. Quare aut Politianus existimauit amphoram tot pedes habere in conceptaculi inanitate, aut tesseræ naturam ignorauit. Vtrumlibet autem dixeris, luculenter hallucinatus comperietur. At alterutrũ uix de eo homine credere fas est, qui Panepistemona librum condidit, quo omniũ rerum artiumq; scientiam profiteri uidetur, summatimq; tradere. Vitruuius de tessera libro quinto ita inquit, Cubus est corpus ex sex lateribus, æquali latitudine planitierum per quadratũ. Is cum est iactus, quam in partẽ incubuit, dum est intactus, immotam habet stabilitatem, ut sunt etiam tesseræ quas in alueum ludentes taciunt. Amphoræ autem capacitatem cum ego nosse cuperem, quadrantal, id est uas cubicum ex tabellis quatuor compingendũ locaui, ita ut intus pedale quoquouersus esset, factumq; ad rudiculam exegi, quæ intus quidem erecta, æquilibris esset ad summa uasis labratiacens uerò & porrecta in imo atq; summo, latera bina stringeret. Semipedem accipimus id spatiũ quod digiti utriusq; manus suppressis pollicibus occupant. Etenim palmus (ut inquit Vitruuius) à quaternis manuũ digitis inuentus est, & à palmo pes factus sedecim digitorũ. Nostri pedem duodecim pollicibus partiuntur, quas unciας antiqui uocauerunt, ut auctor est Boethius, id quod ostẽdit Plinius libro decimoquinto de Siliquis loquens, quum ita inquit, digitorũ hominis longitudo illis, & interim falcata, pollicari latitudine. Pollicarẽ dixit pronunciali, ut differentiam adnotare facile sit inter digitale & pollicare. Frontinus, Aquarum (inquit) moduli aut digitorum aut ad unciarum mensuram instituti sunt. Digiti in Campania & in plerisq; Italiæ locis, unciæ in Apulia obseruantur. Est autem digitus (ut cõuenit) sextadecima pars pedis, unciã duodecima. Idẽ alibi, Vnciæ ergo modulus habet diametri digitũ unum, & trientẽ digiti. Hactenus ille. Vulgò pedem metiuntur opifices manibus in pugnos contractis, & porrectis pollicibus, altrinsecusq; obuersis. Nos huiusmodi pedem habuimus, sed ab ijs petitum, qui modum pedis publicè statuere solent. Hoc uas autem tritico cum impleuissem, cum mensuris nostris cõposui implendo deplendoq; subinde. Hoc faciens, deprehendi uas illud tesserarium, id est amphorã meã cumulatam, huius urbis quadrantem radio æquatũ capere: nec aliam esse inter utranque mensurã differentiã, quàm quæ esse soleat inter mensuram rasam & fastigiatam, ut amphora antiqua cũ eo auctario quod liberaliores uenditores condonare solẽt, quadrantẽ nostrum hostimento admensum, quo modo uenire moris est, omnino æquare posit. Quadrantẽ appello eius mensuræ quartam partem, quam sextariũ triticarium diximus. Secundũ hoc medimnus erit quam nunam dicimus. Lingua enim uernacula primũ nummũ per syncopen, postea minã pro medimno dixit. Ita sextarius ille noster triticarius in bina medimna uel quaternas amphoras diuiditur, & inde in duodenos modios, quos Bosselos appellamus, uel Bœotios potius. Sed hæc quæ coniectura assequimur, argumentis adiuuanda sunt. Tranquillus in Cæsare, Populo præter frumenti denos modios, ac totidẽ olei libras, trecẽos quoq; nũmos quos pollicitus olim erat, diuisit. Si Cæsar totidẽ modios tritici uiritim quot olei libras diuisit, intelligimus modiũ nõ magnã mẽsurã fuisse, quæ Ciceronis testimonio plerũq; binis, rarò ternis sestertijs ualebat. Qua ratiõe medimnus quinisdenis sestertijs, & sæpe denis tantũ ualebat. quod tamen intelligo in uilitate annonæ. nam Cicero in Frumentaria duas æstima-

Panepistemon Politiani.

Cubus.

Amphoræ forma & capacitas.

Semipes.

Palmus.

Pes.

Pollicare.

Digitus. Vncia.

Medimnus.

Bosselos.

tiones ex Senatusconsulto factas ponit, unam alterarum decimarũ quas aratores nõ gratuitas pẽdere cogebãtur pop. Rom. sed ita, ut in singulos modios, ternos sestertios acciperẽt. alterã æstimationẽ ponit frumenti quod interdum ciuitatibus imperabatur, ut Romano populo præbere certum numerũ frumenti cogerentur, & pro eo in modios denarios singulos acciperent, id est quaternos sestertios. Qua ratione medimnus quinis denarijs æstimabatur, quod fiebat cum annonæ pœnuria metuebatur, ut opinor. Legitima ergo æstimatio erat trinis sestertijs in modios Siculos, qui maiores erant Atticis & Romanis, licet idẽ esset medimnus. Videamus an hoc tẽporibus nostris congruat. Apud nos cõmodam tritici primarij annonam esse aiũt, cũ medimni bimi, id est sextarius, quinis & uicenis solidis turonicis ueneũt. ab eo precio ad tricenos iustam æstimationem esse: deorsum autem ad uicenos, iam ad uilitatem spectare: quod supra hæc aut infra est, caritatis & uilitatis appellatione censeri. Cũ hæc literis mandarem, precium diuersis anni partibus à uicenis solidis ad uicenos binos & semissem plerunq; euariauit, tametsi minime ubere biennij prouentu. Sed ferè ita euenit cum exportare ad externos non licet, uix iam ut annona agriculturæ impendia ferat, cum paucis annis equis aratorijs quibus nostri utuntur, magnopere precium accesserit. Verùm si medimnus in Sicilia mediocri fertilitate quinisdenis sestertijs ualebat, planum fit nõ memorabili nos errore aut in nummi coniectura aut in mensura falli: quippe quindecim sestertij æstimatione nostra solidis tredecim & sesquidenariolo ualent. Sestertium enim denis denariolis & obolo taxauimus. Quare non mirum est si Cicero sæpe in Sicilia modium frumenti binis sestertijs esse

Aestimatio frumẽti in Sicilia.

Sestertij ualor.

esse dixit in magna ubertate. qua ratione duo medimna, decem & septem solidis & semisse ueneunt. nã apud nos sæpe minoris ualere memini. Cicero in Frumentaria, Frumentum (inquit) emere in Sicilia debuit Verres ex Senatusconsulto, & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emundi duo genera fuerunt. unum cæterarum decumarum, alterum quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. Illius decumani tantum quantum ex primis decumis fuisset, tritici modia DCCC millia. Precium autem constitutum decumano, in modios singulos sestertij terni duodetricies, imperato sestertij quaterni: ita ut frumentum imperatum, sestertium duodetricies in annos singulos Verri decernebatur quod aratoribus solueret. In alteras decumas ferme ad nonagies. sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies & tricies erogatum est. Decumanum frumentum appellat Cicero alterius Decumæ frumentum, quam aratores dare non uectigalem, sed uenalem cogebantur. Puto autem non utrobiq; duodetricies legendum, sed secundo loco duodeuicies: nihil tamen certi haberi potest, quoniã locus ille corruptissimè legitur. Sed nec duodetricies priore loco satis congruit, cũ octingenta millia modiũm quater & uicies tantummodo ualuerint æstimatione ternorum sestertiorum. Igitur DCCCC. M. Ciceronem scripsisse dicendũ est, non DCCC. ut sit uicies septies. Quòd si addatur XXX mil. congruet duodetricies. Ter autem duodetricies ferme nonagies cẽtena millia sestertiũm ualet. Quibus si ter duodecies addas, ferme centies & tricies sestertium erit: quod à Cicerone oratorie auctũ est. Sic in alteras decumas quotannis ex Sicilia nongẽta millia modiũm Romam exportabantur: qui modij primùm

Decuma frumẽti in Sicilia.

ad mensuram Romanam, deinde ad nostrã reduci debẽt, propterea quòd quini Siculi modij senos Romanos ualebãt. Qua ratione septingenta & quinquaginta millia Siculorum, nongenta millia Romanorũ & Atticorum ualent: quæ ad medimnos Atticos relata, centũ & quinquaginta millia fiunt. His adde centum & quinquaginta millia modiũm Siculorum, quæ centum & octoginta millia Romanorũ ualent: fiunt decies centena & octoginta millia. Hæc enim summa sesquiquinta est nongentorũ milliũ, quæ ad sextarios Parisinos reducta, nonaginta millia fiunt: & duodenario diuisa, septem millia & quingenta modia Parisina. Sic ex duabus decimis Romani quindecim millia modiũm nostrorum transportabãt ex Sicilia, præter id quod ciuitatibus quaternis sestertijs imperabatur. Sed septẽ millia & quingenti modij nostri ea ratione quã Cicero statuit, id est tribus sestertijs in modiũ Siculũ, ære nostro sexaginta septem millia & quingẽtos aureos nostros ualent, quæ Romano more uicies septies sestertium dicuntur. Quare summa omnino nõ cõgruit: propter quod locum Ciceronis corruptum esse dixi. nec modò corruptum esse puto, sed etiã mutilatum, inter uerbum fuisset, & uerbum tritici. DCCC enim millia non est alterarũ decumarũ numerus, sed frumẽti imperati, ut ex alijs locis orationis colligitur. Numerus autem alterarũ decumarũ deesse mihi uidetur. Sed & maior summa esse debet in triennio quàm cẽties & tricies, cum quotannis nonagies in alteras decumanas daretur: id quod ex alio loco orationis ostẽditur. nã Cicero eius summæ quinquagesimas binas ad sestertiũ tredecies taxauit: qua ratione trecenties & uicies quinquies esse oportuit. Cæterùm nõ duodetricies imperato frumento Ciceronẽ statuisse puto, sed

sed bis & tricies, cum quaternis sestertijs in modiũ æstimaretur. Summa enim ad nummũ quadrat. Sextarius noster triticarius ferè est quantũ iumentũ uiatorium ferre potest. hos in modio duodenos, Parisienses habent. Idem Cic. in eadẽ oratione, Iugera professi sunt aratores imperio atq; instituto tuo: nõ opinor quenquã esse minus professum, quàm quantũ arasset, cũ tot cruces, tot iudicia, tot ex cohorte recuperatores præponerẽtur. In iugere Leontini agri medimnũ ferè tritici seritur perpetua atq; æquabili satione. Ager efficit cũ octauo bene ut agatur: uerùm ut omnes dij adiuuent, cũ decimo. quod siquando accidit, tum fit ut tantũ decumæ sit, quantũ seueris. hoc est, ut quot iugera sunt sata, totidẽ medimna decumæ debeantur. Hoc cũ ita esset, primũ illud dico, pluribus medimnũ millibus uenisse decumas agri Leõtini, quàm quot millia iugerũm sata erãt in agro Leontino. Et rursus, Agri Leontini decumæ anno tertio uenierũt medimnis XXXVI millibus, hoc est tritici modijs ducentis sedecim millibus. His uerbis planũ fit medimnum senos modios capere, cũ prior numerus senario multiplicatus posteriorẽ efficiat. Idem, Ostendam neminem aratorem minus tribus decumis dedisse: atque hoc in beneficij loco petitum ab Apronio, ut in iugera singula ternis medimnis decidere liceret. Deinde inferius ita subdit, Professio est agri Leontini ad iugera XXX millia. Hæc sunt ad tritici medimna nonaginta, id est tritici modia quingenta quadraginta millia, tres quinquagesimas, id est tritici modiũm XXXII millia quadringentos. Ab omnibus enim ternæ præterea quinquagesimæ exhibebantur. Hæc exempla Ciceronis corruptissimè hodie leguntur, sed partim ex locorum collatione, partim calculo emendantur.

Medimnus.

quæ ideo citãda duxi, ut probarẽ medimnũ ſenos modios Romano more capere. Si enim quingẽta quadragĩta millia ſenario partiaris, fient ſexies nonaginta millia. Cum tot tantisq; auctoritatibus pugnat auctoritas Polybij in ſecundo hiſtoriarum, his uerbis ſcribẽtis de Italiæ fertilitate, frumẽtiq; uilitate, σίτου τε γὰρ τοσαύτην ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει κατὰ τοὺς τόπους, ὡς τ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, πολλάκις τετταρῶν ὀβολῶν εἶναι τῶν πυρῶν τῶν σικελικὸν μέδιμνον, τῶν δὲ κριθῶν δυοῖν. Si enim Polybij ætate, q Scipionis Africani præceptor fuit, medimnus frumẽti Siculus quaternis obolis fuit, id eſt beſſe denarij: quo modo ſeſtertijs binis ternisq; Ciceronis tẽpore modius fuit, qui aut quinta aut ſexta pars medimni erat? Ex quo fit ut cẽſeã μέδιμνον à Polybio ꝓ eo dictũ quòd Latini modium dicũt. Inire autẽ rationem nõ poſſum quonam modo credibile fieri poßit, quod idẽ auctor eodem loco prodidit, teſtificari uolẽs Italiæ ubertatem. Admiratur autẽ quòd in Italia hoſpites mercenarij peregrinos admitterẽt in diuerſoria, nihil prius paciſcẽtes de ſingulis rebus ab ipſis cauponibus præbendis: ſed tãtum diuertentes percũctarentur quãti reciperẽt hoſpites. Itaque, inquit, plerũque eos admittũt ſemiſſe, ita ut nihil ipſi admißi deſiderent eorum que uſui neceſſaria ſunt. ὡς μὲν οὖν ἐπιτοπολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἡμιασσαρίου. τοῦτο δ' ἐστι τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. σπανίος δὲ τοῦτο ὑπερβαίνουσι. Hoc dictum Polybij hyperbolicum mihi uiſum eſt, ut quidem in exemplaribus peruagatis legitur: nec de eo habeo quod ſtatuere poßim. Verùm ſuperioribus exemplis Ciceronis auctoritatem habemus, agri Leontini, qui fertilitate commendabilis erat, iugera ſingula

ſingula ſingulis medimnis, id eſt ſenis modijs ſeri: & plerunq; cum octauo, rarò cum decimo fœnore ſatũ frumẽtum redire. Primùm igitur ſtatuamus quanta ſit iugeri mẽſura. Columel. lib. VI. Duo (inquit) actus iugerũ efficiunt lõgitudine pedũ ducẽtorũ quadraginta, latitudine pedũ centũuiginti. quæ utræq; ſummæ in ſeſe ductæ, quadratorũ pedum faciunt millia uigintiocto & octingẽtos. Iam auctore Columella, & calculo confirmatore, nouimus ducẽtos & quadraginta pedes (quæ lõgitudo eſt iugeri) cẽties & uicies multiplicatos (qui numerus eſt latitudinis) octo & uiginti millia quadratorũ pedum & octingẽtos efficere. Hic numerus octingẽtas ut ita loquar hexapedas efficit, qua menſura noſtri menſores & fabri ſic utuntur, ut antiqui Romani decẽpeda. Eſt enim hexapus ſiue hexapeda, menſura ſex pedũ: quæ quadrata, ſex & triginta pedes habet. Porrò centũ hexapedæ quadratæ, tria millia & ſexcẽtos pedes efficiũt. Quadringẽtæ hac ratione quatuordecim millia & quadringentos explent, quæ mẽſura eſt ſemiiugeri Romani ex Columella. Ita iugerũ octingẽtas hexapodas noſtras habebat. Quare quod apud Varronẽ et ipſum Columellã legitur, actũ quadratũ undiq; finiri pedibus centũ uiginti, eumq; duplicatũ iugerũ facere, id de iugero quadrato intelligendum eſt, nõ abſolutè de iugero, quod parũ apud utrũque declaratũ eſt. ſed cũ uterq; dicat ſcrupulũ denũm eſſe pedum quadratorũ, & in iugero eſſe ſcrupula ducenta & octogintaocto, planũ fit calculo, de iugero quadrato nõ intelligi cum dicitur iugerum pedũ eſſe uigintiocto millium & octingentorum. Si enim in ſingula ſcrupula centenos pedes numeres, quot ex denis pedibus quadratis exurgunt, patet uel in digitos deducenti, ducẽties octo-

Exapedæ, exapedeſque. Iugerum.

gies octies centenos pedes fieri, id est uiginti octo millia octingentos: at iugerum quadratũ altero tanto maius est.

Iugerum seu Arpennum Parisinum.

In agro Parisino non una est mensura, propterea iustissimam eligam, & quæ latius in eodem agro patet. Perticam nostram uicenum quinũm pedũ esse aiunt longitudinis. hæc quadrata sexcenos uicenos quinos pedes cõtinet, qui numerus centies multiplicatus, sexagintaduo millia & quingentos pedes quadratos efficit. tot enim tantis'que perticis iugerum nostrum, quod arpennum appellamus, constare dicitur. huiusmodi autem iugero licet aliqui utantur, alij tamen affirmant grandissimam illam esse mensuram, sed iustam agri nostri perticam uicenũm binũm pedum esse longitudinis, quæ quadrata quadringenos octogenos quaternos pedes habet. Et hæc iam apud plerosq; plena existimatur. Qua ratione centenarium iugerum, quadragintaocto millia quadringentos pedes habet quadratos. Est & minima mẽsura, quæ perticis duodecuicenarijs utitur, quæ pedes trecenos uicenos quaternos habent, et cẽtenæ in iugero, pedes quadratos conficiũt numero trigintaduo millia quadringẽtos. Sunt etiam qui perticis quidem plenis, sed iugero sexagenario utantur. Quo fit ut illis iugerũ triginta septem millia quingentos pedes habeat. Nos autem mediam mensuram obseruabimus, quã dicũt germanã nostram esse, quæ duos & uiginti pedes perticæ statuit, & quadragintaocto millia quadringentos pedes habet. Hæc ad iugerum Romanum composita, eandem habet proportionem, quam quadringenti octogintaquatuor ad ducentos octogintaocto, quæ ut maior est multo sesquipla, sic paulo minor est dupla. at uerò ciusmodi arpennum pingui solo alternis propemodum mẽsibus medimnum duodecimum reddit. Huiusmodi

iusmodi fere est fertilitas in eo tractu qui peculiari nomine Francia appellatur, ex eo (ut arbitror) q; sit sumẽ (ut dicitur) Franciæ, in quo agro triticũ mutilis spicis nasci tur, non ut ferè in Italia, aristatis. In eo nos prædiũ Marlianũ habemus. Neq; nunc de summa ubertate aut soli aut tẽporis loquimur, sed de ea quæ plerũq; uisitur. Notũ est in eo agro arpẽna duodeuicena in annos singulos singulis modijs nostris oblocari tritici lectissimi. Quãquã ea fere locationũ formula est, ut colonus eo recte præbẽdo tritico defungi possit, quod summæ bonitati uno solido cedat, & interdũ eo quod semisse tantum solidi. Modiũ autem nostrũ (ut iam dixi) duodenos sextarios cõtinet, & sextarius binos medimnos. Hac ratione singula iugera quotannis bessem sextarij nostri, id est octonos modios pensitare inueniuntur, cum tamen in eo tractu nullum agrum restibilem esse sciam. Sic enim fert agricolatio, ut triticarius ager à messe triticea altero anno semestre aliquod genus frugis capiat, ut ordeũ uel auenã, uel quid aliud leuioris fœtus: tertio autẽ anno nouali agitato cesset, quod & aruũ & ueruactum appellatur ab antiquis. Itaq; planũ fit agrum nostrum bonitate Siculo nõ cedere, quẽ Cicero cum octauo & cum decimo acceptũ reddere semen dixit. quanquã id postea uidimus. nunc id tantũ argumenta nostra adiuuet, quibus asserere contendimus medimni Romani et minæ nostræ paritatẽ. Nostri aiunt agricolæ arpennum quale diximus, sesquimedimnũ ferè poscere, ut bene seratur aruum. Columella de satione loquens libr. XII. pinguis agri iugerum, si solutus & siccus sit, quaternos tantum modios tritici poscere tradidit: si cretosus, aut uliginosus, quinos. Hoc cum à nostratibus anxiè inquirerem, uix constare opiniones depre

Francianus ager.

Franciæ sumen.

Marlianum prædium.

Aruum.

Ueruactum.

Ratio semētis.

deprehēdi: id quod ex uarietate soli & mensurarū cōtin
git: quantū tamen colligere potui, plena, id est mediocris
pinguis agri mēsura, solo denso dodrātē minimū poscit,
interdū etiā dextantē, id est decē modios Romanos: solu
to et minimè uliginoso solo, nūc septenos, nūc octonos. mi
nimus modus agri reliquis etiam cōpetētibus, senos mo-
dios, id est medimnū poscit. His cōuenit dictū Columellæ
lib. secūdo. Iugerum (inquit) agri pinguis plerunq; mo-
dios tritici quatuor, mediocris quinque postulat, adorei
modios nouē, si est lætum solum: si mediocre, decē deside-
rat. nam quamuis de mensura minus auctoribus cōuenit,
hanc tamen uideri cōmodissimam docuit noster usus. Et
paulo inferius, Nobis ne istam quidem quā prædiximus
mensuram semper placet seruari, quòd eam uariat aut
loci aut tēporis aut cæli cōditio. Proinde quā proportio
nem iugerū Romanū, id est duodetriginta millia et octin

Arpennum.

genti pedes, ad Parisinū arpennum habet, id est ad duo-
dequinquaginta & quadringētos, eandē ferè habēt qua-
terni quiniq; modij ad septenos & nouenos. Leontinū iu
gerum nō admodum disparile nostro minimo fuisse opor
tet, quod tantundē frumenti posceret, id est medimnū in
singula iugera, si tamen Cicero ueritati inseruiuit potius
quàm exaggerationi criminis. Arpenni autem uocabulo
non licenter uti uideor, cum id apud Columellā legatur.

Census Athenensium.

Aristoteles in secundo Politicôn auctor est Solonē Athe
niensem quatuor sensus Athenis instituisse: quorū primus
fuit eorum qui Pentacosiomedimni dicti sunt, id est quin-
gentis medimnis censi. Secundus eorū fuit qui Zeugitæ
dicebantur ab equis bobus iugalibus. Tertius Hippas ab
equis. Quartus Theticus dicitur, qui eorū erat qui The
tes, id est opifices erant, hoc est operas suas locātes. Pri-
mum,

mum, secundum & tertium ad magistratus & honores
admitti uoluit: eosq; diuitū nobiliumq; appellatione cen
seri. τὰς δ' ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κα
τέστησε πάσας, ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων καὶ ζευγι-
τῶν καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος. Plutarchus
in Solone, Cum magistratus (inquit) omnes locupletibus
relinquere uellet, reliquā autem Reip. gubernandæ par-
tem promiscuam facere, ad quā antea plebs adspirare nō
poterat, ad census ciuiū se contulit: & qui in siccis atq;
humidis censi erant, in primo ordine locauit, & pentaco
siomedimnos uocitauit. In secundo autē eos qui equos ale
re possent, aut trecentis censi forent: & hos hippada sol
uentes ab equis nuncupauit. Zeugitæ uerò tertij census
homines uocati sunt, qui ducētorū medimnûm censum ex
plerent. Quò hæc melius intelligantur, Pollux lib. VIII.
de hoc loquens ita inquit: τιμήματα δ' ἦν τέτταρα, πεντα
κοσιομεδίμνων, ἱππέων, ζευγιτῶν, θητικῶν. οἱ μὲν ἐκ τοῦ
πεντακοσιομεδίμνου μέτρου ὑγρὰ καὶ ξηρὰ ποιεῖν κληθέν-
τες, ἀνήλισκον δ' εἰς τὸ δημόσιον, τάλαντον. οἱ δὲ τὴν ἱπ-
πάδα τελοῦντες, ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους, κε-
κλῆσθαι δοκοῦσιν, ἐπόιουν δὲ μέτρα τριακόσια, ἀνήλισκον δὲ ἡμι
τάλαντον, οἱ δὲ τὸ ζευγίσιον τελοῦντες, ἀπὸ διακοσίων μέ-
τρων κατελέγοντο, ἀνήλισκον δὲ μνᾶς δέκα. οἱ δὲ τὸ θητι-
κὸν, οὐδεμίαν ἀρχὴν ἦρχον, οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν. Quorū
uerborū huiusmodi est sentētia, Quatuor census Athenis
fuisse, Pentacosiomedimnos, Hippeis, Zeugitas, Theti-
cos. Pētacosiomedimnos autē, id est quingenimedimnos,
ideo appellatos, quòd quingenûm medimnûm numerum
uel mensuram siccis & humidis facere possent, hosq; in
publicum sumptus facere ad talentum. Hippeis autem,
id est equites ex eo dictos uideri, quòd equos alere pos-
sent:

sent: eosq; mensuras trecentas facere, & publicè semis-lentũ impendere. At uerò qui iugationẽ penderẽt, à ducẽtis mensuris conscribi solitos esse et publicè decẽ minas cõsumere. Postremæ notæ eos esse qui theticũ pẽderent, id est opificiarium uel mercenariũ: eosq; nec magistratũ gerere, nec publicè quicquam sumptus facere. Licebatq; ex uno ordine ad aliũ trãsire, ut idem Pollux auctor est. Ex hoc autẽ instituto prodierunt (ut arbitror) munera personalia, quorum mentio fit in lege ult. de muneribus & honoribus in Pãdectis. Seruius etiã Tullius hoc exẽplo classes quinq; ciuiũ Romanorũ descripsisse uidetur. Prima classis in octoginta centurias distributa, ex his qui centum milliũ æris aut maiorẽ censum haberent, quæ summa à nobis mille aureis nostris æstimata est. Octoginta autem centuriæ in quadragenas seniorũ ac iuniorum diuisæ: ita ut seniores ad urbis custodiam præstò essent: iuniores ut foris bella gererent, quibus arma imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, tela in hostẽ, hastaq; & gladius. Secunda classis intra centum usq; ad quinq; & septuaginta millium censum instituta. Tertiæ classis quinquaginta millia census fuit. Quartæ quinq; et uiginti millia. Quinta & ultima undecim millibus cẽsebatur, id est centũ ac decẽ aureis nostris. Reliqua autẽ multitudo, cuius esset inferior cẽsus, immunis militia facta. Equitũ etiã ex primoribus ciuitatis duodecim centurias scripsit, quibus equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent uiduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Dena millia æris ego centenos aureos intelligo ad binos equos emendos, & ucenos ad alendos, id est bina millia. Hæc omnia (inquit Liuius) in dites à pauperibus inclinata onera. Ex his intelligimus

Census Romani & classes.

ligimus in infantia Vrbis Romæ primarias opes fuisse mille aureos. Propterea Plinius lib. XXXIII. Non erat (inquit) apud antiquos numerus ultra cẽtum millia. itaq; hic & hodie multiplicatur, ut decies centena millia, aut sæpius dicãtur. Fœnus hoc fecit, nũnusq; percussus. Quẽ locum ex uetusto sic lego. Itaq; est hodie, multiplicãtur hæc, ut decies centena millia aut sæpius dicãtur. hoc sensu, Vt olim nõ erat numerus ultra centũ millia, sic nec hodie, quia cum ad centũ millia peruẽtum est, per multiplicationẽ fit progressus, dicendo decies centena millia, aut uicies, aut centies, quæ summæ antiquis ignotæ, fœnore excreuerũt. Idem, Seruius Rex primus signauit æs. antea rudi usos Romæ Rhemeus tradit. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. Maximus census centũ millia assiũ illo rege fuit, & ideo hæc prima classis. Vt igitur Romæ prima classis cẽtenariorũ fuit, sic Athenis quingenariorũ, quî quotannis pendere possent medimna uini & olei & frumẽti quingena. sic enim ex Pollu ce intelligẽdum puto. Quingenta autẽ medimna in Attica, quæ plurimo importato frumẽto utebatur, ducentis quinquaginta aureis æstimare possumus: & quingenta uini medimna, id est mille amphoras totidẽ penè Francis, pro quibus quingentos aureos ponemus: quibus si addamus totidem olei amphoras, nescio quid æstimare debeam. Apud Demosthenem πρὸς φορμίωνα Chrysippus quidam negociator ita ad iudices loquitur, ὅτε δὲ ὁ σῖτος ἐτετιμήθη πρότερον, καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλέους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ἡμῖν τ' κατὰ τιμὴν, πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. Cum autem frumenti auctum esset precium, & ad sedecim drachmas excreuisset, importato frumen

Plinij locus.

Romani nullũ numerũ habẽt ultra centum millia.

frumento ultra decem millia mendimnûm, iusto & legitimo precio uobis admensi sumus quinis drachmis in medimnum. Hac Demosthenica ratione sextarius Parisinus circiter aureo uno fuisset, hoc est drachmis decem. Igitur qui Athenis eũ prouentũ quingentûm medimnûm habebãt, talentũ impendere publicè tenebantur, hoc est sexcẽtos aureos. Verùm intelligimus illã æstimationem census nõ strictam fuisse, ut Pẽtacosiomedimni dicerẽtur qui quotannis eam summã corradere poßent, sed qui tantum pẽdere possent, talẽto esse taxatos. Parum tamẽ hoc explicatũ est ab auctoribus. Interpres Aristophanis Pẽtacosiomedimnos dictos dicit eos qui tot mensuras arare possent, πεντακοσιομεδίμνους διὰ τὸ γεωργεῖν τοσαῦτα μέτρα ὄντως ἐπωνόμαζον. Equites autem eos dictos, qui trecentas mẽsuras ararent, nomẽ ex eo sortitos, & æquos alere possent siquando opus esset. qui cũ primùm sexcenti fuissent, postea urbe aucta mille & ducenti esse cœperunt. his licebat comatos esse, licet ditiores eßent quinarij, id est Pẽtacosiomedimni. Oportebat ergo ciues eos diuites esse, qui tantum telluris ararent, aliunde etiam detescentes, ut negotiationibus maritimis propter sitũ uberis, & fœnore traiecticio. Opificum autẽ ordini licebat & iudicare, & concionẽ habere, ut idem auctor inquit, διικάζειν καὶ ἐκκλησιάζειν. Hactenus illi Rẽpublicã attingere poterant. Copiosos autẽ Athenienses fuisse ex Thucydide nouimus, qui libro secũdo Periclem eorũ dacem ita inducit de opibus corũ dißerentẽ, ut dicat confidere eos debere, nec incursu hostiũ perterrefieri. Bello enim gerendo, consilio & ui pecuniæ plurima obtineri. Atheniẽsibus autẽ sexcentorũ talentorũ obuentionẽ annuã esse, quæ quotãnis ferè tributi nomine à socijs eorum pensitarẽtur, præter alios prouẽtus. Esse præterea signati argenti in arce sex talentorum millia: fuisse autem aliquando plurimùm nouẽ millia septingenta, ex quibus in arcẽ & publicas alias extructiones erogatũ fuisse quod nunc illi summæ desit. τὰ δὲ πολλὰ τῶν πολέμου, γνώμη καὶ χρημάτων περιουσία κρατῆται. θαρσεῖν τε ἐκέλευε προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φόρου κατ' ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ τ' ἄλλης προσόδου. ὑπαρχόντων δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἔτι τότε ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων. τὰ γὰρ πλεῖστα τελεσθέντα μέρη ἐγένετο. Sex millia talentûm tricies sexies cẽtenis millibus aureorũ nostrorum æstimare solemus. Suidas auctor est redditus publicos Athenis Prytanea appellari, & eo nomine metallorum uectigalia, & fori, id est rerum uẽditarum, & portoriorum intelligi, & quicquid à socijs uel subditis pẽsitaretur, & quicquid ex manubijs uel rebus publicatis redigeretur. Quorũ (inquit) nominũ cumulus bina millia talẽtûm propemodũ conficit. Athenæus autem libro duodecimo scribit Duridẽ in historijs prodidisse, Demetrium Phalereũ, cuius multa est mẽtio apud Ciceronem, Quintilianum, Plinium, & alios, cum Athenis Reip. administrãdæ præesset, mille ac ducẽta talenta in potestate habuisse quotãnis. Ex quibus cum minimam partẽ in stipendia militũ, & reliquas Reip. partes tuẽdas consumeret, reliqua per ingenitã morum incontinentiã luxuriosè dilapidabat, epulis quotidianis lautis & opiparis quamplurimos cõuiuas accipiẽs, & ea parte magnificẽtiæ Macedonicas cœnas superãs. Alioquin nitore & lautitia uitæ Cyprios & Phœnicas prouocãs cũ cœnationũ pauimẽta singulari artificio uermiculata, etiã unguẽtis perfunder

Athenienses diuites.

Prytanea.

Demetrij profusio.

funderẽtur, ἀημάτειος δὲ ὁ φαληρεὺς χιλίων καὶ διακοσίων κατ' ἐνιαυτὸν κύριος γενόμενος, καὶ ἀπὸ τούτων βραχέα διαπανῶν εἰς τοὺς στρατιώτας, καὶ τὴν τῆ πόλεως διοίκησιν τὰ λοιπὰ πάντα διὰ τὴν ἔμφυτον ἀκρασίαν ἠφάνιζε.

Athenienſium redditus.

Hæc uerba ſatis ſignificãt publicos redditus Athenarũ: mille & ducẽtorum talẽtũm fuiſſe. Aeſchines περὶ παραπρεσβ. Καὶ πάλιν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἐπτακισχίλια τάλαντα ἀνηνέγκαμεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν διὰ τὴν εἰρήνην ταύτην. τριηρεῖς δ' ἐκτησάμεθα πλοίμους καὶ ἐντελεῖς ὀκτὼ ἐλάττους ἢ τετρακοσίας. φόρος δ' ἦν ἐπ' ἐνιαυτὸν πρόσοδος πλέον ἢ χίλια τάλαντα. Diximus alibi Athenis Iſocratem rhetorẽ uiginti talẽtis orationẽ unam uẽdidiſſe. Plutarch. autẽ auctor eſt Demoſthenẽ in eadẽ urbe totidem talẽtis unius diei reticẽtiã uẽdidiſſe Harpalo, qui Alexãdrũ Magnũ fugiẽs, Athenas ſe cõtulerat. licet hiſtoria ab Aulo Gell. in. x. aliter referatur. Hoc tamẽ penè cõuenit, quòd Demoſthenes nocte aureo calice accepto cũ uiginti talẽtis argẽti, in concionẽ poſtridiæ ueniẽs collo lãna & faſcijs obligato, cum cẽſere iuberetur, & pro cõcione dicere quid de Harpali poſtulatis ſtatuendũ eſſet, nutu oſtẽdit ſe irraucuiſſe, nec proloqui poſſe. Quo tempore ij qui munere Harpali corruptũ eſſe ſciebãt, ridentes dicere cœperũt, concionatorẽ hominẽ & popularem noctu argyrãche corruptum, id eſt angina argẽtaria, καὶ γενομένης τάχιστα τῆ νυκτὸς ὁ ἅρπαλος ἔπεμψεν αὐτῷ τὴν κύλικα μετὰ τῶν εἴκοσι ταλάντων. Et paulò pòſt, καὶ μεθημέραν εὖ καὶ καλῶς ἐξίοις καὶ ταινίαις καὶ τῇ τραχήλῳ κατειλιγμένος, εἰς τὴν ἐκκλησίαν προῆλθε. καὶ κελεύοντῶν ἀνίστασθαι καὶ λέγειν, ἀπένευσεν ὡς ἀποκεκομμένης αὐτῷ τῆς φωνῆς. οἱ δὲ ὑφυῆς χλευάζοντες, οὐχ ὑπὸ σιωάγχης ἔφασκον, ἀλλ' ὑπὸ ἀργυράγχης ἑάλῳ νύκτωρ τὴν

Demoſthenes magno ſilentium uẽdidit.

τὸν ἀημαγωγόν, id eſt: Interdiu autẽ Demoſthenes pulchrè & cõcinnè lana & faſcijs obuoluto collo in concionem prodiens, cũ quidam eorum qui aderant, ſcandere in pulpitum & dicere eum iuberent, nutu ſignificauit quaſi obtuſa uox ſibi eſſet. Quo facto homines quidã ingenioſi cauillantes, non angina noctu oratorẽ, ſed argentagina correptũ eſſe dixerunt. Idẽ Thucydides lib. III. auctor eſt, Athenienſes Mitylenen obſidentes, cũ iam magna ex parte pecunias ſupradictas conſumpſiſſent in eo bello quod cũ Lacedæmonijs eorũq; ſocijs ſuſceperãt, & pecunijs egerẽt ad obſidionẽ peragendam, tũ primũ tributũ in ciuitate inſtituiſſe, & ducẽta talenta ad bellũ cõtuliſſe, emiſſis etiã nauibus XII ad pecunias à ſocijs cogẽdas, προσδεόμενοι δὲ οἱ ἀθηναῖοι χρημάτων εἰς τὴν πολιορκίαν, καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες τότε πρῶτον εἰσφορὰν διακόσια τάλαντα, ἐξέπεμψαν καὶ ὠθὶ τοὺς ξυμμάχους ἀργυρολόγους νῆας δώδεκα. Quod uerò diximus de quinquagenarijs Atheniẽſibus, qui impẽdere talentũ publicè tenebãtur, ita intelligo, nõ ut quotãnis tributi nomine impenderẽt (tributũ enim Atheniẽſes nõ pendebant, ut ſupradictũ eſt ex Thucydide) ſed ut cũ opus eſſet: id quod ex oratione Demoſthenis intelligi põt, quæ περὶ συμμοριῶν inſcribitur, id eſt de Symmorijs, quaſi dicas de decurijs munera obeũtiũ: id q; intelligi nõ poteſt niſi ſummã et ueluti argumẽtũ orationis eius colligamus. Eſt aũt eiuſmodi, Cũ Rex Perſarũ expeditionẽ in Græcos et præcipuè in Atheniẽſes ſacturus diceretur, populus Athenienſis tumultuari cœpit, quaſiq; ducẽ quærere, qui Atheniẽſiũ exercitu inſtructus obuiã ultro Perſis in Lydiã procederet. Quod cũ Demoſthenes temerariũ eſſe uideret, nec tamẽ apertè damnare & diſſuadere auderet, cẽſere

Oratio Demoſthenis de muneribus triearchiæ.

cœpit prius de apparatu belli cogitandũ, & quonam modo suppetere copiæ bellicæ propulsando tanto bello possent. Itaq; ex ditioribus urbis centũ decurias duodenûm hominũ describendas censuit, quas Symmorias appellat.

Symmoriæ. Hic ordo Trierarchæ appellãtur, id est triremiũ præfecti, quasi nauarchi. Quãquã symmorias tantũ uiginti facit sexagenûm hominũ, quas rursus in quinas partes duodenûm hominũ distribuit. Sic enim inqt, ἐκ τοίνυν τούτων ὅιμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν ὥσπερ νῦν εἰσὶν, ἑξήκοντα σώματα ἔχουσαν ἑκάστην. τούτων δὲ τῶν συμμοριῶν ἑκάστην διελεῖν κελεύω πέντε μέρη κατὰ δώδεκα ἄνδρας, ἀντανάπληρουντας ἀεὶ πρὸς τὸν εὐπορώτατον τοὺς ἀπορωτάτους. Ex his mille & ducentis existimo classes uiginti faciendas eo modo quo nunc factæ sunt, sexagena corpora unãquanq; habentẽ: earumq; singulas diuidendas in quinas decurias censeo duodenûm hominum, ita ut ditißimo cuiq; egentißimi in decurijs ordinandis coniũgantur. Ita autẽ constitutis claßibus, id est symmorijs, & diuisis decurijs, trecentas naues triremes faciendas esse censet, & rursus eas in uiginti partes tribuit singulas denumquinûm nauium: ita ut ex primo, secundo & tertio centenario, cuilibet claßi hominũ quinæ distribuãtur triremes, & sic unaquæq; claßis singulis decurijs ternas rursus tribuat. Hac constitutione claßium tiremium trierarchorumq; facta, Quoniam uerò (inquit) census eorum sex milliũ est talentorũ, oportet & facultates quoque certo ordine ac formula constitui, & in singulas decurias sexagena talenta tribui, quæ sunt sexagies centena, ut singulæ classes quinquies sexagena talenta sortiantur. Id quod his uerbis ab eo dicitur, εἶτα πέντε ἑξηκοντα-ταλαντείας εἰς ἑκάστην τῶν μεγάλων τῶν εἴκοσι συμμοριῶν

ριῶν ἐπικληρῶσαι. τὴν δὲ συμμορίαν ἑκάστῳ τῶν μερῶν μίαν ἑξηκονταταλαντείαν ἀποδοῦναι. Hoc autem ideo statuit, ut si leuius bellum instet, centũ nauibus tantũ res geratur, & sexagenis in singulas decurias talentis impensa suppeditetur, & duodeni trierarchi sint. sin grauiore bello ducentis nauibus opus sit, tricena in singulas decurias talẽta impẽsam cõferãt, & sena sint corpora trierarchiæ munus obeũtia. quòd si grauißimo bello premãtur, singulæ decuriæ ad uicena talenta & quaterna corpora cõtrahãtur. ὅπως ἐὰν μὲν ὑμῖν ἑκατὸν δέκη τριήρεων, τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα συντελῆ, τριήραρχοι δ' ὦσι δώδεκα. ἐὰν δὲ δέκη διακοσίων, τριάκοντα μὲν ἢ τάλαντα τὰ τὴν δαπάνην συντελοῦντα, ἓξ δὲ σώματα τριηραρχοῦντα. Hoc facto armamẽta nauiũ æstimãda primũ cẽset, quæ qualiaq; nauibus cõmoda aut necessaria sint, eadem ratione in classes ac decurias tribuenda, omniaq; sortitò expediri, ut cũ rei gerendæ tẽpus uenerit, quã quisq; nauem sortitus sit, eam instructam in tempore rectè præstet. Verùm Demosthenes uniuersam huius cõstitutionis (quã ipse syntaxin uocat) rationẽ, in tres summarias partes diuidit. In trierarchos enim & eorum facultates & in triremes primã partẽ statuit. Secundam in facultates omniũ diuitum & pauperum ciuitatẽ habitantium, à quibus sumptus suppeditari oportet. Tertiã partẽ delegat claßiario militi, & loco, id est armamẽtario et nauali. Prima pars explicata est, tertiã hoc modo prosequitur: Decẽ tribus erant Athenis. unicuiq; igitur tribui tricenas naues aßignat. decies enim tricenæ fiunt in summa trecẽtæ. Has rursus tricenas trifariã diuidit, id est in terdenas. Tribus enim apud Atheniẽses in treis partes diuiduntur, quæ Trittyes ab ipsis appellantur, quasi tertiæ

tribuum partes. nos quia uerbum latinum non habemus, triētes nunc dicemus. Vnicuiq; igitur triēti denas naues implēdas tribuit, cū belli gerēdi tempus fuerit. Tum unicuiq; tribui tricenas stationes nauiū construēdas aßignat in Piræo portu Atheniensi, ut singulæ stationes singulas triremes capiant: & distributionē parem in trientes, ut suprà facit, sortitoq; etiā omnia uult transigi, ut decē tribus decē loca sortiantur tricenis stationibus faciendis, & trierarchi sortitò in loca & stationes distribuātur. Hæc

Tele. munera, Tele & Liturgiæ & Isphoræ à Græcis appellantur: quæ uerba nullo discriminc ab oratore usurpātur in oratione quæ πρός λεπτίνην quasi apud Leptinem uel cum Leptine, non contra Leptinē, inscribitur. Ab his minoribus præstationibus immunes erant trierarchi claßici ciues, hoc est primæ claßis munifices. Sic enim inquit ille in proximè dicta oratione, οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες ἀεὶ, τῶν χορηγιῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσι. οἱ δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν κεκτημένοι, τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες, ἔξω τοῦ τέλους εἰσὶ τούτου. Atqui ditißimi cum semper in munere trierarchiæ occupati sint, à theatralibus præstationibus immunes sunt. Quorū autem facultates infra census sunt, ij quū necessariam immunitatem habeant, ne hoc quidē munus obibūt. Munera autem publi-

Liturgiæ. ca uno nomine Liturgiæ dicuntur: quorum genera sunt Choregia, id est præstatio suppeditādo choro, inuēta Li-

Choregia. Hestiasis. beralium ludorū tempore, & Panathenæorum. Hestiasis, id est, cōuiuatio, seu epulū tributim exhiberi solitum.

Gymnasiarchia. Isphora. Gymnasiarchia oleū palæstræ suppeditabat priuato sumptu. Isphora dicebatur collatio ad stipendia militum. Restat pars secunda apparatus, id est collatio uniuersæ ciuitatis ad stipendia militum. Hanc partem Demosthenes

pestrinxit

perstrinxit oratoriè. Videbat enim gratiosam esse orationē ad populum nō posse, quæ populi facultates exhauriret. Cum ergo uideret immani collatione opus esse, maioreq; facultatum parte, quàm ut tūc populus nondū aduentu hostis perterritus, ferre posset, si à se statueretur, nec minorem dicere uellet, id est eam quæ populo tolerabilis esse tunc potuisset, tandem seipsum oratoriè interrogans, & uicißim respondens, ita inquit, τίς οὖν ἐσθ' οὗτος ὁ πόρος; ὁ νῦν μὲν οὐκ ὤν, ὑπάρξων δὲ τότε. αἰνίγματι γὰρ ὅμοιον τοῦτό τε ἐγὼ φράσω. ὁρᾶτε τὴν πόλιν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι πᾶσαν ταύτην νί; ἐν ταύτῃ χρήματά ἐστιν ὀλίγου δέω πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας εἰπεῖν πόλεις. ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι τοιοῦτον ἔχουσι τὸν νοῦν, ὥς τ' εἰ πάντες οἱ ἐνταυθοῖ λέγοντες φοβοῖεν, ὡς ἥξει βασιλεύς, ὡς πάρεστιν, ὡς οὐχ οἷόν τε ταῦτ' ἄλλως ἔχειν. καὶ μετὰ τῶν λεγόντων ἴσοι τὸ πλῆθος τούτοις χρησμῳδοῖεν οὐ μόνον οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν λείξαιεν, οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν κεκτῆσθαι. εἰ δ' μέντοι τὰ νῦν διὰ τῶν λόγων φοβοῦσα, ἔργῳ πραττόμενα αἴσθοιντο, οὐδεὶς οὕτως ἠλίθιός ἐστιν. ὅς τις οὐχ ἱκανὸν δοίη καὶ πρῶτος εἰσενέγκαι. Quodnā igitur est hoc uectigal? id quod nunc quidē non est, tunc autem futurum est. Equidē simile quid ænigmati dicere hic non dubitem. Ecquid hanc ciuitatē omnem ô uiri Athenienses cernitis? In hac ego ipsa parum abest quin dicam tantum pecuniarum esse, quantum in alijs omnibus ciuitatibus. At qui eas poßident, huiusmodi mentem habent, ut si oratores omnes terrere eos uolentes, Regem uenturum dicant, atque etiam iam aduentantem, quodq; hæc aliter habere se nequeant, ad hæc si cum ipsis orationem habentibus futurum ita prædicant totidem fatidici, ne sic quidem pecunias ostensuros esse putem,

 aut

aut professuros eas, nedũ ad collationẽ daturos. Quòd si ea quæ nunc uerbotenus terrifica iactantur reapse geri senserint, nullus utiq; asq; adeo stultus est, quin & prolixè dare, & in primis cõferre uelit. Ecquẽ enim esse credimus, qui bona sua cuncta perdere tandem malit, quàm fortunarũ suarũ partem pro capite ac reliquis suis fortunis in mediũ afferre? Deinde sensim progrediens, quasiq; obrepens tenaci auaritiæ, Neq; enim nunc (inquit) inquirendũ modum collationis puto, qui melius in re præsenti statuetur. Quippe si inire nunc rationem eius uelimus, et ex præsenti sensu animorum cõstituere, in risum res abibit. Sed ineamus sanè. Sit aliquis qui dicat cẽtesimam se collaturũ, nempe sexaginta talenta is dixerit. Age quinquagesimã quispiam dicet: hic duplũ dictæ summæ dixerit. & qd hoc est ad mille et ducẽtos camelos qui uehere pecunias Regi ab istis dictitantur? Sed uideamus porrò. Vultis igitur ut duodecimam conferamus, quingenta scilicet talenta? at neq; id ferre poßitis: neq; si statim deponatis, idonea sit pecunia quæ tanto bello satis esse poßit. φέρε γὰρ, τὴν ἑκατοστὴν τις εἰσφέρειν ἐρεῖ νῦν; ὀκοῦν ἑξήκοντα τάλαντα ἐρεῖ. ἀλλὰ πεντηκοστὴν τις ἐρεῖ τὸ διπλοῦν; ὀκοῦν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. καὶ τί τοῦτ' ἔστι πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας καμήλους ἃς βασιλεῖ τὰ χρήματ' ἄγειν φασὶν οὗτοι; ἀλλὰ θῶ βούλεσθε δωδεκάτην ἡμᾶς εἰσοίσειν, πεντηκόσια τάλαντα; ἀλλ' οὔτ' ἂν ἀνάσχοισθε οὔτ' ἂν εἰκατάθοιτε, ἄξια τοῦ πολέμου τὰ χρήματα. Hæc ferè summa eius orationis quãtum ad id quod quærimus pertinet: cuius sensus nõ facilè cuilibet explicabilis, memorabilis tamen mihi uisus est, propter collationis rationem singulari inuento expeditam. Ex his autem apparet totius ciuitatis cẽsum sex millibus talentûm æstimatũ à Demosthene. Sexaginta enim talen

talenta, centesima pars est sex milliũ: & quingenta, duodecima. Quare quod suprà diximus de talentis sex millibus in classes & centurias diuisis, non de censu tantũ mille ac ducentorum trierarchorũ intelligendũ Demosthenes his uerbis significare uidetur, de diuisione supradicta loquens, ἐπειδὰν δὲ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὑπάρχῃ, κελεύω ἐπειδὴ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων, ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ συντεταγμένα, διελεῖν τοῦτο, καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη. Cum uerò hæc ita constituta fuerint, auctor ero uobis ut cẽsum regionis qui sex milliũ est talentûm, diuidentes, centum partes faciatis sexagenûm talentûm, ut uobis quoq; pecuniæ certa formula cõstitutæ sint. Regionẽ agrũ Atticum significãs, qui in censu Atheniensiũ erat. In enarrationibus tamẽ Demosthenis, quæ incerto auctore circunferuntur, ita legimus, τὴν δὲ οὐσίαν τὴν τῶν χιλίων καὶ διακοσίων τριηραρχῶν τετιμῆσθαί φησι ταλάντων ἑξακισχιλίων. Bona autem mille & ducentorũ trierarchorũ cẽsa esse dicit talentis sex millibus. Hac ratione singuli quinis talentis censi erant, id est ternis millibus aureorũ nostrorum, quæ millies ac ducenties multiplicata, tricies sexies centena millia aureorũ coronatorũ fiunt. Harpocration autem in lexico decẽ oratorum, οὐχ ἅπαν φησὶ τὸ πλῆθος διήρητο εἰς τὰς συμμορίας ἀθήνησιν, ἀλλὰ μόνοι οἱ πλούσιοι, καὶ εἰσφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι. Nõ omnis (inquit) multitudo Athenis in symmorias distribuebatur, sed diuites solùm, & qui conferre ciuitati pecunias poterant. Quare Demosthenes (inquit ille) cum mille & ducentos dixit in oratione de Symmorijs habita, ditißimos significauit. Symmoritæ autem dicebantur qui eiusdem claßis erant: ut tribules, qui eiusdem tribus. Huiusmodi autem

Symmoritæ. Tribules.

autem diuisio populi facta fuit post tẽpora Solonis, sublata illa formula triplicis census, quingenariorũ, equitũ, & iugariorum. Suidas, Trierarchia (inquit) munus est sumptuosum. oportebat enim naues habere paratas, & omni parte ad bellũ instructas, eorũ sumptu qui hoc munus gerebant. Idem autẽ Demosthenes cum ante tempus actionũ Philippicarũ uideret populũ Atheniensem omni ordine solutum, theatris tantũ & spectaculis intentum, pecunias publicas partiri, nec pacis nec belli tempora institutaq; dignoscẽtem, orationẽ habuit quæ περὶ συντάξεως dicitur, id est de ordinatione ac constitutione ciuitatis: cuius orationis scopus is fuit, ut populus Atheniẽsis in certos ordines redigeretur, id est in milites qui hoplitæ, id est armati uel grauis armaturæ dicebantur, & in equites, & in alios qui extra hos ordines erãt. Ex ijs autem quæ ab auctoribus tradita in manibus uersantur, uix (ut arbitror) plena cognitio haberi potest supradictorũ: quale est quod de pentacosiomedimnis diximus, & de Trierarchis, & sex talentorũ millibus: nisi illum cẽsum ad annuũ prouentũ referamus: ut diuites eos fuisse intelligamus, qui quinûm talentûm redditu censi, munera trierarchiæ obire cogebantur: quod conuenire uidetur cũ eo quod de quingenarijs & trecenarijs dictũ est. Cũ id accuratè inquirerẽ, incidi in dictũ eiusdẽ Demosthenis in prima contra Aphobũ oratione, in qua orator circumuentum se esse à tribus tutoribus dicens, & bona sua fraude eorũ suppressa & interuersa, quæ illi pauca à patre relicta esse dicebant, ipse uerò ad quatuordecim talẽta fuisse contenderat, post narrationẽ statim ita inquit, τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας ὅτι τοῦτ' ἦν τὸ καταλειφθέν, μέγιστοι μὲν αὐτοὶ μάρτυρές μοι γεγόνασιν. εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ

Hoplitæ.

Demosthenis facultates.

ἐμοῦ συνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν, ὅσον περ τιμόθεος ὁ κόνωνος, καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα εἰσέφερον. Quòd uerò tantæ essent facultates à patre meo relictæ, maximi mihi testes ijdem ipsi facti sunt. siquidem in claßibus ordinandis ipsi pro me profeßi sunt, ut in uicenasquinas minas, quingenas ipsi drachmas conferrent, quantũ scilicet conferebat Timotheus Cononis, & ij qui maximos tunc census poßidebãt. His uerbis orator huiusmodi facere enthymema uidetur, Cum nomine meo tutores ipsi mei in classes diuitũ relati sint, & tantum conferre profeßi sint quantũ qui plurimũ, planũ fit me quoq; diuitẽ ab eis æstimatum. Deinde recitatis testimonijs, ita subdit, δῆλον μὴ τοίνυν καὶ ἐκ τούτων ἐστὶ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ, τρία τάλαντα τίμημα, ταύτην ἠξίουν εἰσφέρειν τὴν εἰσφοράν. Manifesta est igitur ꝑ ea quæ audistis, relictarũ mihi fortunarũ copia. siquidẽ quindecim talentorum censum tria talenta, collationẽ pro me profitendã censuerũt. Ex duobus his locis collatis intelligendũ relinquitur, quod Demosthenes de sex millibus talentũ dixit, de mille ac ducẽtis dixisse: & quod illi quinis talẽtis censi in capita dicuntur, exæquatis tenuiorũ cum copiosiorum fortunis, ita intelligendũ, ut quinta tantũ parte bonorum cẽsi essent, ut Demosthenes facultates suas quindecim talentûm fuisse ex eo argumentatur, quòd tutorum professione pupillari nomine facta, tribus talẽtis census sit: qua ratione & ditißimi cuiusq; substantia cẽsebatur, ea lege, ut hactenus conferre teneretur, si ratio ita posceret belli administrandi. Hoc est enim quod dixit in uicenasquinas minas, quingenas drachmas conferre, hoc est quintum quenq; denarium, ut more nostro loquar. Vigintiquinq; enim

enim minæ, duo millia & quingentas drachmas ualēt. sic fit ut sex millia talentûm ad triginta millia crescāt: ne temerarium sit quod Demosthenes dixit de pecuniarū copia quæ Athenis erant, & intelligimus immunē plebem esse inopē. Hoc confirmari & certius cōstitui ex oratione eius pro Ctesiphōte potest, in qua se rem trierarchicā lege lata præclare constituisse gloriatur: cuius legis hæc uerba sunt, τοὺς τριηράρχους αἱρεῖσθαι ἰδίᾳ τὴν τριήρη ἀπὸ τῆς οὐσίας καὶ τίμησιν, ἀπὸ ταλάντων δέκα. ἐὰν δὲ πλειόνων ἡ οὐσία ἀπὸ τετιμημένη ᾖ χρημάτων, καὶ τὸν ἀναλογισμὸν, ἕως τριῶν πλοίων καὶ ὑπηρετικοῦ ἡ λειτουργία ἔστω. καὶ τὴν αὐτὴν δὲ ἀναλογίαν ἔστω καὶ οἷς ἐλάττων οὐσία ἐστὶ τῶν δέκα ταλάντων, εἰς συντέλειαν συναγομένοις εἰς τὰ δέκα τάλαντα. Trierarchos eligi in singulas triremes pro modo census, qui scilicet denis talētis censi essent. Quòd si pluris in censu factitando æstimatæ eorū essent facultates, pro portione quoq; collationis, & muneris obeundi necessitatē esse, usq; ad nauigia terna in singulos, et eorū remigiū: eadem etiā ratione obseruanda in ijs quorū census minor esset classico, id est denûm talentûm, ita ut plures in idem munus cōtributi legitimū & classicū censum æquarent, & singulas triremes expedirent. Ea autē lege promulgata factum esse Demosthenes gloriatur, ut qui prius senideni trierarchiæ munus obibāt, ij singuli binas trierarchias obirent: quod mirum est. καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος, ὁ τῆς μιᾶς ἕκτος καὶ δέκατος ὢν πρότερον συντελής. Et ea lege ita subleuatos inopes esse ait, ut diuites ad iustum collationis modum adacti sint. quod ipse τὸ γιγνόμενον appellat: idq; re ipsa et euētu patuisse, utpote cum imperatis triremibus nemo eorū qui ad munera redacti erāt, aut munus detrectarit oblato supplice libello magist

Lex trierarchica.

magistratibus, aut in uincula ductus sit: aut nauis ulla instrumento defecta in portu relicta sit. Ante hanc trierarchiæ constitutionem sæpe uariata est ratio eius muneris: ut auctor est interpres Demosthenis in orationem καὶ μειδίου his uerbis, πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀναλώματος, καὶ ὁτὲ μὲν συνδυοῦσαν, ὅτε δὲ σύντρεις, καὶ ὁτὲ δὲ ἑκκαίδεκα τριήραρχοι, ὁτὲ δὲ χίλιοι. καὶ ὁτὲ μὲν ἡ πόλις τὴν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας παρεῖχεν, καὶ μόνον διὰ τὴν ναῦν ἐτριηράρχουν. ὁτὲ δὲ σύμπαντα οἴκοθεν οἱ τριήραρχοι παρεῖχον. Multæ autem circa trierarchias mutationes extiterūt, propter magnitudinē sumptus eius muneris: & nūc bini trierarchi, nunc terni in singulas naues fierēt: interdum senideni: fuit etiā cum mille essent trierarchi: & rursus fuit tēpus cum ciuitas publice trierarchis nautas & armamenta præbebat, & trierarchi nauem tantū præbebant: fuit etiam aliàs cū & nauē & armamēta & nautas trierarchi præberēt. Demosthenes uerò nouissimè binas etiam naues uni trierarcho attribuit, ὁ γοῦν δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἑνατριήραρχον ἐποίησε. Hoc idem ex ipso Demosthene confirmari potest in ea oratione, καγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ὅτε συνδυοῦ μὲν οἱ τριήραρχοι. καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί, id est, Atq; ego quidem (inquit) illo tēpore trierarchus esse cœpi statim atq; è pueris excessi, tumq; bini eramus trierarchi. omnem sumptū ex priuatis familijs suppeditabamus, ita ut & nauiū apparatū supplementumq; ipsi præberemus. Et paulo inferius, τηνικαῦτα δὲ τῶν πράγματος ἥπτα ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς. παρ' ὧν εἰσπραττόμενοι τάλαντον, ταλάντου μισθ

τȣ μισθȣ̃σι τὰς τριηραρχίας. Tum demum autem Midias trierarchiam attigit, cũ primùm mille ac ducentos collatores constituistis. à quibus isti talentum exigẽtes, talento trierarchias obeundas locant. εἶτα τὰ πληρώματα ἡ πόλις παρέχει, καὶ σκεύη διδώσιν. Tũ supplementa et armamẽta respublica præbet. Verba sunt oratoris eleuare contendẽtis munus trierarchiæ, quod Midias & diuites nõnulli graue esse sibi iactabãt tanquã uniuersi muneris redẽptoribus præbitoribusq́; eo se nomine populo Atheniẽsi imputantes. Ex q̃bus uerbis intelligimus, illos mille ac ducentos talẽta singula pẽsitare solitos, id quod suprà dictum est. Hic obiter unum locum apponã eiusdẽ auctoris, quem à paucißimis nostræ memoriæ satis intellectum esse puto. In eius enim orationis epilogo iudicum misericordiam captans ita inquit, καὶ νῦν κομίσασθαι τἀμαυτοῦ ζητῶν, εἰς κίνδυνον καθέστηκα τὸν μέγιστον, ἐὰν γὰρ ἀποφύγημε οὗτος, ὃ μὴ γένοιτο, τὴν ἐπωβελίαν ὀφλήσω μνᾶς ἑκατόν. Nuncq́; cum res meas recuperare contenderem, in maximum discrimen adductus sum: utpote qui centũ minis continuò mulctandus sim, si (quod abominor) iste ab intentione mea absolutus euadat. Quibus uerbis hoc significat orator, actionem tutelæ quæ infamiam tutori obdolum, id est κακουργίαν damnato irrogabat, ut apud Romanos, sic apud Athenienses nõ temere aduersus tutores intẽdi solitam. Maior enim factus, id est δοκιμασθεὶς, hac actione agens, nisi reum perageret, & secundum se iudicium obtineret, sexta parte census sui mulctabatur, quæ in reum absolutum cedebat. Demosthenes centum minas epobeliæ nomine sibi taxauit, si in eo iudicio aduersos calculos ferret. Ex quo intelligimus sexcentis eum minis censum fuisse, hoc est decem talentis. In ea autem oratione Aph

Locus Demosthenis explicatus.

Locus animaduertendus.

ne Aphobus tutor ei obiecit quòd decem talenta in censu haberet, cum ipse spoliatum se à tutoribus & ad inopiam redactum conquereretur. Epobelia uerbum est satis frequens apud oratores, ex hoc dictum, quòd in quamlibet drachmam calumniæ reus obolo mulctaretur, cum seni essent oboli in drachma. Sed Suidas intellexit sextã partem æstimationis litis. Harpocration sextam partem census intellexisse uidetur: id quod Demosthenis locus significare mihi primore sensu uisus est: sed cum tertiam orationem in eũdem legerem, intellexi Aphobum unum ex tutoribus decem talentis damnatum tutelæ iudicio, quanti scilicet orator litem illam in intentione libellari æstimarat. Sic enim inquit, οἱ δικαστὰι δ' ἀκούσαντες εἰς οὓς ἐφῆκε, ταυτὰ καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δέκα ταλάντων ἐτίμησαν. Iudices autem ad quos ipse ab arbitris prouocarat, cum hæc audissent, eadem ipsi quoq́; cũ arbitro atq́; eius amicis ut compromissarijs censuerunt: eiq́; litem decem talentis æstimauerunt. Hæc uerba Demosthenis circa finem eius orationis quæ πρὸς ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν inscribitur, leguntur corruptißimè in libris quidem impreßis: sed ea nos sic emendanda affirmamus. Quoniam igitur litem talentis decem, id est minis sexcentis æstimarat: ἐν τῷ ἐγκλήματι τῷ αὐτοῦ, id est in libello intentæ actionis, ideo centum se minis, id est mille aureis nostris periclitari cum infamiæ nota dixit, quæ sexta pars est æstimationis litis. Cæterùm Plutarchus diuitem patrem Demosthenis fuisse dicit, & in copia bonorum septem annos natum filium Demosthenem reliquisse. ἀπολειφθεὶς δ' ὁ δημοσθένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἑπταέτης ἐν εὐφορίᾳ, μικρὸν γὰρ ἀπέλιπεν ἡ σύμπασα τίμησις

Epobelia.

Locus Demosthenis emaculatus.

τίμησις αὐτῷ τῆς οὐσίας πεντεκαίδεκα ταλάντων, ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων ἠδικήθη. Relictus autem à patre Demosthenes septennis in abundanti patrimonio (ut quod omnibus supputatis paulo minus quindecim talentis æstimaretur) à tutoribus per iniuriam fortunis euersus est, cũ partem bonorũ eius in rem suam uerterent, partem per incuriam perderent, ita ut ne præceptoribus quidẽ eius mercedem docendi soluerent. Quindecim talenta, nouem millia aureorum nostrorũ ualent. Ita quæ summa Romæ post spoliatum orbem à Romanis, Aesopi patinam æquare non potuisset, Athenis diuitiarum nomine censebatur. Idem Demosthenes circa finem orationis eius, Καί τοι πῶς οὐ δεινὸν εἰ ἕτεροι μὲν οἴκοι ταλαντιαῖοι καὶ διταλάντιοι καταλειφθέντες, ἐκ τῆς μισθωθῆναι διπλάσιοι καὶ τριπλάσιοι γεγόνασιν, ὥστε ἀξιοῦσθαι λειτουργεῖν, ὁ δ' ἐμὸς τριηραρχεῖν εἰθισμένος καὶ μεγάλας εἰσφορὰς εἰσφέρειν, μηδὲ μικρὰς διυνήσεται διὰ τὰς τούτων ἀναισχυντίας. Atqui non acerbum mihi esse non potest, quod cũ reliquorũ ciuiũ domus talentares & ditalentares tutoribus oblocantibus duplo triploq; copiosiores factæ sunt, ita ut dignæ tandem uiderentur quæ muneribus publicis obeundis adscriberẽtur: mea autem domus, quæ olim trierarchiæ muneri assueuerat, & collationibus pensitandis, nunc ne tantulam quidem collationẽ ferre poterit istorum impudentia. Oecũ, id est domum, oratores Græci pro uniuersis facultatibus & censu accipere solent, quem loquendi morem lingua Francorum refert. Verùm ex his uerbis intelligimus & trierarchiam & collationẽ ijsdem capitibus incubuisse, ac ignominiosum fuisse munera ista dispẽdiosa nõ obire. Sunt & alia ad eandem rem pertinentia, quæ ex hac & altera in eundem tutorẽ oratione colligere potuissem: ut quædam

οἶκος.

quædam esse bona quæ in censum non uenirent, quæ Atele, id est, immunia à Græcis appellãtur: sed hæc sufficere uisa sunt, & nonnihil etiam ijs qui Demosthenem sunt lecturi, profutura. Quod autẽ de locatione domuũ Demosthenes dixit, de domibus instructis intelligendum est, ut diximus: ut de officinis cum seruis opificibus. Nunc à medimno ad inferiora descendamus: & id quod quærimus, certißimo quoq; uestigio legẽdo prosequamur. Sextarius (ut inter omnes conuenit) cotulas binas capit, quæ latinè Heminæ dicuntur. Quanquã hac uoce Italica etiam antiqui Græci usi sunt, ut Athenæus lib. XVII. τὴν δὲ κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίμναν. Sextarius inde dictus, quòd sexta pars sit congij. A' sextario enim ut à principio ordiri oportet. huius enim mensuram si tenuerimus, omnia prona deinceps erunt. Cato. cap. LVII. Vinũ familiæ, ubi uindemia facta erit, loram bibat menses tres: mense. IIII. heminas singulas. In mense cõgios ternos. mẽse. V. VI. VII. VIII. in dies sextarios singulos: in mense congios quinos. nono, decimo, undecimo in dies heminas ternas. in mense unam amphoram. Cato mense quarto heminas singulas in dies singulos epotas congios ternos facere dicit, id est sextarios denos octonos, & sextarios singulis diebus epotos sequentibus mensibus quatuor, in mense quinos dicit esse cõgios, hoc est tricenos sextarios. & rursus alijs mẽsibus in dies heminas ternas, in menses singulas amphoras esse docet, id est quadragenos octonos sextarios, uel nonagenas senas heminas: qua ratione tamẽ quaternæ uel senæ heminæ deesse uidentur, si tricenos dies in mensem statuamus. Sed aliter Cato rationẽ colligere tam commodè non potuit, nisi amphorã pro nonagenis heminis diceret, etiã si amphora eo amplius sex heminas capit, cum aliud uer-

Atele. Ἀτέλη.

Sextarius. Cotulæ. Heminæ.

Amphora.

bum mensuræ non haberet. & alioquin habuisse uidetur rationẽ intertrimenti liquoris, id est eius quantitatis quæ deperit & intercidit cum uinũ uel lora heminatim bibitur. Simile est quod heminas singulis diebus potas, in menses congios ternos facere dicit. hac enim ratione mẽsis sex et triginta dies habet: qui si exactè taxare uoluisset, duos congios & semißẽ dixisset. Sed noluit tã anguste rationẽ præscribere. satis tamẽ apparet ex eo loco in cõgio duodecim esse heminas, quæ sex sextarios cõtinent. Sed & illud iam tenemus, quod maximè ad rem pertinet, sextariũ sextamdecimã partẽ esse modij, quæ tertia pars est amphoræ. quippe cum in amphora Cato sex & nonaginta heminas ponat, & sextarius citra controuersiã binas heminas capiat, si amphora ter modium capit (ut prædictũ est ex carminibus supradictis) modius sextarios sedecim continebit, id est duas & triginta heminas, quæ tertia pars est amphoræ. Sed de modio citanda sunt exempla. Cato: Vbi sementẽ paraueris, glandem parari legiq; conuenit, & in aquã conijci. Inde semodios singulis bubus dare oportet, si laborabũt. Columel. de bubus aratorijs loquens lib. VII. Bubus pro tẽporibus anni pabula dispensantur. Ianuario mense fresi & aqua macerati erui quaternos sextarios mixtos paleis dare conuenit, uel lupini macerati modios, uel cicerculæ maceratæ semodios. Idem si grano abstinemus, & regionis copia permittat, cũ fronde laurea & ilignea glans adijcitur, quæ nisi ad satietatẽ detur, scabiem parit. Potest etiã si prouẽtus uilitatẽ ficit, semodius fabæ fresæ præberi Nouembri mense ac Decembri. per sementem quantũ appetit bos, tantum præbendum est: plerumq; tamen sufficiunt singulis modij glandis, & paleæ ad satietatem datæ, uel lupini macerati modij, uel erui aqua conModius.

sperſi sextarij septeni permixti paleis, uel cicerculæ similiter maceratæ sextarij duodeni, uel singuli modij uinaceorum. His exemplis conijcere possumus modiũ Romanum non dispare fuisse ei mensuræ quam Bœotiũ nostrates uocãt, cum sit diurnus cibus bouis aratoris modius aut semodius pro uarietate pabuli. Apud nos equis uiatorijs per diuersoria cibus status est in dies cistellæ ternæ auenæ, ut in Italia ordei. Sic enim semper tulit stabulariorum formula. Sed strigosis equis, cum longis itineribus fatiscunt, auctariũ noctu dari solet, id est quarta cistella. Hæ quaternæ mẽsuræ Bœotium nostrũ triticarium implent, qui modus pabuli est omnibus iam sarcinarijs equis per stabula uiatoria statutus. Diximus amphorã binas urnas caperc, quæ singulæ uicenosquaternos sextarios continent. Hoc ex eodẽ auctore lib. XIII. cõprobabitur his uerbis, Ex hac compositione quantũ in sextarios musti quadragenosoctonos adijciendũ sit, incertum est: quoniã pro natura uini æstimare oportet quid satis sit: cauẽdumq; ne conditus sapor intelligatur. ego tamen, si humida fuerit uindemia, trientẽ: si sicca, quadrantẽ medicaminis in binas amphoras miscere solitus sum, ita ut quatuor urnarũ esset musti modus. Vrna autem quatuor & uiginti sextariorum. Plin. lib. XIIII. de nimio potu uini loquens, Famam apud Græcos Alcibiades meruit, apud nos cognomẽ etiã Nouellus Tricongius Mediolanensis ad Proconsulatum usq; è Prætura honoribus functus, tribus cõgijs (unde & nomen illi fuit) epotis uno impetu, spectãte miraculi grãtia Tyberio principe in senecta iam seuero, atque etiam aliàs sæuo: sed ipsa iuuenta ad merum pronior fuerat. In antiquis tamen non Nouellus Tricongius, sed Nouellus Torquatus legitur, & rectè: alioquin frustra Plinius

Equorum uiatoriorum demensum.

Equi sarcinarij.

Plinij locus.

adiecisset, unde & nomen illi. Quis enim non intellexisset, etiam Plinio tacente? Neq; ipsa iuuenta lego, sed ipsi, id est Tyberio, ut iuuenta sit rectus casus. Et paulò pòst, Tricongij rara gloria. In omnibus antiquis legitur, Torquato rara gloria. Idem paulo inferius, Tergilla Ciceronem Marci filium binos congios simul haurire solitũ ipsi obijcit, Marcoq; Agrippæ à marcido ac temulento scyphum impactũ. Plinium auctorẽ habemus decem & octo sextarios uini, id est tres cõgios, uno haustu epotos à Torquato, & duodecim à Ciceronis filio. Quare non uideo quonã modo intelligi possit quod apud Politianũ legitur, quòd amphora triplex efficit sextarium. Tranquillus in Tyberio, Ignotissimum Quæsturæ candidatũ nobilissimis anteposuit ob epotam in conuiuio propinante se uini amphorã. Tranquillus uini amphorã, id est octo congios seu duodequinquaginta sextarios uno cõuiuio ab homine uno haustos dixit. quòd si amphora ex area cõstaret quoquouersus quaternũm pedum, ut Politianus uoluit, ne de duodecim quidem bibacissimis hominibus id credi posset. Post hæc antiquitatis monumenta cum mensurarũ modos deprehendere magnopere cuperẽ, ad pondus examinare rem institi. quo facto, cum nec ex carminibus illis, nec ex Plinio responderent, nihil potius tandem inueni, quàm id quod apud Isidorum, non optimum ipsum auctorẽ, ne harum quidẽ rerum, legitur. usqueadeo (quod Plinius aiebat) nullus liber tam malus est, ut nõ aliqua ex parte prosit. Hemina (inquit ille) appendit librã unam, quæ geminata sextarium facit. Sextarius enim duarum librarũ est. Hoc cum legissem, illico tres libras nummularias, id est sesquilibram negociatoriam in lance grandiuscula statui, cuiusmodi sunt lances quibus ad argentum expendendum

Ciceron. filius temulentia inclytus.

Pulchrum dictum Plinij.

utuntur. in opposita lance aquam fundere famulum qui mihi adstabat iussi, quoad rem deducerẽ ad exactũ æquilibrium, id quod assecutus sum adijciendo uicissim adimendoq; aquulã argentea ligula. tum uascula stannea implendo, non usualia illa quidem & ex supellectili sumpta, sed iustæ omnino mensuræ, quibus uenditãdo uino cauponantes uti solent, tandẽ comperi duas libras Romanas, id est duodenarias, quæ tribus octonarijs, id est nummularijs respondẽt, eam omnino esse mensurã, quam ternos semisextariolos lingua uernacula huius urbis appellat, qui dodrans est eius mensuræ quam pintam eadem lingua uocat. Hoc comperto, cum uasculũ illud dodrantale tritico primæ bonitatis implerẽ, identidemq; in modiũ, id est Bœotium transfunderẽ, non antè æquatũ ad summa labra reddidi, quàm sedecies impletũ itidem uasculum in modium transfudi. Id cum ad pintam exigerẽ, duodecies exhausi exacta obseruatione transuasando. Hac ratione cum cotula geminata sextariũ faciat, qui bilibris est, oportet eam libralem esse, id est sex & nonaginta drachmas pendere. ita Oxybaphus qui cotulæ quarta pars est, quatuor & uiginti drachmarũ erit, hoc est quadrantale. & Cyathus qui sextarij duodecima pars est, sedecim drachmas pẽdebit, id est sextantem Romanæ libræ. Nostra uerò pinta, duodecima pars est modij: id est amphoræ sexta & tricesima. Illud testandũ habeo, quòd quicquid de mensuris liquidorum dixi, uel dicturus sum, id de ijs intelligi uolo, quas regias hac in urbe appellamus, de quibus ius dicere decurionũ est Parisiensium: alioquin nulla dari certa doctrina posset, cum multifarij mensurarum sint moduli, & ferè euariantes per regiones urbis, prout cuiusq; regionis solum huius & illius ditionis imperio mero paret. Ari-

Oxybaphus.

Pinta Parisina.

dorum autẽ menſuras triticarias intelligi uolo, quoniam minores ſunt ijs quibus auenam admetiuntur. Hac ratione uſus, cõperiſſe me arbitror (nec temere, ut ſpero) amphoram eſſe octauam partem eius uaſis quod modium uini dicimus. Modium uini Pariſinũ tricenos ſenos ſextarios noſtros capit. Sextarius autẽ octonas eas quas pintas dicimus. In aridis autem pro amphora quadrantem ſextarij habemus, id eſt ternos boſſellos, pro quibus uas trimodiũ habemus dimidiatum medimnum. Sic fit credibile quod à Tranquillo dicitur epotam uno conuiuio ab uno homine uini amphoram. Ex hoc æſtimare licet tres modios annulorum Carthaginem miſſorum ab Hannibale poſt Cannenſem cladem, uel unum modium ſecundum alios annales. Ecce autem rurſus de integro controuerſia ab eodem auctore, qui cum toto penè hoc opere certandũ nobis fuit, & diſceptatrice tamen plerunq; exemplarium uetuſtate ſecundum nos (ut ſpero) iudicatũ eſt, id quod hic ſperare non datur. Quippe in omnibus exemplaribus ita legitur apud Plinium, unum nobis ipſum uitiligatorem (ut eius ipſius uerbo utar) in hoc opere oppoſitũ. Sic igitur apud Plinium lib. XXI. legitur: Drachma Attica (ferè enim Attica obſeruatione medici utuntur) denarij argentei habet pondus, eademq; ſex obolos pondere efficit, obolus decem calchos. Cyathus pendet per ſe drachmas decem. Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem, id eſt drachmas quindecim. Mna, quam noſtri minam uocant, pendet drachmas Atticas centum. Huius loci auctoritate carmen illud emanaſſe puto apud Priſcianum de Cyatho,

Bis quinq; hunc faciunt drachmæ, ſi appendere tentes:
Oxybaphus fiet, ſi quinque addantur ad illas.

Amphora. Modius. Menſuræ Pariſienſes.

Loca Plinij corrupta rem controuerſam faciunt.

Primum

Primum igitur ad hoc reſpondere poſſum, non magis hoc dictum contra me pugnare, quàm contra Plinium ipſum, ſi ei litem retorquere tabulis (ut dicitur) ab eo obſignatis uelimus. Si enim denarius Atticæ drachmæ pondus habet, quonã modo iuſtum fuit ex libris argenti octogenos quaternos ſignari, id quod ipſe libro XXXIII. dixit? Id etiam contrarium eſt ei dicto quod apud Priſcianũ legitur, tres denarios Romanos, quatuor drachmarum inſtar eſſe. Præterea quonam modo conuenit id quod lib. XII. de thure loquens inquit, inueniri guttas thuris quæ tertiam partẽ minæ, id eſt undequadraginta denariorũ pondus æquent: uel ut in antiquis, duodetriginta, & in quibuſdam undetriginta? Quid quòd lib. XIIII. de Nectarite loquens, quadraginta denariorum pondus pro quinq; uncijs poſuit? ut ex Dioſcoride ad uerbũ probabimus. Hæc ut uniuerſa colliduntur, ſic ſingillatim alterum alteri adſtipulatur. Vt enim illud duodecimi cum dicto triceſimitertij cõuenit (ſiquidẽ ter duodetriginta, octoginta quatuor fiunt) ſic cum uiceſimiprimi loco pugnat, ubi denarius & drachma æquãtur. Rurſus quòd quadraginta denariorũ pondus pro quinq; uncijs ponitur, hoc argumentum eſt quòd Plinius in libra ſex & nonaginta denarios eſſe uoluit, & totidẽ drachmis æquauit. Quid igitur hic faciam? hæream? ſuſcepto id operi omnino non congruit. Opus enim perfectũ rectè præbiturũ me approbaturumq; ſpopondi, uel eorum arbitratu quos iudices elegi. hanc legem locãdo opere memini dictam eſſe. Pericliter? Vereor ne audaciæ id plenum ſit: ſed quandò flectere non datur, potius adeundum periculũ eſſe cenſeo, quàm tot dierum diſpendio cœptum iter abrumpendum. Tanto igitur piaculo me obſtringam, ut Plinij auctoritatem uel argumen-

tis ualidißimis superiorem esse aut negem aut dubitem? Quidni id faciã? cum multis in rebus non modò cum iuratißimis auctoribus uetustatis pugnantẽ cum ostenderim, sed etiam ipsum secum: quod plerisq; in locis emendatorum culpa contigit, ex quo fit ut lectio Plinij obseruantißimum quenq; lectorẽ maximè nunc torqueat. Qua in re adnotanda Hermolaus Barbarus, cuius nunquam sine laudis præfatione meminisse debeo, paulo religiosior fuisse mihi uidetur, præsertim assumpto castigatoris titulo seuerißimo. debuit certè altera præsertim censura denuo stylo exacuto uel ad uiuum expungere, ne rebellarẽt, tot ulcera, quorũ multa sanasse se nõ immeritò gloriatus est. Ego ut ingenio pusillo, tantũ nomen sustinere nequeã, ut subcastigatorẽ Plinij profiteri me nisi uerecũdè audeam: sic ea quæ occurrũt uitia, & commentantẽ me morantur, si sanare ingenij ui non posßim, commonefaciendis studiosis ueluti scalpro circumscribam, ne latius error serpat. Atqui sic existimo, præuaricationis notam effugere eum medicum non posse, qui quæ restituere sanitati nequit, uelut non animaduersa, silentio transmittit. Quanquam uir ille magnus, ac non modò stylo graui doctrinamq; eximiam redolenti commendabilis, sed etiam sententijs seuerus, in quibus mores probi eluescere uidentur (quæ duo pariter in paucis æqualibus memoriæ eius agnosco) in altera editione ita gloriatur, quasi monstra quædam errorum uelut latitãtia mancipia reprehenderit, quæ in prioris editionis tumultu oculos eius effugerant, à quibus ipse pœnas sumpserit flagitij prioris et fugæ, ut ipsius uerbis utar. In quo mihi profectò longè falsus fuisse acer homo uisus est. neque enim aliter eum dixisse atque existimasse puto. Quippe ut plurima errata emendauerit, plura tamen

Plinius unde secum nonnunquam pugnet.

Hermolaus Barbarus.

men eum fugisse aut certè flagitiosiora non dubito, quæ ut acriorem sagaciorem q; fugitiuariũ non mancãt (quandoquidem undecunq; doctißimus fuisse ut ætate illa uidetur) certè ociosiorem poscunt, huicq; uni rei aliquãdiu feriatum. Hermolao autẽ uenia fortasse danda est, qui Aristoteli & Themistio uertẽdis intentus, tumultuarias nimirum castigationes Plinij uelut animi causa aggressus est. At ego secundi meriti id esse existimo, errorũ uel librariorũ, uel emendatorũ, uel auctoris deniq; ipsius, si res ita ferat, lectores admonere, etiam si meliora inuenire nequeas. Existet enim olim, imò propediẽ, qui ulteriora inueniget. Quòd si semper in auctorũ quantũuis receptæ auctoritatis uerba adacti, ne unguẽ quidẽ latum ab eorũ dictis recesserimus, nihil habebit utiq; posteritas quod inuentis maiorum suorũ addat. Atqui maiores nostri si post centum annos ignaua etiam ipsi antiquitatis ueneratione ducti, nihil nouarũ rerum aggredi ausi fuissent, literarũ nunc illustrationẽ bona ex parte desideraremus. In queis ego Laurentium Vallensem Herculis Alexicaci nomine dignum censeo, qui nullius unquã hominis offensione, aut scriptoris auctoritate deterritus est quo minus ueritatẽ à monstris uindicare niteretur. Equidẽ etsi leonino me tergore clauaq; munitũ esse cum eius notæ commẽtatoribus non sentio, ut cuiusuis ærumnæ Herculem futurũ me profiteri confidam, in umbraculis mecũ ipse domesticis, non in campo sub magistris antiquitatis exercitatus: nunc tamen semiermem saltem fiduciã ad ueritatẽ tuendã afferre mihi uideor: itaq; omnes esse animatos, præsertim Francos cupio, quandoquidem externi quoque iam cum antiquis literarum gloria certant. Hic igitur ut commiscì multa posßim, sic nihil potius facturus sim fortasse, quàm

Inquirendum etiam in antiquorũ scripta.

Laurẽtij Vall. laus.

ut dicam Plinium quæ de ponderibus hic constituere uoluit in sequentibus libris de medicinis dicturus, ea ex commentarijs medicorum transcripsisse, qui Græcè ipsi bona ex parte scripserant. Id quod idem ipse Plinius contestari uidetur cum inquit, Et quoniã in mensuris quoq; ac ponderibus crebrò Græcis nominibus utendum, interpretationem eorum semel hoc in loco ponemus. Non eadẽ autẽ pondera medicinalia & negotiatoria fuisse ex eo conijcio, quòd hodie pharmacopolæ alia drachma in componendis pharmacis utũtur, & alia in rebus quas uenditantes appendunt. Medicinales drachmas nouẽ in uncia esse dicũt: qua ratione in singulas libras nostras sedecim drachmarum pondus decedit. Quin & Celsus lib. v. de simplicium facultatum mixtura loquens, Sed & antea (inquit) sciri uolo in uncia pondus septem denariorum esse: unius deinde denarij pondus diuidi à me in sex partes, id est, sex uncias, ut idẽ in uncia denarij habeam, quod Græci habent in eo quem obolum appellant. Id ad nostra pondera relatum, paulo plus dimidio scrupulo facit. His uerbis Celsi medicinæ auctoris, duodecim drachmæ ex libra Romana decedunt, quod ratam proportionem habet ad deceßionem libræ nostræ qua nostri medicamentarij in temperandis medicamentis utũtur. Vt enim libra nostra sesquitertia est ad antiquam libram relata, sic sedecim tertia parte duodecim superant. Verùm id immutauit Celsus, quòd denarium in sex suas unciolas diuidere maluit, quàm in sex obolos, seu in sex semiscrupulos. hoc ideo fortasse, quòd obolum Græcum grauiorem esse paulo semiscrupulo Romano scribit. quod nisi de medicinali semiscrupulo intelligas, pugnabit cum Pliniano dicto. Huic rursus opinioni refragatur quod Plinius centũ drachmas Atticas

Celsi locus.

Atticas in mina ponit, quod iustum est pondus minæ. Quare nihil ulterius causari nunc in animum induxi, ut quisque pro captu secum ipse hoc faciat. Satis autem habui hoc dicere, experimento me cognouisse, sextarium Romanum dipondium pendere, id quod rursus mihi credi nolo nisi argumentis optimis probauero. Iamprimum ipse Plinius libro decimooctauo, de tritico loquens, sic inquit, Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maximè decernitur. Et paulum infrà, Nunc ex ijs generibus quæ Romam inuehuntur, leuißimum est Gallicum, atque è Cherroneso aduectum. quippe non excedunt in modium uicenas libras si quis granum ipsum ponderet. adijcit Sardium sex libras, Alexandrinum & trientes. hoc & Siculi pondus, Bœoticum totam libram addit, Aphricum & dodrantes. His uerbis Plinius docet quod deterrimum sit triticum, id pendere in modios uicenas libras. quod autem longè optimum, ut Aphricum, septem & uiginti libras & dodrantem. Hoc cum ego probare uellem, tritici sex semisextariolos nostros, id est, sesquipintam pro captu bilancis admensus, in altera lance depleui, & ponderibus identidem examinatis ad parem tandem libram perueni. Hoc cum in lectißimo tritico feciſſem, põderaq; adnotaſſem, ad aliud triticũ transij. Erãt enim mihi puluini duo Franciani tritici sulcatim (ut assolet) in horreo dispositi, ut eodẽ ex agro, sic non eadẽ sege te. cum igitur ex eo similiter eandem mensurã pensitarẽ, hoc discriminis adnotaui, ut quod in eis puluinis eximium esset, & exactè excussum uentilatumq;, eius mẽsura iam dicta leuiter agitata, & radiolo stricta, dipondiũ nostrũ & quadrantem penderet, lance etiã pessum eunte. quod autem

Sextarius Romanus. Pondus sesterũ.

Pondus tritici

autem negligentius uentilatum, & nonnulla ex parte lolio & melanthio mixtum, aut alia seminum inanitate, id duas libras & quadrantem siciliquo minus in æquilibrio teneret. Hæc mēsura, id est, sex semisextarioli (quos sextarios duos Romanos iudicatū iri, omnibus fortunis meis cauere non dubitarim) si quis diligenter animaduertere uelit, & ueritatem modulis ac ponderibus explorare, seni inquam semisextarioli octauam partem modij efficiūt, quorum pondus triticeum si octonario multiplicetur, fiēt in summa duodeuiginti libræ nostræ, lectißimi quidē tritici: deterioris autem, id est, quisquilijs seminum mixti, duabus uncijs minus, id est, siciliquis octo. Porrò cum libra nostra (ut sæpe dixi) zygostatica qua merces appensiles negotiatores admetiuntur, quadrante maior sit libra Romana, fit ut duodeuiginti libræ nostræ, quatuor & uiginti Romanas libras æquent. Ita fit ut triticum nostrum in agro qui Francia dicitur natū, duabus libris Siculo leuius sit: cuius tamen supremam notam existimo semissem aut quadrantem uigintiquatuor libris addere posse. Hoc genus experimenti cum cuiuis obuium sit & expositum, non est cur alia Plinij auctoritate uel uera uel mendosa impugnare ueritatem quispiam citra pertinaciæ reprehensionem poßit. Hic siquis selibras legat, ut quædam habent exemplaria antiqua, ut sit, adijcit Sardium selibras: hoc etiam amplius id quod agimus confirmabit: cum Plinius dicat grauißimum frumentum libras unā & uiginti & dodrantem pendere, & nos experimēto didicerimus, quod optimū apud nos sit frumentū, id in modios Romanos quaternas & uicenas libras pēdere. Quare nisi Plinius in pondere deceptus est, aut nisi negligentius rē explorauit, uel nostrū triticum etiā Africæ præstantius est, uel

uel libra Romana maior aliquanto fuit quàm nos eā esse statuerimus. tamen periculum nullum est (ut arbitror) ne minorem fecerimus libram, cum mensuras auxisse uideamur quæ pondere deprehenduntur. In hanc enim tantùm partem errare potuimus, utpote cum Plinius sextarium centum & uiginti drachmarum faciat, quem nos bilibrē fuisse contendimus, id est, drachmarum centum & nonagintaduarum. qua ratione hemina libralis fuit, quam Plinius sexaginta drachmarum fuisse dicit, id est, tertia parte minorem, atq; eo amplius. Carmina autem quæ apud Priscianum leguntur, sextariū uiginti unciarum esse statuunt: quo fit ut noster, id est, is qui à nobis positus est, superquintus sit eius. id est, quinta parte superans. De hoc quid statuam, non habeo, nisi Plinium omnino puto selibras, id est, dimidiatas libras scripsisse, sed non satis pondus compertum habuisse. Quod rursus ne credas, facit id quod ipse alibi dicit eodē libro, Siligineæ farinæ modius Gallicæ XXII, libras, Italicæ duabus tribus ue amplius. Hæc uerba significant Pliniū diligenter hæc inquisiuisse. & præterea duas & tres libras addit Italicæ siligini, non tantum selibras. Itaque si uerum est Plinium hæc exactè inquisiuisse, & liber eo in loco nō corruptus est, necessariò dicemus triticum non Gallicum tantum, sed & Francicum, ponderosius esse illis quæ à Plinio enumerata sunt. Fortasse etiā Plin. libras illas uicenas, centenarias libras intellexit, hoc est minales, quales libras argētarias fuisse ostendimus, hoc est plenas libras. qua existimatione paulo plus dextante ad supradictū pōdus accedit, hoc est octoginta drachmæ, & aliquid amplius. Hoc quoq; si admiserimus, non ideo tolletur scrupulus, quia adhuc nostrum paulo amplius libra una superabit. Vt tamē cū ijs libris

Plinij locus.

libris sentiam qui selibras habēt, facit contextus uerborū sensim ad librā & dodrantem perducentiū rationem. Et præterea Plinius non sex libras sed senas dixisset, quia uicenas dixerat. quod ualidius argumentum est. In hoc obice aqua hæreat necesse est. Sed si Plinius alteri cuipiā uel libero uel seruo pōderis examinationē tædiosam crediderit, uel calculo deceptus est, non magnopere mirum est, cum Cicero in Catone Laërtē stercorantem agrum apud Homerum faciat, alicuius fide deceptus. Nec enim in primo lib. nec in XVI. nec in ultimo id legitur Odysseæ, in quibus tantum Laërtis meminit Homerus: nisi in obseruatione aliquid me latuit. Verùm ne uanitatis arguar temere à primo quoque hoc probare uolente, monitos hoc ad pondus examinaturos uelim, in expendendo tritico multum id referre, quo'nam modo mēsura impleatur. Si enim nō modò leuiter agitetur implendo, sed diu quatiatur, aut manu prematur antequā radio exæquetur, pondus nō leui momento crescet. Interesse etiā arbitrantur, triticū recens tritum sit & uentilatum, an diu in horreo asseruatū, cuiusmodi (ut dixi) nostrū erat in puluinis sulcatis digestum. Illud enim recens ab arista, & pulchrius esse aiunt, & grauius: hoc ut tēpore exactum, sic leuius esse. certè apud nos uendibilius est ex eadē segete quod eodē mense batuitur, & in fōrum aduehitur, uidelicet quod plus farinæ & panificij reddat. Verùm qui hoc quod diximus, tritico expendendo fecerit, tū demū aquæ pondus exploret. futurū enim recipio, ut quæ mēsura tritici duas libras nostras & quadrantē pependerit, id est, sex & triginta uncias, eadē treis libras nostras, id est, quatuor Romanas pōdere aquæ efficiat, ut sit inter triticeū aqueūq; pōdus proportio sesquitertia: qua ratione bilibrē fuisse sextariū antiquum

Ciceronis erratū in Catone.

antiquum necesse est: id quod Isidorus ex quopiā auctore antiquo scripsit: etiā si Plin. heminā sexagintā drachmarum esse dicit: quod perinde ualet, atq; si sextariū libræ unius & quadrantis esse dixisset. Hoc idē in hordeo expertus, cōperi sextariū pendere XV. uncias, & tres drachmas. qua ratione quaterni sextarij quinas libras Romanas & sescuncem efficiunt, & modius uicenas libras & selibram, quod non conuenit cum dicto Plinij, qui de frumentis loquens, Leuissimū (inquit) ex his hordeum rarò excedit XV. libras. quare nostrū dissimile esse Italico dicendum est. Quanquam Columella lib. II. de hordeo loquens ita dicit, Alterū quoq; genus hordei est, quod illi distichum, Galaticum nonnulli uocāt, pōderis & candoris eximij, adeò ut tritico mixtum, egregia cibaria familiæ præbeat. Seritur circa Martium mensem. Distichum hordeum uocat, & Galaticum, hoc est Gallicū, quod culmum habet binis uersibus aristatū, ciusmodi est nostrum. Hoc Columella reliquo ponderosius esse dicit. Quare cōturbari nos Pliniano hoc uerbo nō oportet, quasi ijs quæ diximus ex eodem ipso Plinio, refragante. Extat in actis Decurionum huius urbis, medimnum lectissimi tritici appensum iussu Decurionū fuisse, inuentūq; esse pondus centū & sedecim librarū. quæ ratio efficit in modiū undeuicenas libras nostras & triētes. Proxima nota in modios undeuicenas libras & sextātes nō excessit. Sed propterea ego minus pōdus inueni, quòd modiū Romanū secutus sum, nō Parisinū. At inter amphorā Rom. & nostrū quadrātē tantū interesse testatus sum, quātū inter mēsurā rasam et cumulatā. Quòd aūt libræ Ro. modū deprehēsum habeamus, ex ijs quæ de re nūmaria diximus, satis ītelligitur. Pōt tamē id & alijs adminiculis ꝓbationū cōfirmari.

Pondus tritici

Colum

Columella lib. VII. de cibarijs aratorum boum loquens, Martio & Aprili debet ad fœni pondus adijci, quia terra proscinditur. sat erit autem pondo quadragena singulis dari. Quadraginta pondo Romana, nostra sunt triginta. Fœni autem fasces apud nos, si iusti sint ponderis, duodenas libras pendent, & interdum ternadenas. At huiuscemodi binos in dies cum auenæ cistellis tribus equi singuli sarcinarij aut iugales poscunt, qui quidē sint mediocri magnitudine. Hi duas & triginta libras Romanas pendent. Trecenas autem libras bubus singulis sufficere Ianuario & Februario Columella affirmat: Martio autē & Aprili quum labor intenditur, quadragenas, aut quū grani est penuria. Ita hac parte libræ Romanæ ad nostram relatæ analogia congruit. Sextarius igitur Romanus eam mensuram capit, ut diximus, quam ternos sextariolos lingua nostra appellat. Sed absurda eadem lingua appellatione utitur cum sextarium uocat sextā ac tricesimam partē modij nostri uinarij, qui octies amphoram capit, præsertim cū semisextarium appellemus parumlam mensuram, & omniū quæ ueneant minimam, id est, secundam & tricesimā sextarij nostri, quam ego sextariolum uoco. Id tamē uocabulum, id est, semisextarium, in usum linguæ nostræ uernaculæ ex eo uenisse puto, quòd Græcotulam, id est heminam, hemixestum appellant, ut auctor est enarrator Aristophanis, & Suidas. ad quam uocem Græcā alludere uidebitur hic uernaculus sermo, non ad dimidiū sextariū, siquis attentè cōsiderarit. Verum enimuero sextarius Romanus in XII. cyathos distribuitur. Ad cuius rei pleniorē intelligentiā præfari illud habeo, quod penè omnibus notū est, antiquos cū hilariori cōuiuio sese ad potus solutiores inuitabāt, tot cyathos haustibus

Equorum sarcinariorum & iugaliū pastus.

Sextarius Romanus.

Semisextariolus.

Hemixestos.

Mos Symposiaeus antiquorū.

stibus singulis ebibere solitos, quot erāt literæ nominum amicarum: à quo more illud epigramma Martialis emanauit in primo libro.

Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica falerno.

Inde autem inuenta sunt uocabula triens, quadrans, quincunx, septunx, & reliqua, quæ non magis pocula quàm mensuras significant: id quod aperte ex eodem pœta libro octauo Epigrammatum nobis datur intelligendum,

Det numerum cyathis, Instantis littera Ruffi:
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si Telethusa uenit, promissaq; gaudia portat,
Seruabor dominæ Ruffe triente tuo.
Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem,
Vt iugulem curas, nomen utrunque bibam.

Septūcem pro hausta septem cyathorum dixit, tot enim sunt elementa in recto Instantis: & trientem pro phiala & hausta quatuor cyathorum. Et rursus in undecimo quincuncem pro quinque cyathis, & bessem pro octo.

Quincunces & sex cyathos bessemq; bibamus,
Caius & fiat Iulius & Proculus. Et lib. XII.
Poto ego sextantes, tu pota Cinna deunces:
Et quereris quòd non Cinna bibamus idem.

Deunces, undenos cyathos intelligit, ut sextantes binos. Hinc factum est ut nomina illa poculorum apud auctores celebrentur, ut libro primo diximus. Nunc autem sic colligo: cum sextarius Romanus in duodecim cyathos diuideretur: ea uero eius uasis quā pintam dicimus, sit mensura, ut qui tantum uini etiam primarij quotidiano prandio bibat, uinosior dici iure non posit: qui autē dodrātem

eius nõ excedat, id est ternos sextariolos, parcus uini fortasse, aut certè sobrius dici mereatur: non potuisse sextariũ Romanũ in tot cyathos cõmodè diuidi, si minor is ea mẽsura fuisset, quam dodrãtẽ appellaui. Cum enim trientem quadrãtemq; poculorũ uocabula apud Iuuenalẽ & Persiũ & Celsum legimus, ego legitimã mensurã intelligo, quæ uno haustu biberetur. Reliqua nomina infra supraq;, mensuras magis quàm potoria uasa fuisse puto. Nã & apud Celsum quadrans pro modico potu ponitur, Si quarto (inquit) die cũ horrore febris reuertitur, uomere oportet: deinde modicũ cibũ sumere, uiniq; quadrãtem. Et libro primo, Post uomitum si stomachus infirmus est, paulũ cibi, sed huius idonei, gustandum: & aquæ frigidæ cyathi tres bibendi sunt. Cyathos hic dixerat quod quadrãtem in superiore exẽplo dixit. Et alibi, At qui tardè concoquunt, & quorũ ideo præcordia inflantur, qui'ue propter ardorẽ aliquẽ noctu sitire consuerũt, antequam conquiescant, duos tres'ue cyathos per tenuẽ fistulam bibant. Dioscorides de absinthio, καὶ ἀνορεξίας καὶ ἰκτερικοὺς θεραπεύει τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβανόμενον ἐς πλῆθος κυάθων τριῶν. Decoctũ eius, cibi fastidia, & arquatũ morbũ sanat, si quotidie terni cyathi ebibantur. Ternos cyathos pro mediocri potu dixit, qui uno haustu sumatur. Et libro tertio Celsus de curatione lentarũ febrium loquens, At si diu frigus est, & torpor, & iactatio corporis, nõ alienũ est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos, uel cũ cibo uinũ bene dilutũ. Idẽ de insaniẽtibus loquens, totũ sextariũ impleuit, Opus est autem cibo infirmo, maximeq; sorbitione: portione aquæ mulsæ: cuius ternos cyathos bis hyeme, quater æstate dedisse satis est. His uerbis in singulos potus ternos cyath

Cyathus.

cyathos febricitanti constitutos intelligimus, & per dies singulos sextariũ. Alibi de cardiacis loquẽs, Si uerẽdum est ne deficiat, tum & intrita ex uino, & hoc ipsum austerum quidem, sed tamen tenue, meracũ, egelidum, subinde & liberaliter dandũ est adiecta polenta, si modò is æger parũ cibi assumit: idq; uinum esse debet neq; nullarum uirium, neq; ingentium. recteq; tota die ac nocte uel tres heminas æger bibet: si uastius corpus est, plus etiã. Tres heminas diurnas Celsus cardiacis statuit, nisi uastioris sint corporis, & uini meraci. De quibus Plinius loquens libro XXIII. Cardiacorum (inquit) morbo unicam spem in uino esse certũ est. Dari utiq; non nisi in cibo debet, nec à somno, nec præcedente alio potu, id est non nisi sitienti, nec nisi in desperatione summa. Hoc Iuuenalis significat cum inquit,

Iuuenalis.

Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.

Tres heminæ sesquisextarium explent. Ex quo apparet iustam propemodum potus mensuram homini cardiaco statutam esse. Nam cum homini sano iusta mensura sit sextarius in singulos epulatus, cardiaco nouenos cyathos statuit, uel senos, id est binos quadrantes si ter epulantes cardiacos intelligamus. Et de cœliacis, Obseruandum (inquit) nequis aut cibus aut humor uniuersus detur, sed paulatim. Ergo per interualla tẽporis sat est cyathos binos ternos'ue sumere, & cibũ proportione huius. Et inferius, Potui uerò aqua pluuialis decocta, sed quæ per binos ternos'ue cyathos bibatur. Cyathis autẽ antiquos potus sui mensurã metiri solitos etiã inter epulas, ex eo conijcio, quòd serui quidam ad cyathos stare uel esse dicebantur, ut serui ad limina, et ad pedes. Trãquillus in Cæsare, Sed C. Memmius etiam ad cyathum & uinum Nicomedi

Ad cyathum stare.

ſtetiſſe obiecit. Iuuenalis Satyra decimatertia,

Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis uxor
Ad cyathos.

Hoc Græci κυαθίζειν dicunt, quo uerbo Plaut. in Menec. uſus eſt, Non ſcis quis ego ſim? qui tibi ſæpiſſime cyathiſſo, apud nos quando potas. Cyathus à Græcis ob id etiã ἀντλητὴς, & ἀρυστὴς, & ἀρύσιχος, & ἀρίταινα dicitur, & à quibuſdã οἰνοχόη: quæ omnia uocabula ab hauriendo uel fundẽdo uino dicta ſunt. Stare igitur à cyathis à Latinis dicti ſunt, quos Græci οἰνοχόους appellant. Apuleius pocillatores uocauit. Pincerna non auſim affirmare probum eſſe uocabulum, etiam ſi Aſconius in prætura urbana uſus eſt, ſi uera ſunt eo in loco exemplaria. Pincerna à Græco deducitur, cui conuiuæ dicunt identidem, πίνειν κίρνα, pinin cirna, id eſt miſce uinum, uel tempera uinum, ut bibam. Honeſtũ id olim munus fuiſſe docet Athenæus lib. x. qui apud Græcos morem fuiſſe tradit, ut nobiliſſimi iuuenes in conuiuijs ſacris publicis id munus obirent: nec minus apud Romanos. καὶ παρὰ ῥωμαίοις δὲ οἱ εὐγενέστατοι τῶν παίδων τὰς λειτουργίας ταύτας ἐκτελοῦσιν ἐν ταῖς δημοτελέσι τῶν θυσιῶν. Eſt autem cyathiſſare, ex eodem Athenæo nouimus, κυάθῳ οἰνοχοεῖν, id eſt cyatho uinum bibendum admetiri. Quare Athenienſes in conuiuijs ſolutioribus inuicem propinantes, cyathos amicitiæ, & cyathos amoris, & cyathum Demetrij nominatim poſcebant, ſingulis potionibus, ut quaternos amicitiæ, & ternos amoris propinãtes, & cyathum præterea Demetrij uel Antigoni, qui duo extremi ab aſſentatione inoleuerunt, exoleſcente priſca Athenienſium libertate & generoſitate, ut idem auctor prodidit libro ſexto de adulatoribus loquens. Perſius,

Cyathi græce nomina.

Oenochoe.

Pocillatores. Pincerna.

Cyathiſſare quid ſit.

Cyathi amicitiæ & amoris.

Cyathus Demetrij Antigoni.

Sed tr

Sed tremor inter uina ſubit, calidumq; triẽtem Excutit è manibus. Plinius pro menſura poſuit. Silueſtriũ quidem prunorum baccæ uel è radice cortex in uino auſtero ſi decoquantur, ita ut triens ex hemina ſuperſit, aluum & tormina ſiſtunt, id eſt ut quatuor cyathi ex ſex ſuperſint. Tranquillus in Auguſto, Vini quoque naturam parciſſimus erat. non amplius ter bibere eum ſolitum ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Poſtea quotiẽs largiſſimè ſe inuitaret, ſenos ſextantes nõ exceſſit: aut ſi exceſſiſſet, reiiciebat. Senos ſextãtes pro ſextario dixit, ſed ſignificare uoluit, ſenis hauſtibus ſextarium tantũ bibere eum ſolitũ. Philippus Beroaldus diligens enarrator, ac multæ lectionis, ſextantes ſenos ſex pocula intellexit binas uini uncias continentia: ſicut & apud Martialẽ triẽtes & quincũces deuncesq;. Antonius Sabellicus eo in loco, ſenos ſextãtes (inquit) ad menſurã, an ad pondus referas, in dubiũ uenire poteſt. ſed melius ad menſurã, ut ſit ſextans mẽſuræ genus, ut quincunx apud Martialem. Beroaldi opinio nec Pliniano dicto nec noſtro conuenit, ſi tamẽ ita Plinius ſcriptum reliquit, ut cyathus pẽdeat per ſe drachmas decẽ, & hemina ſexaginta. quippe Pliniana ratione ſextarius centum & uiginti drachmas trahit: at Beroaldus duodecim unciarũ ſenos ſextantes eſſe dixit, id eſt ſex & nonaginta drachmarũ, quos planũ fecimus ex Martiale duodenos cyathos ſignificare. Quare inſignis hæc fuit hallucinatio, & penè par illi de ſeſtertio. Calderinus uir ingenioſus, & grauis enarrator, nouo genere hallucinatus eſt apud Iuuenalem Satyra. vi. illo in loco,

Beroaldus.

Calderinus.

-De quo ſextarius alter Ducitur ante cibum.

Sextarius alter (inquit) id eſt, duo ſextantes, uidelicet arbitratus

bitratus sextarium à sextante dictum, non à sexta congij parte, cum sextarius sexies sextantem capiat, sextans nō magis duas uncias, quàm sextā cuiusq; rei partem significat. Sed horū uerborū significatio à nullo, quòd sciā, rectè ac planè adhuc enarrata est. Romani autē sextarium quasi legitimā ac quotidianā uirilis potus mensuram statuentes, ab eo quasi ab asse incipientes, reliqua uocabula partes eius fecerunt, quomodo & nos pintā uirilē mensuram ponētes, semissē eius parcis uini destinamus, dodrantem autem continentibus, quadrantem ægrotis, sesquipintam bibacibus, in quotidiano quidem conuiuio. Augustus igitur uini parcissimus dictus est à Trāquillo, qui super cœnā plerunq; ita sibi tēperabat, ut ternos sextantes, id est dimidiatā aliorū mensurā biberet, & cū licentius bibere statuerat, sextariū non excederet, ac ne excedere quidē posset citra reiectionem: quippe uir infirma ualetudine, ac graues & periculosas ualetudines peromnem uitā expertus, ut auctor est idē Tranquillus. ob id etiā cibi minimi, adeò ut ante initū uel post dimissum conuiuium solus cœnitaret, cū pleno cōuiuio nihil tangeret, quò certiorē rationē cibi potusq; teneret. Hoc mihi conuenire uidetur cū eo quod diximus, ut qui uini modicè sit appetens, dodrantē nostrū, id est ternos sextariolos quotidiano conuiuio bibat: qui si etiā quadrantē huic addat, ut plenā mensurā nostrā bibat, quā pintā dicimus, ne sic quidē uinosus dici debeat, & tamen hæc mensura sedecim cyathos implet. Hoc cū exactè considerarē, dodrantē iā dictum, quē sextarium Romanū esse dico, in treis triētes diuisi totidē calicibus sumptis, & rursus in quatuor calices quadrantales æquis distributionibus: quo facto eū esse captū mensuræ cognoui, ut qui firmo stomacho sit, & interdicto medicorum non prohibeatur quo minus ducere possit ex œnophoro quantū sitis appetat, is haustu primo cœnæ quadrantē siccare debeat, addita etiā aquæ tertia aut quarta parte, si tamē sitim expectauerit. qui autē bibacior paulo fuerit, etiā trientē. de sobrijs loquor, sed de ijs sobrijs, qui iustum haustū diluendis cibis ducere soliti sunt, quales pleriq; sunt nostratiū hominū, quibus quidē uini potus uitio non uertitur, id est qui inter uinosos non censentur. nullus enim modus temulētiæ assuetis & perpotatoribus constitui potest. nec rursus de ijs loquor qui semper siticulosi pytissantiū more gustatorū linctumagis quàm potu uillū transmittere solēt. Omnino quadrantem stomachi firmæ cōstitutionis, trientē etiā sitibundi modū cum aquæ rata portione esse dico, idq; intra temperātiā. De uinis loquor nostratibus, id est agri Frācici. Quare ab antiquis indita hæc esse nomina ternis quaternisq; cyathis affirmauerim, tametsi Augustus sextantibus utebatur, cui Antonius Musa sextantarios modulos, id est dimidio minores legitimis indixerat. quare quantū sobrij homines bibere soliti sunt quotidiano potu, tantū Augustus bibebat cū largissimè sese inuitauerat. Quòd si uerū esset id q̄ apud Plin. legitur de hemina et acetabulo, id est sesquicyatho, sextarius cētū et uiginti drachmarū esset, id est minor tertia ampliusparte, q̄ noster dodrās, nec pintæ dimidiū caperet. Hoc enim pondere probare unicuiq; nostrū licet. quod quàm sit absurdū, nemo non intelligit, ut tantula mēsura in duodenos cyathos diuideretur, et in solutis perpotationibus, & conuiuiorum hilaritate, cum sine lege ac sine modo bibitur, quadrantes, trientesq;, & (cum plurimum) septunces pro numero elementorum nominum biberent, quantum scilicet quisque hodie

Potus nostri ratio.

Augustus Cæsar quantum biberit.

sobriorũ uno impetu familiari cœna bibit. septunces enim ea ratione sextariolum nostrum non excederent, qui modulus est (prope dixerim) potionis medicamentariæ. Antiquos autem parciore uino usos esse, non eorum est dicere, qui bicongium Ciceronẽ M. filium, Tricongiũ Torquatum apud Plinium, & apud Tranquillum potorem amphorariũ legerint: quibus hodie si pares in Gallia inuenirentur, monstri instar haberetur, apud quos Germanorum militum bibacitas hoc biennio inter miracula celebrata est. quotidianis enim conuiuijs singuli quaternos quartarios absumere dicebantur. qua ratione nouem conuiuæ binas amphoras exorbebãt. Hanc bibendi palmam æquare nostrorũ hominũ profligatißimi uini potores numero triginta non possent, duntaxat ut alternis diebus id facerent quod illi singulis facitabãt. Quid quòd ipsa carmina quæ apud Priscianum leguntur, & secum & cum Plinio pugnant? Cum enim de cyatho dicant,

Bicongius Cicero M. filius. Tricõgius Torquatus.

Germanorum militum bibacitas.

Bis quinq; hunc faciunt drachmæ, si appendere tentes,
Oxibaphus fiet, si quinq; addantur ad istas:

Alio loco ita legitur,

Nam libræ, ut memorant, bessem sextarius addet,
Seu puros pendas latices, seu dona lyei.
Addunt semissem libræ labentis olivi:
Selibramq; ferunt mellis superesse bilibri.
Hæc tamen assensu facili sunt credita nobis,
Nanq; nec errantes undis labentibus amnes,
Nec mersi puteis latices, aut fonte perenni
Manantes, par pondus habent.

Quonam igitur tandem modo conuenit ut hemina quæ dimidiatum sextariũ efficit, sexagenas drachmas pendeat, & sextarius libram & bessem, hoc est centum & sexginta?

ginta? Si enim de cẽtum & nonaginta duabus drachmis, seu duabus libris Romanis triẽtem, id est duas & triginta abstuleris, reliquæ erũt cẽtũ et sexaginta. Nos cũ hoc probaremus, aqua puteali utebamur, nec scrupulosè differentiã aquarum exquisiuimus, nec in alio liquore rẽ experiundã duximus, cum iam tenere ueritatẽ uideremur. Ex Græcis autẽ auctoribus uix rẽ constituere possumus. Pollux lib. IIII. cotulam tertiã partem chœnicis esse tradit, & medimnũ chœnicas octo & quadraginta capere, & sextarium octo chœnicas. κοτύλη τὸ τέτορτον τῆς χοίνικος. ὁ δὲ μέδιμνος. χοίνικες ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα. ὁ δὲ ἑκτεὺς ὀκτώ. Hoc dictum discrepat cum uersibus illis in quibus ita legitur.

Cotula.

At cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit
Heminas, recipit geminas sextarius unus:
Qui quater assumptus fit Graio nomine chœnix.
Adde duas, chus fit uulgo qui est congius idem.

Chœnix.

Pollux heminam tertiam partẽ chœnicis facit, hæc carmina octauam. Chus (inquit Suidas) mẽsura est Attica capiens cotulas octo. Festus heminam quasi hemis, id est dimidium sextarij dictam esse autumat. Rursus Suidas, μέδιμνος modiũ ἓξ, ὡς εἶναι μέτρον ξεστῶν οβ'. ἤτοι λιτρῶν ρκ', id est medimnũ modiorũ senũm est, ut sit mẽsura xestas duos & septuaginta capiens, id est libras centum & octo. quo dicto significatur xestẽ sesquilibram pẽdere, id est centũ & XII. drachmas & semidrachmã. libra enim Attica septuagenas quinas drachmas pẽdet. Sic modius qui sexta pars est medimni, decẽ & octo librarũ erit. ita sextarius quæ sextadecima pars est eius, erit quatuor & octoginta drachmarũ & semißis, quod cum Plinij dicto non cõuenit, quòd si litram, id est librã Atticã pro mina

intelligamus, ut Hermolaus uoluit, & Plinius interdũ fecit, sextarius cẽtũ ac duodecim drachmarũ & semis erit. quod nihilo magis conuenit. Quòd autẽ Plinius libram pro mina acceperit, patet ex Dioscoride ubi de Oxymele loquitur lib. v. λαβὼν ὄξους κοτύλας πέντε, καὶ ἁλὸς θαλασσίου μνᾶν μίαν, μέλιτος μνᾶς δέκα, ὕδατος κοτύλας. ι. μίξας ἕψησον, ἄχρις οὗ δὲ κάκις ἀναβράσῃ. καὶ ψύξας κατάγγισον. Hoc Plin. ad uerbum lib. XIIII. sic uertit, Oxymel uocarũt mellis. x. libris, aceti ueteris heminis. v. salis marini libra, aquæ pluuiæ sextarijs quinq; sufferuefactis decies, mox elutriatis. Quod ille minã, Plin. librã dixit: quod ille heminas. x. Pli. sextarios quinq;. Rursus Pli. de eo genere uini factitij loquẽs, quod cenchrites dicitur, q̃ ex milij semine fiat, librã & quadrantẽ pro mina transtulit. cũ enim de adynamo factitiorũ primo dixisset, ita subdidit, Proximũ fit e milij semine maturo cum ipsa stipula (librã & quadrantẽ in congios duos musti macerant) & post septimum mensem transfuso. Dioscorides, δεῖ δὲ λαμβάνειν τὴν πόαν σπέρματος πλήρη, πέπειρον σὺν τοῖς κλάδοις, καὶ μνᾶν μίαν βάλλειν εἰς οἴνου. β. ἐᾶν δὲ ἑπτὰ μῆνας καὶ οὕτω μεταγγίζειν. Accipere autem oportet herbam semine plenã maturo cũ ramulis, & eius unã minam in uini congios binos mittere, et sic septẽ mẽsibus relinquere, ita à septimo mense diffundere. Sed corruptè apud Dioscoridẽ Cestrites & Cestros pro Cenchrites et Cenchros in libris impreßis legitur. sic enim legi debet, περὶ κεγχρίτου, quum Plinius milium dicat. uerius est tamen Plinium errore exemplaris deceptum, Cenchritem pro Cestrite intellexisse. Est autem cestrum Latinè betonica herba dicta, ut in Dioscoridis libro quarto apparet in principio, qui psychotrophum alio nomine uocat utrob

Dioscoridis locus.

trobique, quasi hærbam frigidis locis gaudentem, quæ hodie sic agnoscitur, ex qua fit uinum betonicatum. Hoc autem Plinij dictum uel ex Dioscoride, ut multa alia, uersum est, uel ex alio auctore, qui ijsdem uerbis cum Dioscoride scripsit. Hoc enim non satis constitui potest, utrum Plinius Dioscoridem legerit, quem ut identidem ijsdem uerbis sequitur, sic nusquã nominatim citat, ita ut nonnunquam à Dioscoride accepta dißimulandi furti gratia transformare uideatur, ut in hoc loco interdum alium secutus uideatur, sed uel à quo Dioscorides transcripserit, uel ille à Dioscoride. Plinius Latinum hominem Sestium Nigrum medicinæ diligentißimum appellat, de Castoreo loquẽs libro tricesimosecũdo: qui Niger Græcè scripsit. cum Plinij uerba cum Dioscoride collata, ex ipsius Dioscoridis libro traducta esse uideantur. Nam Dioscorides Nigrum in hoc secutus non uidetur, cum eum inter Asclepiadas recensens improbet: & is tamen à Plinio etiam citatur ubi Salamandræ meminit libro uicesimonono, his uerbis, Sestius uenerem accendi cibo earum, si decoctis interaneis & pedibus & capite in melle seruentur, tradit: negat'que extingui ignem ab ijs. Dioscorides libro secundo, σαλαμάνδρα εἶδός ἐστι σαύρας. ἔστι δὲ νωχελές, ποιχίλον μάτην πιστευθὲν μὴ καὶ ἔσθαι. Et inferius, φυλάσσεται δὲ ἐν μέλιτι ἐξεντεριθεῖσα, τῶν ποδῶν καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεθέντων εἰς τὴν αὐτὴν χρῆσιν. Hæc uerba ita cum Plinij uerbis congruunt, ut ab eodem auctore uterque sumpsisse uideatur, quomodo & à Crateua uterque sumpsisse aliqua non dissimulat. Alibi Plinius de Opobalsamo loquens, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstiuo unam concham impleri iustum erat. Omni uerò fœcundit

An Plinius Dioscoridem legerit.

Sestius Niger.

Salamanda.

cunditate è maiore horto cõgios senos, è minore singulos, & cum duplo repẽdebatur argẽto: uel potius cũ & duplo, ut in emẽdationibus. Hoc Dioscorides nõ ad tempus Alexãdri refert. sed ad suum, his uerbis, ῥᾶ δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον χρόνον μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας συνατροίζεσθαι, σωλεῖται δὲ ἐν τῷ τόπῳ ταθμὸς αὐτῶ πρὸς ὀλιγὸν ἀργύριον. Fluit temui gutta & pauca, ita ut unoquoq; anno nõ amplius quàm seni aut septeni cõgij colligantur. cum uẽditur ibi, duplici argẽti põdere rependitur. Cum Plinius idẽ cum Dioscoride dicat, apparet tamen eum aliũ auctorẽ secutum: sed ex eo restituẽdus Plinius hoc modo, Omni uerò fœcunditate è maiore horto cõgios senos singulis annis. Quonã modo enim ex singulis cõchis cõgij seni fierẽt? Et præterea absurdũ esset Plinium de singulis diebus id dixisse, cum duplo argẽto rependeretur. Quòd si nihil addere uolumus, existimo sic legendũ, Anni uerò fœcunditate, hoc est totius anni etiã fertilis fœtu. Verùm hæc de Plinio & Dioscoride obiter dicta sunt. Credo tamẽ Pliniũ Latinos etiã auctores aliquos obseruasse, & ob id miscellaneas interdũ descriptiones tradidisse, quæ nec planè cũ Dioscoride conueniant. Hoc igitur in loco Plinius librã Atticã & quadrãtem pro centũ drachmis, id est pro mina dixisse uidetur, siue hoc innouare ei uisum sit, siue ex Græco alio acceperit, qui litrã scripsisset, id est libram, & drachmas uigintiquinque, qui est quadrans non libræ sed minæ. Nam alioquin Plinius parũ religiosè Græca hæc uertisse uidetur, aut certè parũ cõstãter, siquis diligẽter animaduertat. Theodorus Gaza uir doctissimus utraq; lingua, chũ siue choa, sextariũ trãstulit, & hemichoũ semisextariũ, diuũ Hieronymũ in hoc imitatus, qui Ezechielis quarto, choeis

choeis Atticos duos, Italicos duos sextarios esse dixit. Interpres Aristophanis in Equitibus, χὸς μέτρον ἀττικὸν χωρῦν κοτύλας ιβ'. Chus (inquit) mẽsura est Attica capiẽs heminas octo. quod cũ uersibus illis nõ congruit qui choa duodenas cotulas capere tradunt: ut idem sit congius & chus, quod Plinius itidẽ in superiori exẽplo uoluit. Athenæus lib. x. de temulentia loquens, inter maximè uinosos homines Alexandrum enumerat. auctorem autem citat Ephippium in libro de Alexãdri & Hephæstionis fune re. Erat (inquit ille) inter Macedones Proteas bibẽdi certamine clarus. hunc in conuiuio Alexander poculo bicongio prouocauit (bicongium nunc appello quẽ ille dichum Græce dixit) Quum igitur Alexander bibisset, Proteas Rege multũ laudato, qui egregiè tãtum calicẽ exorburat, & ipse quoq; ea fide atq; integritate bibit, ut ab omnibus plausu exciperetur. ἀλλ' ἐξαυδᾷ γὰρ αἰτήσας ποτὲ ποτήριον λίχαρ, καὶ πιὼν πρὸς πίνειν τῷ πρωτέα, καὶ δὸς λαβὼν, καὶ πολλὰ ὑμνήσας τὸν βασιλέα, ἔπιεν, ὡς ὑπὸ πάντων κροτᾶλισθῆναι. Mox Proteas eodẽ poculo cũ Regẽ prouocasset, bibissetq;: Alexander generosè conatus iterum calicem eundẽ ducere, cũ partem iam traxisset, resupinata in lecti puluinar ceruice, poculũ manibus emisit. quo ex certamine in ualetudinẽ incidit, à qua tãdẽ iugulatus est, ut Ephippius tradidit, qui ab alijs historicis in hoc dissensit. cũ enim ueneno sublatũ dicunt. Fabularẽ autem eam historiã esse ex eo conijcere licet, quòd subdit id regi cõtigisse ob Thebas oppugnatas, uidelicet infenso Liberi patris numine. qui Thebis natus esse dicitur. καὶ ἐκ τότε νοσήσας ἀπέθανε, τῦ Διονύσου φησί μεμισήσαντος αὐτῶ, διότι τὼ πατρίδα αὐτῦ τὰς Θήβας ἐπολιόρκησε. Idem Athenæus alibi eodem libro, μίλων ὁ κροτωνιάτης

Chus.

Alexander Magnus uinosus, Proteasq;.

νιάτης ὥς φησιν ὁ ἱεραπολίτης θεόδωρος ἐν τοῖς περὶ ἀγώνων, ἔσθιε μνᾶς κρεῶν εἴκοσι, καὶ τοσαύτας ἄρτων, ὄινου τε τρεῖς χόας ἔπιεν, Milo Crotoniata, ut auctor est Theodorus Hieropolitanus in libris de certaminibus Græciæ, minas uiginti carniũ, & totidẽ panis esitabat: & tres cõgios uini bibebat. Congius, id est chus, in hoc & superiore exẽplo idẽ non fuisse uidetur, cũ Milo una cœna tres cõgios absumeret, & Alexander uno haustu duos biberet. Oportet enim eam mẽsurã liquidi cõgruere cum põdere aridi pulmentarij & panificij. Varietatẽ igitur eam efficit auctorũ diuersitas, qui mẽsuras quisq; patriæ suæ secuti sunt, aut eorum certè de quibus locuti sunt. Xestes autẽ quid sit apud Græcos, nõ facilè dixerim. Dioscorides de Christo lacte loquẽs, δεήσει δὲ πρὸς τὸ μὴ ὑπορζεῖν τὸ γάλα ἐν τῇ ἑψήσει, σπόγγῳ ἐκ ψυχροῦ ἀποψᾶν τὸ χεῖλος τῆς χύτρας, καὶ ξέστην ἀργυροῦν πλήρη ὕδατος ψυχροῦ καθιέναι. Hoc Plinius lib. XXIII. sic trãstulit, Quum feruet, ne circũfundatur, præstat cyathus argẽteus cum frigida aqua demissus, ita, ne quid infundatur. Cyathũ Plinius pro Xeste dixit. Alibi ferè sextarium uertere solet, ut lib. XIIII. Fit absinthites in. XL. sextarijs musti absinthij Põtici libra decocta ad tertias partes, uel scopis absinthij in uinũ additis. Vbi refragãtibus omnibus exẽplaribus, ex Dioscoride sic lego, Fit absinthites. XLVIII. sextarijs musti absinthij Põtici libra decoctis ad tertias partes. οἱ μὲν γὰρ τοῖς μ. καὶ ἡ. ξέσταις τῶν ἰταλικῶν κεραμίων, μίξαντες ἀψινθίου ποντικοῦ λίτραν μίαν, ἕψουσι μέχρι τὸ τρίτον ἀπολειφθῇ. Quidam autẽ (inquit) duodequinquaginta sextarijs Italicarũ amphorarũ miscẽtes libram unã absinthij Põtici, decoquũt quoad tertia pars residua sit. Et de Nectarite, ὁ δὲ νεκτα-

Milonis voracitas.

Congij diuersa acceptio.

Plinij locus.

ρίτης

ρίτης σκευάζεται ἐκ τοῦ ἑλενίου, ὃ ἔνιοι μηδικὴν, οἱ δὲ συμφύτον, οἱ δὲ ἰδαίον φλόμιν, οἱ δὲ ὀρέστιον. ῥίζης ξηρᾶς ὀγγιῶν. ε. ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον κάθες εἰς χοᾶς. ς. γλεύκους. Plinius totidẽ penè uerbis, Inuenitur & Nectarites ex herba quam alij helenium, alij medicam, alij symphiton, alij idæon & orestion, alij nectareũ uocãt, radice ponderis XL denariorũ in sextarios sex musti addita. Hoc tantũ refert, quòd ille quinq; uncias dixit, Plinius autẽ quadraginta denarios, ea ratione, qua centũ denarij minam efficiunt, ut sæpe diximus. Sed illud aduertendũ, quòd chum pro sextario Plinius intellexit, quum alibi (ut diximus) pro cõgio acceperit, de miliato uino loquens, quo modo & ubi de myrtite loquitur. nam quũ Dioscorides dicat, δεῖ λαβόντα τῶν μελαίνων μυρσινῶν τοὺς ἀκρέμονας, βαλλεῖν εἰς τοὺς τρεῖς τοῦ γλεύκους χοᾶς. Plinius, Græci (inquit) myrtitẽ hoc modo faciunt: ramis teneris cũ suis folijs in albo musto decoctis tusis, librã in tribus musti cõgijs deferuere faciũt. Congios nũc trãstulit choas, quũ prius sextarios uertisset. Rursus Diosc. de rhodite, ῥόδων ξηρῶν κεκομμένων μνᾶν μίαν ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον, κάθες εἰς γλεύκους ξέστας. ἡ. μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας διυλίσας μετάγγιζε. id est, rosæ aridæ cõtusa folia ad minã unã in linteolum alligata demittito in musti sextarios octonos, & post tres mẽses percolatos in aliud uas trãsferto. Pli. autẽ sic, Rosæ folijs tusis, in linteoloq; in mustũ collatis cũ ponduscul o ut sidat, XL pondere denariorũ in sextarios uicenos musti, nec ante tres menses uase aperto. Hunc locum immutauit Plinius, ut nec Dioscoridem, nec eundem cum Dioscoride auctorem secutus primore sensu uideatur. Dioscorides præcipit in octonos sextarios musti minam unam rosæ tusæ conijci, Plinius in sextarios uicenos

cenos quinq; uncias. Quare fieri potuit, ut Plinius uel librarij, uel à manu serui uitio notã minæ pro nota unciæ intellexerit, & xestas pro cotulis acceperit. sic fit ut quum singulas uncias rosæ tusæ octonis heminis uini sufficere existimarit, quadraginta denariorũ pondus, id est quinque uncias quadragenis heminis statuerit, quũ ad uerbũ referre Dioscoridis locum nollet, aut eius quem Dioscorides secutus est. Idem, Ἐ napis fit decem denariorum pondere in sextarios binos musti addito. Dioscorides, βȣνίȣ ὀγγίας δύο κόψας, κάθες εἰς κοτύλας γλεύκȣς τέσσαρας, id est, napi uncias duas cõtusas in quatuor musti cotylas demittito. Secundũ hoc non decem denariorũ sed sedecim legendũ est apud Pliniũ. In antiquis exẽplaribus numerus ille corruptus est, ut in quibusdã desit, in nonnullis duûm non decẽ legatur. Verùm Plin. libens facit ut octo denarios pro uncia dicat. Quod autẽ Pli. modulos & numeros ex Diosco. mutet interdũ, seruata tamen proportione, exemplũ est in mẽtione hyssopitæ. Similiter (inquit) fit hyssopites è Cilicio hyssopo uncijs tribus in duos congios musti coniectis, aut tusis in uinũ. Dioscorides, ὑσσωπίτης ὁ ἐκ τȣ̃ κιλικίȣ ὑσσώπȣ κάλλιστός ἐστι. δεῖ δὲ ἐν τῷ κεραμίῳ τȣ̃ γλεύκȣς λίτραν μίαν τȣ̃ ὑσσώπȣ κεκομμένων τῶν φύλλων προσδιδόναι. Hyssopites (inquit) qui ex hyssopo Cilicio fit, optimus est. addere oportet amphoræ musti librã unã hyssopi foliorũ cõtusorũ. Hoc Plinius mutatis (ut diximus) modulis uerbisq; retulit. Idẽ est enim in amphoram, id est, in octo & quadraginta sextarios libram unam hyssopi conijcere, & in duodenos sextarios, hoc est binos congios, quadrantem, id est uncias treis. Hic obiter adnotandum, ceramium Græcum idem esse quod amphoram: quod & eodem auctore planum fit in

Ceramium.

in mẽtione absinthiati uini, quàm suprà posuimus. Dioscorid. de Elelisphacite, ὀγγίας. η. ἐλελισφάκȣ ἐς γλεύκȣς. ἐμφορέα ὅ ἐστι κεράμιον, κάθες. id est, saluiatũ ita conficitur, si uncias octonas saluiæ in musti amphorã, quod ceramium dicitur, demiseris. Idẽ Plinius de aromatite, Fit apud alios nardi & malobathri selibris in musti congios duos additis. Dioscorides, ὁ δὲ διὰ συριακῆς νάρδȣ καὶ κελτικῆς καὶ μαλαβάθρȣ σκευάζεται ὅυτως. ἑκάστȣ ἡμίμναιον λαβὼν εἰς δίχȣν γλεύκȣς κάθες. Dichum, id est, choas duos, Plinius haud dubiè congios binos transtulit. Dioscorides, ὁ δὲ οἰνάνθινος σκευάζεται ὅυτω. λαβὼν τῆς ἀγρίας ἀμπέλȣ τὸ ἄνθος βρυȣ́σης ξηρὸν μνᾶς δύο εἰς μετρητὴν γλεύκȣς πρὸς ἡμέρας. λ. εἶτα διυλίσας ἀπόθȣ. Hoc Plinius sic uertit, Fit è labrusca, hoc est uite syluestri, quod uocatur œnanthinum. flores eius libris duabus in musti cado macerati post x x x dies mutantur. quod Dioscorides metretam dixit, Plinius cadum transtulit: quod & ipsum Græcũ est, sed utroq; nostri utuntur. Metreta enim Cato & Columella utuntur. est autem congiorum decem, ut auctor est Dioscorides lib. v. his uerbis, ἔστι δὲ ὁ μετρητὴς χόες δέκα. Decẽ autem cõgij sexaginta sextarios ualent, id est, amphoram & quadrantem. Pollux tamen in decimo de uocabulis ait Cratinum comicum metretam amphoram appellasse. Idẽ etiam Philochorum tradit in libro quem de lingua Attica cõposuit, scripsisse, cadum & amphoram apud antiquos idẽ fuisse, ideoq; hemiamphorium, id est semiamphorã, etiã hemicadum dictum: uerùm Epicharmũ, cadum & amphorã ut distincta posuisse. In carminibus quæ apud Priscianum leguntur, cadus & amphora Attica pro eodẽ ponuntur his uerbis,

Metreta & cadus.

Attica præterea dicenda est amphora nobis

Seu cadus: hanc facies, nostræ si adieceris urnam.
Quibus uerbis significatur Atticam amphoram & cadum sextariolũ duorũ & septuaginta fuisse, id est, duodecim congiorũ: quo fit ut Attica amphora hemiolia Romanæ fuerit amphoræ. Ego Dioscoridis opinioni accedere malim. De Græcis igitur quibusdam uocabulis nihil fixũ statuere possumus, quandoquidẽ Plinius id præstare non potuit, quippe quũ nec ipsis Græcis de ea re conueniat, quæ pro locorũ urbiũq; uarietate, ac temporum fortasse, idẽtidem euariarunt. nã & in hac urbe (ut diximus) tot mensurarum ratio à uicorũ aut certè regionũ magistris reposcenda est, quam nemo unus tenet. Sed nec librã Græcam Plinius à Latina distinxisse manifestè uidetur, quod meminerim me adnotasse. Hoc tamẽ tenebimus, amphorã & ceramiũ eandẽ esse mensurã, ut metretam & cadum, quod uerbũ apud Pliniũ & alios nostros sæpe legitur. Si quis tamen animaduertat orationem Demosthenis quæ πρὸς τὴν λακρίτου παραγραφὴν, inscribitur, mirabitur, pretiũ uini importati in Pontũ ex urbe quadã Thraciæ, talentũ argẽti statui, etiã cũ naulo & apparatu necessario, & tot ceramia icosoro naui importata esse, id est, εἰκοσακώπῳ. licet Athenæus in quinto αὐτὶ δὲ εἰκοσήρους usus sit, de Hieronica naue loquens, τὰ δὲ τρισχίλια ταῦτα κεράμια ἄγεσθαι εἰς τὸν πόντον εἰκοσόρῳ. Quibus uerbis cõijcere licet ceramiũ Atticũ Demosthenis tẽpore minus fuisse amphora Romana. nisi potius intelligamus ceramia Thracia nõ Attica ex urbe Mẽda in Pontum importata. In qua oratione stamnũ & ceramiũ pro eodẽ ponit. Medimnũ etiã tenebimus sex modios capere, id est, duodequinquaginta chœnicas, seu duodequinquagies binos sextarios. Porrò sextariũ medimni, id est, modium, octo

Ceramiũ Thracicum idẽ quod stamnum.

octo chœnicas efficere, id est, sedecim sextarios. nã hemimedimnus quatuor & uiginti chœnicũ est, cuius bes triteus à Græcis dißyllabo nomine nũcupatur, id est, tertiarius, sedecim chœnicas continẽs, & duos & triginta sextarios. Triẽs autẽ hecteus itidem dißyllabo nomine dicitur, octo scilicet chœnicas capiens, sic ab eis dictus, quòd medimni sit sextarius. Quatuor chœnices hemihectũ dicitur, id est, semisextarius medimni, quod & hemihecteũ dicitur, ut apud Aristophanẽ Nubibus, πορίδου νῦν ἐμοὶ εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον, id est, fac nũc mecũ spõsionẽ ni tetrametrũ sit semisextarius. semisextariũ tetrametrũ appellat, id est, quatuor mẽsuras cõtinẽtẽ, quatuor chœnicas scilicet. Est autẽ comica allusio ad carmẽ tetrametrum. Nã quod Socrates de pedibus dixerat poëticis, id Strepsiades poëticæ ignarus ad chœnicas retulit, quasi alia metra mensurasq; nõ nosset, quàm uascularia, ex cuius poëtæ enarratore & ex Polluce illã medimni diuisionem collegimus. Quanquã hoc confirmat Harpocration in Lexico oratorio in uerbo ἡμίεκτον. qui etiã medimnũ chœnicas duodequinquaginta capere dixit: & modium qui ἕκτος appellatur, octo chœnicas. Quòd si medimnus sex modios Italicos capit, ut locupletißimis testibus comprobatũ est: quum sextarius medimni sint octo chœnices, chœnicem binos sextarios, & quaternas cotulas capere necesse est. modius enim sedecim sextarios capit. Nec cõsentaneũ est id quod à polluce dictũ est, cotulã tertiã partẽ chœnicis esse, quasi scilicet chœnix sesquisextarius Italicus fuerit. Quo minus probãda est Theodori gazæ uiri medici opinio, qui sextariũ quodã in loco uertit. Nihil aũt certius inueni q̃ quod apud Hesychiũ legitur, q Anastasij Imp. tẽpore scripsit, cũ res Romanæ iam Græcis homini-

Chœnix, τριτεὺς.

ἑκτεὺς.

ἡμιεκτέον.

Theodori lapsus.

Hesychius.

bus planè innotuissent. Cyathus (inquit ille) capit liquoris uncias duas, δέχωται δὲ κύαθος ὑγρȣ τινὸς ȣ̓γγίας δύο.

Sextarius bilibris.

Si cyathus uncias duas capit, & sextarius igitur uncias capit quatuor & uiginti, id est, centum nonagintaduas drachmas: & sic ad momentũ extremũ conuenit nobiscũ Hesychius: nec cyathus decẽ drachmas, sed sedecim capere comprobatur: qui numerus duodenario multiplicatus, duas libras conficit. Hesychium autem de Romano cyatho locutum ex eo patet, quòd uncias duas Romano uocabulo dixit. Quare confectam (ut arbitror) probationẽ habemus. Comperto enim cyathi modulo, reliqua dubia esse nequeunt. Herodotus in Polymnia, id est, libro septimo, de copijs Xerxis loquens Græciam inuadentis, ὅυτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε ξήρξης ὁ δαρείȣ μέχρι σκπιάδος καὶ τόρμο πυλέων. Ita bis (inquit) & quinquagies centena & octogintatria millia, & ducentos uiginti homines Xerxes ad Thermopylas usque duxit. Et paulò pòst, ὥςε ȣ̓δέν μοι θωῦμα παρίςαται προδȣ̃ναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων, ἀλλὰ μᾶλλον ὄκως τὰ σιτία ἀντέχρησε θωῦμά μοι μυριάσι τοσαύτῃσι. ἐυρίσκω γὰρ συμβαλλεόμενος, εἰ χοίνικα πυρῶν ἕκαςος καὶ ἡμέρης ἐλάμβανε καὶ μηδὲν πλέων, ἕνδεκα μυριάδας μεδίμνων τελεομένας ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάςῃ, καὶ πρὸς τρικοσίȣς τε ἄλλȣς μεδίμνȣς καὶ τεσσαράκοντα. id est, Itaq; mirũ mihi nõ uidetur quorũdam amniũ fluẽta defecisse tot hominũ millia: sed quo'nam modo frumentũ suppetierit tot hominũ millibus, id uerò mirũ uideri potest. Siquidẽ ut chœnicẽ frumẽti quisq; in singulos dies acciperet, ac nihil amplius, subducta ratione inuenio cẽtena dena millia medimnũ quotidie absumi potuisse, & trecẽta

Cyathus secundũ Hesychiũ.

Herodoti locus de copijs Xerxis.

præterea quadraginta medimna. Hoc loco uertẽdo Laurentius Vallensis uir de literis meritißimus, errore lapsus est tanto ingenio indigno. Sic enim uertit, Quo minus miror proditum esse fluenta quædã non suppeditasse: magis miror unde tot myriadibus cibaria suppetierint. Nã subducta ratione sic cõperio, si singuli quotidie singulas frumenti chœnicas, id est, semodia non amplius accepissent, absumpta fuisse singulis diebus centũ millia medimnorum, & trecentos ac quadraginta medimnos: qui singuli constant è senis modijs. Sic legitur in libris impreßis: sed centũ & decẽ millia Laurentiũ scripsiße nõ dubito. Mitto igitur quòd illa uerba, proditũ esse fluẽta nõ suppeditauisse, male uersa sunt: quia Herodotus id affirmare uidetur, amniũ fluẽta prodidisse, hoc est destituisse exercitum tantũ. Hoc igitur ut mittamus tanquam ab interprete aliud agẽte uersum, ne hoc quidem dixit Herodotus, quid chœnix, quid medimnus caperet. At Laurentius utrũq; ex persona sua interpretatus, in altero longè falsus est. Videamus igitur quo'nam modo rationẽ inierit ut hæc uerba ad Herodotum adderet. In undecim myriadibus, ut locutus est Herodotus, id est, in centum ac decem millibus & trecentis medimnis, mille ac centum hecatontadas, id est, centenarios millium esse planum est. hanc summã sexies ducere debemus, ut ex medimnis ad modios ueniamus: quo fit ut iam sex millia sexcenti, decem & octo cẽtenarij millium fiant. tum eam summam rursus duplicabimus, ut ex modijs semodij fiant, id est, chœnices, ut Laurẽtius uoluit. sic fiet summa cẽtenariorũ, tredecim millia ducẽti ac trigintasex. Hanc centenariorũ summam si ita partiamur, ut ex cẽtenarijs millenarij fiant, quas chiliadas Herodotus appellat, fiẽt omnino mille trecenti uigintitres

Vallensis erratum.

gintitres millenarij, & sex cētenarij, id est, tredecies cē-
tena ac uigintitria millia sexcēti homines totidē & chœ-
nices. Restant quadraginta medimni in ducētos & qua-
draginta modios diuidendi, & hi rursus in quadringen-
tos octoginta semodios et chœnicas, qui numerus iā dictæ
summæ accedit, ut sint tredecies centena uigintiquatuor
millia & octoginta. qui numerus longè abest à quinqua-
gies bis cētenis millibus, & reliquis numeris excurrenti-
bus. Quare planū fit Laurētiū Vallēsem, nusquā nō ferè
acrē hominē & uigilantē, tamē oscitāter hunc locū tradu-
xisse, penè nihil ut pēsi habuerit, tū lectoribus Herodoti,
qui Græcū nō obseruāt exemplar, insigniter imposuisse,
sed auctorē eū cū Herodoto habemus, medimnū nō lati-
nè modiū, sed sex modia significare, quod Politianus igno
rasse uidetur, & ante eū nōnulli librorū Græcorū inter-
pretes. Quare apud Plutarchū latinè uersum in Lucullo
quod legitur, Lucullū penuria cōmeatuū pressum, quū in
Mithridatē infestis copijs cōtēderet, triginta secū millia
Galatarū duxisse, qui totidē modia tritici portarent: me-
dimna legendū est, ut singuli senos modios gestauerint, ho
mines præualētes corpore. Sic enim apud Plutarchū legi-
tur, ὥς τε γαλάτας ἕπεσθαι τρισμυρίους ἑκάστου ἰσθι τῶν ὤμων
κομίζοντος σίτου μέδιμνον. Nā apud nos geruli frumētarij
uulgò duodenos modios ex portu in horrea portāt. quare
Galatæ homines præualidi senos onere uiatorio modios
gestare potuerūt, qui minores erāt nostris, ut suprà docui
mus, quanto mēsura rasa à cumulata distat. & præterea
medimni illi fortasse minores erāt Atticis. Vt igitur men-
tem Herodoti assequamur de chœnice, age fac modiū nō
binas tantum chœnicas, ut Laurentius uoluit, sed octonas
cepisse, id quod suprà diximus: hoc posito, summa sex
millium

Plutarchi locus.

millium sexcentorū decem & octo centenariorū, non du-
plicatò tantum, sed octuplicatò crescet, fientq; duo &
quinquaginta millia nongēti quatuor & quadraginta cē
tenarij, qui bis & quinquagies cētena nonaginta quatuor
millia quadringentos faciūt. Par est enim dicere, bis &
quinquagies cētena nonaginta millia, & bis & quinqua-
gies millies cētena, milliesq; nonaginta. sic in superiore
numero tredecim millia ducenti cētenarij efficiūt centies
tredecim millia & centies ducenta, hoc est, tredecies cen-
tena & uiginti millia. ergo si bis & quinquagies nona-
ginta quatuor milibus & quadringētis chœnicib. quadra
ginta medimnos, id est, ducentos & quadraginta modios
addideris, & pro his octies multiplicatis, mille nongētas
& uiginti chœnicas, fiēt in summa bis & quinquagies
nonaginta sex millia trecenti & uiginti uiri, & totidem
chœnices, & cōputatione Græcorū myriades quingētæ
& uigintinouē, & præterea sex millia trecēti ac uiginti
uiri. Myrias (ut sæpe dixi) decem milliū numerū signifi-
cat. Apud Herodotum autem numerus hominum legitur
myriades quingentæ uigintiocto, & tria millia ducēti &
uiginti. ita fit ut numerus chœnicū superet numerū homi
nū tredecim millibus & centū, quod errore calculi factū
est, siue Herodoti culpa, siue emēdatorū fuit. Intelligimus
tamen (id quod quærimus) Herodotū cēsuisse chœnicē nō
semodiū sed modij octauā partē esse. Esse autē errorē cal-
culi in hoc loco, nō magis mirū est, quàm eo loco ubi tribu
torū Persidis fit mentio, ut suprà adnotatū est. Quòd au-
tem in superiore calculo lapsus non sim, quanquā loco lu-
brico, facilè sciri potest, si quis numerum medimnûm, id
est, centum & decem millia trecenta & quadraginta se-
xies ducēdo, ex medimnis ad modios trāseat. sic enim iam

fient sexcenta sexaginta duo millia quadraginta: quæ rursus octies ducta, ut ex modijs chœnices faciamus, fiunt in summa, quinquagies bis nonagintа sex millia trecētæ & uigintі: tametsi siue uno, aut altero loco, siue in pluribus lapsus sim in summis supputandis, indulgēdam mihi ueniā facilè ab optimo quoq; uiro promitto, modò ne calculi errore ductus, falsò quippiam constituerim: id quod uitasse me omnino existimo. nec tamen (quæ est humana conditio) temere aliquid affirmauerim, ut omnino regressum mihi ad maiorē etiam ueniam negem, quam ne ambitiosis quidem precibus, & penè supplicibus (si res ita tulerit) exposcere grauabor: quippe quū ne eximij quidē scripto res extra aleam fuisse hallucinandi quotidie reuincātur. Quo minus ita existimari uelim, quasi mihi firmius aliud præsidiū actionum etiā mearum omnium esse nedum scriptionum credam, quàm in ara (ut ingenuè fatear) misericordiæ situm. Quòd si Cæsiani quidā iudices tam præfracta inuenti fuerint seueritate, ut omnem mihi ueniæ spem abscissam esse pronuntient (id enim unū uereor) cādidissimam queq; lectorē (ut spero) licebit appellare, ijsq; supremum calculum porrigere, qui ex bono & æquo ius dicunt de multa meritoq; scribentiū. Nā iure ad eos prouocandi sublato, quotusquisq; experiri audeat uel aduocata facundia fretus atq; subnixus? Atenim in auspicādo hoc opere nullū me iudicē reiecturum esse præfatus sum, duntaxat non nesciū iudicandi: nempe eo staturus omnino, quod docti cēsuissent. Vbi nūc igitur illa fiducia operis arbitratu omnium approbandi? Equidem non ideo hæc dicenda duxi, quòd conscientiam non eandem nunc in fine suscepti operis feram, quam iam inde ferebā à primordio, neq; ille animus concidit rei compertæ securitate præfid

Deprecatio ad lectores & iudices huius operis.

præfidens, sed altiores spiritus in principio sublati ut attentionem mihi facerem, peroraturo me, sensim submittere se debuerunt hominū beneuolentiæ, ut si deducenda re in iudicium & pertractanda aliquid imprudens offenderim (ut est humana natura tenoris inoffensi nescia) id iuri certo ne obsit. Id uerò ita condonari mihi postulo, si iure communi atq; omnibus usurpato postulo. quod si mihi nō negatur, nihil iam lectores moror quo minus de capite & existimatione mea in consilium statim eatur. Hanc enim sortem (ut spero) deo bene iuuante in urnam cōiecimus. Quapropter Mineruam Mercuriumq; huius generis iudiciorū præsides, potentesq;, uimq; omnem imaginariam numinum, prisci æui suffragijs atque superstitione literarum studio præfectorū, oro, si fas est, atq; obtestor, si liberalium disciplinarū antistites syncera atq; assidua obseruantia colui, ex quo primùm, licet serò, his sacris initiatus fui, huius ut iudicij euentū mihi bonum, faustum, felicemq; faciant. Cuius uoti compotē ita futurū me censeo atq; exposco, si omnium maximè studiosiorū hoc sacramentum bona fide suscepi, constanterq; seruaui: qua uel una re maximè dijs litari solet ipsis. Neq; enim tot stipēdijs Mineruæ faciendis æra unquam mœrentem me, nec quæstus ambitusq; blandimentis à signis Philologiæ quisquam uidit emansitatem: sed nec uxor, nec liberi eiusdem sacramenti fortasse futuri tyrunculi, procacissima duo studiorū auocamenta, dieculam unquam mihi unam exemere temporis literis destinati, duntaxat quantum mihi licuit à munere publico feriari. Vtinamq; diuina benignitate commodior antehac nobis ualetudo rebus cæteris competiisset. Alacrem certè ac sui iuris animum præsliteram, earumq; rerum curis uacantem, quæ identidem interpellare literarum

rum studia dilitantur. Quin ne sic quidem etiam missionem unquam ab statiuis ijs castris postulare certum est, quorum nunquã emerita stipendia strenuissimo cuiq; fuisse censeo: tametsi inter causarios profiteri multis ipse nominibus potuissem, & ad rem quoquo modo immigrare faciendam. cuius siue cõstantiæ siue pertinaciæ exemplum à nullo adhuc nostratium proditũ esse noui. Etenim prætua hominum nostrorum opinione, temporumq; iniquitate factum est, ut res ijs literaria decoxisse uideatur, qui post adolescentiam, quum causas ipsi possent acilitare, aut circa patrimonium augendũ quoquo modo satagitare, literarũ studijs uacare maluerunt: quod genus ociari multos etiam prudentum, & cessare appellat: uidelicet cuiusque operæ nauatæ fructũ in numerato positũ esse credentes, philosophiæ philologiæq; (qui est amor literatæ sapientiæ) inania ieiunaq; nomina cauillantes, atq; ijs demũ decora esse dilitantes, quos res atq; fides per ignauiam umbratilem socordiamq; defecerint. Nuper tamen instauratæ utriusq; linguæ felicitate studia iuuenum nostrorũ magnopere exarserunt. pauci enim literarũ admiratione ducti, pertinaci studio multorũ æmulationem excitauerũt: simul Italorũ industria, qui libros in dies alios atq; alios ediderunt, literarũ bonarum nomen non pridẽ nostris inauditum, primùm inusum, deinde neglectum, postremò festiuũ ac plausibile esse cœpit. Nunc etiam eousq; honori habitum, præsertim literarũ Græcarum auctoritate (quæ ab initio ipsæ prodigiosæ, ac propemodum diræ putabantur) ut ij qui maximè refractarij per inscitiã futuri uidebantur, liberos suos ijs literis instituendos iam percupidè tradant, nominatim etiam quasi ex formula cauentes, ut literis bonis probatisq; eruditi reddãtur. Hic iam est animorum

Causarij milites ante tẽpus immunitatem obtinent propter aliquam causam iustã.

Philologia.

morum habitus: tametsi paucis ad frugem bonam euadere contingit, non ingeniorum culpa (ut Francomastiges uolunt) sed hominum errore, qui paucorum annorum cultu acquiescentes, literarũ & studij fructum in ima uena inquisitionis reconditũ esse nesciunt, sicut omnium artificiorum indicaturam expolitio facit. Sed sic quoq; iuuat multos existere, qui uel præcoci fructu studiorum gaudeant, & ad alia uitæ instituta transeuntes, partim honorẽ literatis habeant, partim etiam literatorũ ipsi uideri numerum augere uelint. Est enim ea ratio animorum culturæ, ut uel serotina, uel præmatura, uel incohata tantum, numquam frugiperda sit. Qui autẽ uel quæstuariæ ætatis, uel ambitui iam maturæ & accõmodatæ dispendio, disciplinis etiã ciuilibus studere citra compendij spem instituant, rari inueniuntur hodie: quandò perire id omne tẽpus putatur multorum opinione, quo nec res plenior fit, nec fastigium hominis crescit gerendis magistratibus. In rebus autem humanis nulla (ut quidem reor) maior est indignitas, quàm quum fortuna undiq; constans, omniumq; rerum aut plurimarũ secura, literarum amœnitatem floccipendens, inertiam ut blandã amplectitur (quod rarò non euenit) aut quum studium literarum flagrans in claris ingenijs, improbitate fortunæ, res mediocris deficit. Sed ut ad me redeã, etsi crimen nondũ agnosco, eiurare tamẽ ueniæ petitionẽ nolim, si ita forte commodum sit. etenim (ut est humani ingenij male firma natura) uereor necubi lapsus sim imprudens, quum tot loca lubrica pertransierim. Sed & illud subinde recursat, ne piaculare existimetur, aut certe suapte cõditione inuidiosum, me hominẽ nulla auctoritate nixum, nullis præceptis magistrorũ imbutũ, maiestatẽ sæpe Pliniani nominis attentasse, superioris æui opinione

Eiurare ueniæ petitionem, est iureiurãdo pmittere se uemã non petiturum, id est ei iuri renunciare, ut quidam loquuntur.

nione consecrati. Quanquam non meum hoc exemplum, sed tertias iam manus (ut minimũ) censorias pertulit, & sic quoq; doctorũ sententia longè abest ut ex reis falsi auctoribus liber ipse, impostura æq; temeraria atq; animaduertẽdæ, publicè eximatur. Quotus enim quisq; hodie flagitijs eius adnotandis abstinet (libri dico, nõ auctoris) ut quisq; cõmentantium aliquid potuit cõminisci? Nec id mirum uideri debet: omnes enim iamdiu inquirimus ueritatem, quam per exoletißima utcunq; uestigia cõfusißimaq; inuestigasse palmariũ semper existimatũ est. Hac uia maiores nostri linguã utranq; bona ex parte restituêre nobis. Quidni igitur eorum uestigijs insistentes, longißimè etiã abstrusas repetamus reliquias ueritatis? In hac autem indagine maximè nos torserũt fallacia quædam mẽdosaq; uestigia, quæ primore aspectu certa, in tenebras tandẽ erraticas ferebãt. Ibi deprehẽsa cura ac uigilãtia sæpe hærere coacta est, cœptamq; interdũ inquisitionẽ abrũpere animi destinatione subita. Reuocabat enim me subindè reprehẽsabatq; absoluendæ rei desperatio, uerebarq; interdum si per confusa perplexaq; uestigia rem indagare pergerem, cuius exitum certum inuenire non esset, ne in ambagiosum quoddam opus insinuarem incautus. Hic si quis à me quærere insliterit, quî fieri tandem potuit ut idem auctor Plinius in diuersis exemplaribus sui prorsus dißimilis fuctus sit: (hoc enim sæpe affirmauimus) huic ego primùm illud Homericum respondere non dubitem ex libro Iliados undeuicesimo,

Deprehensi discuntur qui ultra pgredi uel nequeunt uel non audent.

Αλλὰ τί κεν ῥέξαι μιν θεὸς ἀλλὰ πάντα τελοντα,
Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται.

Sed quid agam? dæmon proles Iouis, omnia uersans
Euentu uario, nulli non officit Ate.

Quid

Quid enim aliud causæ esse dicam, quàm quòd dea quædam potentiaq; maleficа per omnia humana acta bacchatur, Ata nomine, Stygij Iouis filiarum natu maxima, quæ homines infortunio quodam semper afficere gliscit, humanis ipsa rebus exitũ nunc dirum, nunc noxium & incommodum inducens? Hanc ego Atam Latinè noxam appellare soleo: Hebræi Satanam appellauerunt. Deinde illud Virgilianum addam ex poëmate Georgico,

_Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri:
Non aliter quàm qui aduerso uix flumine lembum
Remigijs subigit, si brachia forte remisit. & reliqua.

Nam & Plinius ipse si nunc reuiuiscat, & ab eo quæratur cur multis in locis commodè intelligi nequeat: sic forsan respondeat ex eodem poëta,

Εγὼ δ' ἀναίτιός εἰμι,
Αλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠέρο φοῖτις ἐρινύς.

Haud ego causa fui, Stygius sed Iuppiter, atque
Eumenis in tenebris graßãs, ac Parca maligna. id est,

Nolite cõmittere ut id mihi uitio uertatis, cuius ego insontem planè me ostẽdere possẽ, & cuius culpa debet in Iouem illũ Stygiũ, ac Parcas ipsas reijci, Erinnynq; illã, diram tenebrarũ incolã: quæ maleuola numina, rebus humanis infensa, maleficã noxã interturbandis & corrũpendis operibus actisq; mortaliũ omni hora summittũt. Profectò admirari sæpe subit tam latè serpsisse errorum cõtagia, ut omnia exemplaria quibusdã in locis itidẽ deprauata fuerint. Sed sic natura comparatũ esse scimus, ut situ squaloreq; omnia obducãtur, quæ diu cõdita in lucẽ nõ proferũtur, ut terras incultas senticeta occupẽt, segetesq; neglectæ lolijs & carduis præfocẽtur. Hac ratione antiqua uolumina

lumina seculis imperitis uitiata sunt, exemplaribus alijs alijsq; transcribẽdis. Sed iam à digressu in uiam redeundum. Ex loco igitur Herodoti supradicto argumentũ habemus ualidißimũ, chœnicẽ frumenti eam esse mẽsuram, quam unus homo quotidie absumere poßit. Est enim chœnix (ut ait Suidas) cibariũ diurnum, ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή. Declarat hoc & illud uulgatum Pythagoræ symbolũ, ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, Super chœnicẽ ne sedeas. cuius est hæc sentẽtia, quum unius diei uictum parauerís, ne eo statim acquiescas: id quod facere solent, qui in diem uiuere dictitantur, in crastinum non prospicientes. Quod scitũ etsi memorabile, tamẽ à sensu humano potius quàm diuinitus emanauit. Nam dominus noster sectatoribus suis contrariũ dogma tradidit, sed & omnibus Christianis hoc quodã modo genus uitæ præscripsisse uidetur, quũ in oratione inquit, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Et sic quoq; in diem orare nos docuit, ut docet Cyprianus in enarratione eius orationis. Quo fit ut tantum inter quosdam homines hiantes auaritia, & inter ueros Christianos cõueniat, quantũ inter Aristippum & Diogenẽ. Hui (inquiet aliquis) huiusmodi ueritatis prisca reputatio, nunc inter prudentes risu excipi solet. Perinde quasi euangelica lege tacito consensu mortalitatis Christiani homines soluti esse poßint, nec eo etiam hodie iure genus humanũ teneatur, quod moribus in desuetudinem abijt. Homer. Odysseæ decimonono circa principiũ chœnica pro cibo uel pane potius accepit: apud quẽ Telemachus Vlyßis filius ad Eurycliam nutricem ita inquit,

Chœnix.

Super Chœnicem ne sedeas.

Precationis dominicæ locus.

Οὐ γὰρ ἄδρυον ἀνέξομαι ὅσκεν ἐμῆς γε
Χοίνικος ἅπτηται, καὶ τηλόθεν εἰληλουθώς.

Nam quencunq; mea dignabor chœnice, prorsus

Haud

Haud cessare sinam, quanquam procul aduena fertur. Hunc hominẽ quanquam ex longinqua regione hospitẽ, domi tamẽ inertẽ sedere non patiar, & panẽ meum compreßis manibus esitare. Athenæus lib. III. auctor est Clearchum quendã uerborũ aucupem ex ijs quos ipse Onomatotheras uocat, quasi uerborũ innouatores, nominũq; aucupio gaudentes, chœnicẽ hemerotrophidẽ appellare solitũ, quod uocabulum diurnũ alimentũ significat. Proinde si chœnicẽ pro duobus sextarijs intelligamus, ut certè intelligere debemus, is erit modus diurni cibarij, ut miles quisq; Darianus octonis diebus frumẽti modiũ unum accipere debuerit, id est sesquimense medimnũ. Hæc mensura (ut arbitror) Gomor ab Hebræis dicitur. Statuta enim à domino hæc mẽsura erat colligẽdæ uiritim mannæ in singulos dies, ut scriptũ est Exod. XVI. c. Rabanus tamẽ tres chœnicas cepisse dicit. Sed ijs quæ diximus de chœnice, consentaneũ esse uidetur id quod à Marco Catone dicitur, quod in uulgatis exemplaribus mutilatũ est, Familiæ (inquit) cibaria: qui opus facient, per hyemem tritici modios quaternos, per æstatem modios quaternos semis: uillico, uillicæ, epistatæ, opilioni modios ternos: compeditis per hyemẽ panis pondo quaterna: ubi uineã fodere cœperint, panis pondo quina, usq; adeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redito. Hactenus ille. Hoc autem intelligere debemus, minore modo contentos esse posse, qui pulmentaria cum cibarijs habeant: uel qui opus non faciãt, ut uillicus & epistates, qui operis magis præfecti quàm operarij sunt. Epistates enim curatorẽ operis significat. docet hoc Columel. li. XII. de officio uillicationis loquens. Cæterùm quòd illa uerba Catonis supradicta de mẽstruis cibarijs intelligãtur, cõijcere poßimus ex usu

Onomatotheres.

Gomor.

Epistates.

antiq

antiquorum, quibus mos fuit (ut auctor est Donatus in Phormionem Terentianum) quaternos frumenti modios quolibet mense singulis seruis admetiri, idq; demẽsum appellatũ esse uel à mense, uel à metiendo: ex quo more (inquit ille) Terentianũ illud emanauit, Quod ille unciatim uix de demenso suo suum defraudans genium cõparsit miser, id illa uniuersum abripiet, haud existimans quãto labore sit partũ. Frugi enim mancipia minori mensura sese tolerantia, peculiũ inde augebãt. Id demẽsum Lucæ duodecimo Sitometrium dicitur, quod incõmodè tritici mensura uersum est ab interprete. Hæc ego quũ scriberẽ, pistorẽ accersiri iussi, ideo mihi notũ, quòd pane ab eo utebar, & ipse emercandi frumẽti causa interdũ ad me uenitabat. Cum hæc igitur ab eo scisciterer, uix tandẽ extudi ut fateretur. uerebatur enim, ut sensi, ne quid in panificum nationẽ imprudens effaretur. Sed quũ fidem feciſſem nihil me huiuscemodi cogitare quod ille suspicari posset, eò ægrè hominẽ perduxi, ut diceret ex sextarijs singulis nostris, id est binis medimnis tritici probi, panes primariæ notæ sedecies duodenos minimùm faciitari. Primario autẽ pani iam cocto & tepido duodenas uncias lege municipali taxatas esse, id est libræ nostræ dodrantẽ. Petenti autẽ quantũ in furfures abiret, respõdit hemimedimnũ, id est quadrantẽ sextarij nostri. Porrò secundarios panes pondo quaternũm librarũ fieri solere, quantũ quini panes primarij penderẽt, quanquam singuli secundarij pro quaternis tantũ primæ notæ cederent uenirentq;. Id ideo institutum, quoniam nihil furfurum in eo pane esset, qui è massa cõficeretur cribro succreta pollinario, ideoq; huius candorẽ in secũdario pane cõpensari pondere. Cum ponderatunc & panes expediri iussissem, ad libră parẽ propemodum respõderũt. Tametsi uncia sæpe decedit in singulas libras, indulgentia eorũ qui legis custodes constituuntur. Est autẽ primarij nostri panis ea omnino magnitudo, ut qui plurimum panis esitet, nõ ultra binos etiã recentes in singulos dies absumat, id est singulos in singula conuiuia, etiã destrictis (ut fit) summis cruſtis. qui autem mediocris in panis esu sit, etiã dodrante Romano in singulos conuictus satietur. Hac ratione fit ut è singulis modijs senideni panes redigãtur, qui octonis diebus uiritim sufficiunt, & quarta pars supersit in furfures secreta. Celsus libro quarto de ijs loquens qui fluore alui laborãt, Alia uia est ubi uelis supprimere, cœnare, deinde uomere, postero die in lecto conquiescere, uespere ungi, deinde panis circa selibram ex uino amineo mero sumere, tum assum aliquid, maximeq; auem: postea uinum idem bibere, idq; usq; diem quintũ facere. Selibram panis tantum esse dico quantus est dimidiatus noster primarius. Hac igitur ratione comperimus quaternorum modiũm excretam farinam affatim in mẽsem suppetere, ita ut furfures supersint quartam partem implẽtes. Verùm hoc de ijs intelligẽdum, qui liberaliora uitæ instituta sequũtur. Est enim alia ratio sellulariorum artificum, eorumq; qui artes operosas faciitant, quiq; ijs opificijs uitam tolerant, quæ multa corporis fatigatione constant. Hos enim uberioribus cibarijs uti ac craſsioribus necesse est: præsertim quum cibarij magna parte pulmentarij uice utantur, ac ter ferè aut quater in dies epulẽtur. his ternos dodrantes partim secundarij panis, partim postremæ notæ statuo. adde etiã hesterni panis, id est qui iam cõsederit, aut etiam ante triduum cocti. Sed & inter eos artificiorum uarietas, & corporum fatigatio refert. plusculo enim pa-

Demensum.

Sitometrium. Paneficium Parisiense.

Selibra panis.

ne gerulis opus est, & malleo tundẽtibus, & helcyarijs, & id genus operis, quàm sarcinatori aut sutori, & alijs qui sedẽtario tantũ opificio incumbunt. Artificijs igitur remißioribus, qualia sunt eorũ quos Græci χειροβίους appellant, quasi manu uictum quæritantes, quos quidã uentrimanos dixerunt, quaterna (ut summũ) pondo sufficiẽt panis secundarij, id est quaterni dodrãtes nostri. Verùm pistores panificium in tria genera ferè diuidunt: in primarium panem, qui candidus dicitur: in secundæ notæ panem, qui ciuilis dicitur. hunc Celsus libr. II. Autopyrum uerbo græco appellat, cui nihil pollinis tenuißimo incerniculo ademptum est, & in secundo genere firmitudinis alimẽtariæ ponitur. Nã & Apuleius sordidũ panẽ & cibariũ pro eodẽ posuit lib. VI. de descẽsu Psyches ad inferos loquens. Tertiũ genus cibariũ appellat Celsus, quasi plebeiũ, quẽ infirmißimũ esse tradit in alimenti ratione. Hunc nostri postremæ notæ aßignant. Sic igitur statuo, quẽadmodũ lautiore uictu utentes, binis libris Romanis cãdidioris panis satiãtur, quòd nec corporis labore exerceantur, & pane acceßionis uice utantur: sic artificibus remißioris operæ quaterna põdo suffectura dico panis secundarij. Intensioris autẽ operæ mercenarijs, quales sunt baiuli, phalãgarij, & malleatores, & alij improbo labore laßescentes, quos Cicero quodã in loco fæcem urbium appellat ex Xenophõte in Oeconomico, qui eos βαναυσικοὺς uocat, et ex Aristotele: ijs ut paulo plus quaterna põdo Romana tribuerim, sic craßioris panis, præsertim (ut diximus) quòd pane iurulẽto pro pulmentario bona ex parte uescãtur. Hoc conuenit cum dicto Catoniano, qui cõpeditis per hyemem panis põdo quaterna taxauit: ubi uincã fodere cœperint, panis põdo quina, usque adeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redit. Pulmẽtariũ enim tenue, id est ficos, unius libræ loco cedere uoluit. Nullus est enim in urbibus etiã infimæ sortis mercenarius, qui nõ pulmentariũ aliquod cũ pane adhibeat in uictum. Panis noster cibarius quaternũm fit librarũ. huius dodrãtẽ, id est quaterna põdo Romana, cuius sufficere existimo, quòd dodrans quaternos panes librales, id est Catonianos æquat. Nunc si ulterius ratiocinari placeat, cõperi percõtando ab illo pistore, ex medimno tritici probi octies duodenos (ut minimũ) dodrãtales panes confici, ita ut quadrãs furfurũ reliquus sit. Siquidẽ constat ex senis modijs tritici probi, id est ex medimno, octonos cumulatos, & interdum octonos & quadrantẽ farinæ redire. Si igitur furfuribus cum polline cõfusis panes dodrantales fiãt, ex medimno denos duodenarios panum & octonos habebimus: ut facile est colligere si quis in singulos modios, senosdenos panes numeret. Fiũt enim pro octo modijs farinæ, octies senideni, id est cẽtũ & duodetriginta, id est decies duodecim & octo præterea. Nũc si in dies singulos, ternos panes dodrãtales numeremus, hebdomada quælibet paulo minus unũ modium absumet. ita duodetriginta dies, quaternos modios absument, hoc est panes octoginta quatuor: quibus si duas addas hebdomadas. hoc est quatuordecim dies, qui duos et quadraginta panes poscũt, fiunt centũ et uigintisex. Restant duo panes ex medimno, ex quo fit ut quaterni modij in undetriginta dies sufficiant. Et hactenus ita loquor, quasi quarta pars tantũ in furfures abeat, et octo tantũ duodenarij candidi panis ex medimno redeãt. Hoc enim à Panifice comperi. Nunc si addas id quod ille reticuit, abunde quaterni modij in mẽses tricenarios sufficiẽt, id quod Cato statuit. Compertũ enim habeo ex ijs qui ex iurisdictione hoc inquirere

Chirobij.

Panis tria genera.

quirere potuerũt, & ex Cõmẽtarijs Decurionũ, posse ex medimno non modò octies duodenos, sed etiã eo amplius senos octonos'ue redire, quod ille panifex fateri magis grauabatur, quam inficiari pergebat. Hæc si quis exactè æstimare uelit omnino conueniunt cum Catoniano dicto, qui uillaticis operis per hyemẽ quaternos modios statuit, & quaternos semis per æstatẽ, & compeditis, id est ergastularijs seruis, qui uincti fodiebant, aliud'ue opus faciebant, per hyemẽ panis pondo quatuor. Et ubi iam intenditur labor, hoc est fossuræ tẽpore, panis põdo quina, usq; dum ficos ederẽt, quo tẽpore ad quaterna pondo eos redigit. Terna põdo nostra, quaterna Romana ualent, ut sæpe diximus: quaterna nostra, quina Romana et quadrantẽ, qui modus ijs statuitur qui pulmentario nõ uescerentur, sed panẽ tãtum esitarẽt. Ex hoc planum fit quem modulum Herodotus & antiqui per chœnicẽ intellexerunt, cui sesquipinta nostra haud dubie respondet. Hæc ideo longius repetẽda duxi, quòd mensurarũ ponderũq; modus mutua probatione deprehẽditur. Age uideamus porrò. Ex ijs quæ diximus, apparuit, ex singulis modijs sedecim pondo Romana candidi panis & semissem fieri, & largè quartam partẽ in furfures abire. nã multo plus in actis municipalibus inueni. Diximus etiã suprà, modiũ tritici probi uigintiquatuor libras, & eo aliquid amplius pẽdere. Quare necesse est, ut quadrãs furfuris paulo minus semissem pollinis pendeat, id est ut tres modij quadrantes farinario cribro succreti, sedecim libras: reliquus autem quadrans, id est furfureus, circiter septem libras pendeat. Non idem autem esse pondus panificio & tritico, ex eo cõijcio, quòd aliquid humoris in pane resideat. Id incertum esse & uarium ex Plinio uidetur libro decim

Reciproca probatio ponderũ & mensurarũ.

decimooctauo, qui Balearici tritici modios tricena põdo panis reddere tradit. sed circa Clusium & Senas fieri lege certa naturæ, ut tertia portio pani ad põdus grani accrescat. Catonis autẽ uerba significare uidẽtur ex singulis modijs tricena pondo panis redire. quaternos enim sextarios tricenis diebus assignat, & paulò pòst quaterna põdo panis in dies statuit: qua ratione fit ut quaterni modij centũ & uiginti pondo panis reddãt. Ex hoc tamen constituere nihil possumus, nisi id quod suprà dictum est. Verùm illud attexendũ ex eodẽ Plinio libro supradicto duodecimo, quod ad rem mihi magnopere pertinere uisum est. Similago (inquit) ex tritico fit laudatissima. ex Africo iustũ est è modijs redire semodios, & pollinis sextarios quinq;. Ita enim appellãt in tritico, quod florẽ in siligine. Præterea secũdarij sextarios quatuor, furfurũq; tantundẽ. Panes uerò è modio similaginis CXXII, è floris modio CXVII. Preciũ huic annona media in modios farinæ XL asses, similagini castratæ octonis assibus amplius, siligini castratæ duplũ. Paulo autẽ superius Plinius dixerat, E` siligine lautissimus panis, pistrinarũq; opera laudatissima. Ex Plinij igitur uerbis hoc colligo, Africũ triticum præstãtissimũ fuisse: ex cuius farina primum similago, quæ & simila dicitur, cribro tenuissimo à polline cernebatur, ita ut ex polline restante secundariam ueluti similã elicerent, & crassiorem rursus pollinem à furfuribus laxiore incerniculo succernerẽt. Similagini autem precium asses quadragenos in modios fuisse mediocri annona: qua ratione duo medimni Romani, qui sextarium Parisinum faciunt. duodequinquaginta denarijs ualuerunt, hoc est duodecies quaternis. Quatuor enim denarij, XL assibus ualuerunt. At castratæ similagini

Pollis. Flos.

Similago similaue.

gini eo amplius octoni asses in modios accedunt, & siligini castratæ (quæ fruges erat Italica, hoc est triticũ delicatißimũ, & candidißimũ) eius summæ duplũ, hoc est asses senideni, in modios singulos. Quod ita intelligo, ut modij floris tenuißimi huiusmodi siliginis senis et quinquagenis assibus uenierint. Quare subducta ratione cõstat duodecim eius modios, id est sextariũ nostrum, sexcenis septuagenis binis assibus mediocri annona fuisse, id est sexagenis septenis denarijs, quæ minimo minus à nobis undenis Francicis & dodrantibus, id est quinisdenis solidis æstimantur. Porrò duodecim modij simulaginis ratione à Plinio posita ex quatuor et uiginti tritici modijs ficbãt, quos sæpe iã diximus duos nostros sextarios æquasse, nisi quatenus rasa mensura à fastigiata distat: quippe cũ dicat Plinius ex modijs semodios redire, & pollinẽ primariũ & secundariũ restare: ex siligine autem Cãpana (ut ipse inquit) quaternos sextarios redire iustũ erat, hoc est modij quadrantem: quo fiebat, ut duodeni modij castraturæ ex duodequinquaginta siliginis modijs incernerentur. Et ita rationem tenemus & intelligentiam Pliniani dicti, quod haud scio an hactenus nõ intellectũ trãsmissum sit à legentibus. Sed quod apud Plinium ibidẽ legitur, Iustum est è grano Cãpanæ quã uocant castratam, è modio redire sextarios quatuor siliginis: fortasse simulaginis legi debet. & itidẽ post duos uersus, Duplũ etiã pretiũ siliginis castratæ, ita intelligi potest, ut in modios sex & nonaginta assibus cõstiterit, id est altero tãto amplius q̃ simila, propter rationẽ supradictã. Quòd si rectè apud Pliniũ in loco superius citato siliginis legitur, siliginẽ intelligemus significare nõ modò granũ delicatißimi & primarij tritici, sed etiã medullam siliginei grani. Id quod fortasse Celsus his

Locus Plinij explicatus.

Siligo quid.

Celsi locus.

his uerbis significat lib. II. cap. XVII. Ex tritico firmißima siligo, deinde simila, deinde cui nihil adẽptũ est, quod autopyrũ Græci uocãt. Infirmior est ex polline, infirmißimus cibarius panis, Sic enim locus ille legitur in libris emẽdatis, licet in uulgatis mutilatus sit. Iuuc. Sat. quinta,

Iuuenalis.

Sed tener & niueus, molliq; siligine factus,
Seruatur domino.

Huiusmodi delicias frumenti hodie non habemus, ex quibus Romani antiqui opera pistoria faciebant, quæ aliqui dulciaria, Suetonius mellita appellauit, cũ inquit de luxu Neroniano loquens, Indicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mellita quadragies sestertium constiterunt. Quod ut credamus, efficit Lãpridius, qui de Heliogabalo loquẽs, Habuit (inquit) dulciarios tales & lactarios, ut quæcũq; coqui de diuersis edulibus exhibuissent, uel structores, uel pomarij illi, modò de dulciarijs, modò de lactarijs exhibercẽt. Celsus de his loquẽs, Scire (inquit) oportet mel & caseũ inter ualentißima esse, quo minus mirũ est opus pistoriũ ualentißimũ esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo, constat. Ego cũ Romæ eßẽ annos abhinc decẽ, panẽ quotidie esitabã quo Pontifex Iulius uescebatur. Erant panes paruuli, quos quis facilè inuolare manu posset, si bene memini, sed candidißimi & suauißimi, quales (ut arbitror) Plinius CXX ex modijs singulis similæ fãcli tari solitos scribit. Erat tũ annona percara Romæ, et per Italiam. Sed cũ interrogarem quanti ueniret id triticum ex quo tam lautus panis fieret, tanti esse eum panem dicebant, ut cũ rationem extemporali supputatione & in digitos deducta inirẽ, eius farinæ sextarius noster amplius ducatis duodecim Romæ esse uideretur: quod an uerum esset, non comperi, nec inquisiui. Neque etiam tum meo

Opera pistoria.

Panes Iulij Pont. Max.

uictu Romæ ſtabã,ut id inquirere ſuccurreret,Similago

Panes Græcanici.

σεμιδαλις à Græcis dicitur,ſiligo ὁλύρα,pollin autẽ γύρυς.Primo loco apud eos ponitur ſemidalites panis, qui fit ex ſimilagine.Secũdo chondrites,qui ex alica. Tertio aleurites, & deinde ſyncomiſtus,qui triticea farina fit nõ ſuccreta. Secundũ hoc aleurites idẽ eſſe uidetur cũ autopyro.Sed illud animaduertendũ in uerbis Catonis, quòd uillaticis ſeruis ſolutis qui opus faciunt, quaternos modios in mẽſes ſtatuit,uinctis autẽ ſeruis in dies ſingulos quaterna põdo:quod ut in eãdẽ quãtitatẽ redit,ſic cõditionẽ uariã ſolutorũ mancipiorũ & ergaſtulariorum facit.Illi enim peculiũ parſimonia augere poterãt,ut ex Terẽtio & Donato diximus:hi in pœnã dati,expeculiati quoq; erãt.Vt autẽ hanc rationẽ colligamus,in medimno ſeni ſunt modij,& in modio octonæ chœnices, & chœnix cibariũ diurnũ:ita medimno duodequinquaginta homines quotidie ſatiantur,& Pariſino ſextario ſex & nonaginta:ſic fit ut modius Pariſinus mille cẽtũ & quinquaginta duobus ſufficiat.Porro Spartianus auctor eſt,

Canon frumẽtarius.

Seuerũ Pertinacẽ Imperatorem Romanũ morientẽ reliquiſſe canonẽ frumẽtariũ in ſeptẽniũ ſuffecturũ:ita ut ſeptuagenaquina millia modiũm quotidie abſumi poſſent, id eſt ſena millia ducẽi quinquageni ſextarij noſtri.quo fit ut ratione prædicta ſexcena millia plebeiorũ teſſeras frumentarias acciperent in diem chœnicarias. Hunc enim numerum efficit modiorum iam dictorum numerus octonario multiplicatus,uel numerus ſextariorum nonagieſexies ductus.Hactenus de medimno, modio et chœnice,& ijs mẽſuris quarũ mentio ſuperius facta eſt:trãſeũdũ ad reliquas. Quadrãtal latinè dicitur ſchema mathematicũ,quod græcè Cubus dicitur,ut auctor eſt Gell.

Quadrantal.

Prop

Propter quod docti ferè quadrantal amphoram eſſe opinantur,propter formam teſſerariam quã habet, & alioquin auctoritate Feſti ſubnixi: id tamen non habeo quo modo conſtituam.Iam primùm Cato de uino Græco loquens, Muſti.q.x x.in ahenum, aut plumbeũ infundito, ignem ſubdito.ubi ebulliet uinũ,ignẽ ſubducito: ubi iam uinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito: ſeorſum autem in uas aquæ dulcis quadrantal unũ infundito,ſalis modium unũ:ſinito muriam fieri.ubi muria facta erit,eodem in dolio infundito,poſt dies x x x.dolium oblinito,ad uer in amphoras diffundito.q.x x. dubiũ eſt utrum quadrantalia an quartarios intelligere debeamus, ut paulò pòſt, Aquæ marinæ quartarium unũ ex alto ſumito quò aqua dulcis non accedat,ſeſquilibrã ſalis frangito.In antiquo tamen libro nõ quartarium, ſed.q.legitur. Alibi, Poſtea ſumito bituminis tertiarium, & ſulphuris quartarium,conterito in mortario per ſe utrumq;. Idem alibi, Vbi hauſeris de mari,in dolium fundito, noli to implere:quadrantalibus quinq; minus ſit quàm plenũ. Idem, Vinum familiæ quo utantur, muſti quartarios x. in dolium indito,aceti acris.q.II. eodem infundito, ſapæ quadrantalia duo,aquæ dulcis. q.I. hæc rude miſceto ter in die, dies quinq; cõtinuos.Hoc in loco quadrãtalia pro amphoris quis intelliget? cùm de uino odorato loquens, quod non familiæ,ſed domino concinnabatur, Poſt dies (inquit) x L.diffundito in amphoras,& addito in ſingulas amphoras ſapæ ſextarium unum.Rurſus de uino Coo loquẽs,In doliũ (inquit) quinquagenariũ infundito aquæ marinæ quadrãtalia decẽ,tum acina de uuis miſcellis decarpito de ſcapo in idem dolium,uſquedum impleueris: manu cõprimito acina,ut cõbibãt aquã marinã:ubi com-

pleueris doliũ, operculo operito. Hoc loco quadrãtal amphorã significare uidetur, si quinquagenariũ doliũ à quinquaginta amphoris intelligamus. Iucundus Veronensis professione architectus, sed antiquariorũ diligẽtißimus, nuper Catonem imprimẽdum curauit, in quo cùm multa uerba emẽdauit restituitq;, tum capite LVII. locũ mutilatum ita restituit, Summa uini in singulos homines intra annũ quadrantalia octo. Quæ uerba si rectè emẽdatéq; restituta sunt, fáteri nos cogũt quadrãtal & amphoram idem olim fuisse. Cùm enim octo mensibus Cato uinũ familiæ bibẽdum statuat, id est à quarto ad duodecimũ in eo numero cõprehensum, quarto mẽse ternos congios taxat, & sequentibus usq; ad nonũ quinos: nono, decimo, undecimo, & duodecimo, singulis amphorã indulget, & amplius Saturnaliũ & Cõpitaliũ nomine singulos uel binos cõgios in capita: fit summa sex & quinquaginta, uel septẽ & quinquaginta cõgiorũ, qui septẽ amphoras efficiunt. Quare octauã amphorã intelligimus benigno additaméto à Catone statutã. Rursus Plin. lib. XIIII. Publius Licinius Crassus, & Lucius Cæsar Censores anno urbis conditæ DCLXXV. edixerũt ne quis uinũ Græcũ A nũ neumq; octonis æris singula quadrantalia uenderet. hæc enim edicti uerba sunt. Tanta uino Græco gratia erat, ut singulæ potiones in uno conuictu darentur. Sic apud Plin. omniũ exẽplarium fide legitur: quæ uerba si nõ mendosa sunt, hoc significãt, singula quadrãtalia uini Græci, quod in tanta auctoritate erat, ut semel in cõuictu uno miscerẽtur, octonis assibus, id est paulò plus ternis sestertijs nũmis uæniſſe taxatione edictali. At Columella lib. IIII. ita inquit, Vtq; trecentis nummis quadragenæ urnæ uæneant, quod minimũ precium est annonæ, consumant

Iucundus Veronensis.

Locus Plinij.

mant tamen septem culei sestertiũm duo millia, & centũ nummos. Quadragenas urnas, uiginti amphoras ualere notum est, præsertim Columellæ æstimatione. Quare Columella maximam uini uilitatem non infra quinos denos nummos in amphoras descendere affirmauit. Quod dictũ omnino Pliniano loco refragatur. Nam et ipse Plinius alibi de Opimiano loquens, centum nummos statuit Opimiano uino, non inueterato, sed recenti, aut etiã musteo. Hic ne octonis millibus æris legẽdum esse cõtendamus, facit magnitudo precij, quod octoginta aureis æstimamus, id est, tribus millibus & ducentis sestertijs. Nam & Plinius ipse eodẽ lib. ita inquit de precio uini loquẽs. Rara quippe adhuc fuere, nec nisi importatis singulis testis millia nũmũm. Nulla autẽ testa minor esse potest amphora. Quadrantal (inquit Festus) uocabant antiqui amphoram, quod uas pedis quadrati octo & quadraginta sextarios capit. Plaut. Anus hæc sitit, quãtillũ sitit? modica est, capit quadrãtal. Quid si dicamus quadrãtal uas ita dictũ à Latinis priscis, ut Cybiũ à Græcis? idq; ex eodem Festo alibi his uerbis, Cybiũ dictũ est, qa eius mediũ æque patet in omnes partes, quod genus à geometris Cybos dicitur. Vnde etiã tessellæ quadratæ Cybi dicuntur. Nihil aliud de quadratãli constituere possumus, quod ad mensuræ quidẽ modũ pertinet (de forma enim cõstat) nec de loco quidẽ Plinij supradicto. Hic enim est unus eorum quos comploratos esse puto. Quod sequitur statim apud Plinium in eodem capite, in omnibus exemplaribus corruptum est. Quibus uini auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his uerbis tradit, L. Lucullus puer apud patrẽ nunquam lautum cõuiuium uidit, in quo plus semel Græcum uinũ daretur. Ipse quum rediit ex Asia, millia cadorum con

Cybium.

Loca Plinij quædam deplorata.

rum congiorũ diuisit amplius centũ. C. Cẽsius, quẽ Prætorem uidimus, Chium uinũ in domum suam illatũ dicebat tũ primùm, quũ sibi cardiaco medicus dedisset. Hortensius super decem cados hæredi reliquit. In uetusto exemplari nõ cados, sed cadũ legitur: quare nõ decẽ cados (quod ridiculũ est) sed decẽ millia cadûm lego: cuius emẽdationis subscriptorẽ habeo Noniũ, qui locũ hunc ita citat in mẽtione cadi ex Varrone de uita patrũ, Hortensius supra decẽ millia cadûm hæredi reliquit. In superiore autẽ loco nõ millia cadorũ congiorũ, sed millia cadûm cõgiariûm, ex uetustorũ obseruatione lego. Sũt autẽ cõgiarij cadi, qui congiũ tantũ capiunt, id est senos sextarios Italicos. Cẽtum millia huiusmodi cadorũ, amphoras ualebant duodecim millia & quingẽtas: & modios Parisinos mille quingentos & circiter sexaginta. Hortensij autẽ x millia cadorũ æstimare nõ possum propter uariẽtatẽ opinionum de cado: sed tamẽ non potest maior esse summa Hortẽsij quàm Luculli. Culeus mẽsura est uicenas amphoras continẽs, uel urnas quadragenas, qua nulla maior mẽsura liquoris, ut aiunt illa carmina. Plinius libro decimoquarto de uinea Palæmonis grãmatici loquẽs, Digna opera quæ in cecubis setinisq; proficeret, quãdò & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras cẽtenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis uictã in hoc antiquitatẽ arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Hæc sunt (ut arbitror) mẽsurarum uocabula Græcis Latinisq; auctoribus celebrata, quæ interdũ ipsa ad speciẽ & formã quandam uasis magis quàm ad modũ quẽdam certũq; referuntur. Nam quũ Cato in instrumẽto uillici amphoram quinquagenariam enumerauit: eam intelligi uoluit, quæ duobus

Locus Plinij emendatus.

Congiarius cadus.

Culeus.

Quinquagenaria amphora.

bus sextarijs maior sit iusta mẽsura. Vt nunc quadragenarios modios dicimus, qui modulis quatuor legitimã mẽsuram excedũt: sic urnã quinquagenariã dixit Cato, quæ amplius duabus urnis legitimis capiat. Pro huiusmodi amphora Colu. de uino dulci loquẽs, Quũ deferbuerit (inquit) in sextarios qnquaginta irim bene pinsitã, nec plus unciæ pondere addito. quinquaginta sextarios pro amphora quinquagenaria dixit. Et rursus, Ex hac compositione quãtum in sextarios musti quadragenos octonos adijciendũ sit, incertum est, quoniã pro natura uini æstimare oportet quid satis sit. Ego tamen si humida fuerit uindemia, trientẽ: si sicca, quadrãtem medicaminis miscere solitus sum, ita ut quatuor urnarũ esset musti modus, urna autẽ quatuor & uiginti sextariorũ. Pro amphora octo & quadraginta sextarios dixit. At quũ alibi ita inquit, Omne uinũ quum condieris, nolito statim diffundere, sed sinito in dolijs liquescere: postea quũ dedolijs aut de serijs diffundere uoles, uere florente rosa defecatum quã liquidissimum in uasa bene picata & pura transferto. si in uetustatẽ seruare uoles, in cado duarũ urnarum quàm optimi uini sextariũ aut fecis generosæ recẽtis sextarios tres addito. Hoc in loco amphorã dicere poterat, nisi ad formã uasis respexisset. Sic Plinius cados congiarios dixit, ac si cõgios in cadũ formatos diceret. Amphoræ formã tesserariam esse docuimus. Cadi formã turbinatam, id est, coni & strobyli, hoc est nucis pineæ similem fuisse, ex Plinio intelligimus, qui libro decimoseptimo de aloe loquens, turbines cadorũ dixit. Vtebantur autẽ antiqui etiã ad salsamẽta cõdenda. Idem Plin. lib. xxxii. Quin & testis cadi salsamẽtarij tusis cũ axungia uetere ad parotidas utuntur. Amphorã in ceruicẽ gracilescere soli

Cadus.

Amphoræ forma.

solitã, ex Catone intelligimus, cũ inquit, Amphorã defracto collo purã impleto aquæ puræ. Columella, Dolia quoque & seriæ cæteraq; uasa ante quadragesimum uindemiæ diem picãda sunt, atq; aliter ea quæ demersa sunt humi, aliter quæ stãt supra terrã. Idẽ, Tum in serias singulas, quæ sint amphorarũ septenũm, addito medicaminis

Seria.

põdo unciam, scrupula octo gypsi. Seria formã certã uasis denotat, nõ certã mẽsurã. Plinius lib. XIIII. Magna & collecto iã uino differẽtia in cella. circa Alpes ligneis uasis condũt, infodiũtq; terræ tota, aut ad portionẽ situs aut cælũ præbent: alij impositis tectis arcẽt. Doliũ autem

Dolium quadragenarium.

quadragenariũ & quinquagenariũ Cato quũ dicit, dubitari potest an quadraginta quinquaginta'ue cõgiorũ aut quadrantaliũ dixerit, an totidẽ amphorarũ, ut quum de græco uino loquẽs ita inquit, Musti. q. xx. in ahenũ aut plumbeũ infundito, ignẽ subdito: ubi ebullibit uinũ, ignẽ subducito: ubi iam uinũ refrixerit, in doliũ quadragenarium infundito. Et paulò pòst, Post dies. xxx. doliũ oblinito, ad uer in amphoras diffundito. Et rursus alibi, In dolium quadragenariũ infundito aquæ marinæ quadrãtalia decẽ: tum acina de uuis miscellis decarpito de scapo in eadem doliũ usquedũ impleueris: manu cõprimito acina, ut cõbibant aquã marinã. ubi cõpleueris doliũ, operculo operito, relinquito quà interspiret. ut triduũ præterierit, eximito de dolio, & in torcular calcato, & id uinũ cõdito in dolia lauta & pura & ficca. Hoc in loco quinquagenariũ ab amphoris dictũ accipio, quum ex eo dolia pura impleãtur. Octonæ amphoræ modiũ nostrum faciunt, id est Parisinũ, cuius iusta mẽsura sex & triginta cõgios nostros capit, quas uulgus sextarios nulla ratione uocat. Sic singulæ amphoræ decẽ & octo quartarios

Mensuræ Parisinæ.

nostr

nostros capiunt, hoc est sextarios Romanos duodequinquaginta. Quaternæ amphoræ semodios nostros faciũt. Cadus uero noster, quẽ lingua uernacula uestigia latinitatis retinens Caccum uocat, & trientem modij facit, amphoras duas & bessem capit, hoc est duodenos congios Parisinos. Fidelia, inquit Nonius, uas Samium ad plurimos usus. Persius, Fidelia.

Nec tamen inuideas quòd multa fidelia putet
In locuplete penu.

Plautus in Aulul. Sed si reperero ô fides, mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Eodem modo dixit congialẽ fideliam, quo Plinius cadũ congiarium. Fideliam lingua nostra filictã corrupto uocabulo dicit. Orca uas erat Hispanicum, ut ex Varrone conijcio libro primo de re Rustica, Sæpe ubi conditum nouum mustum, orcæ ut in Hispania feruore musti ruptæ: necnon & dolia, ut in Italia. Plin. lib. 15. de ficis: At ubi copia abundat, implẽtur orcæ, in Asia cadi panisq; simul & obsonij uicem siccatæ implent. Festus orcæ formam dat his uerbis, Orca genus marinæ belluæ maximum, ad cuius similitudinẽ uasa ficaria orcæ dicuntur. Sunt enim teretes, atque uniformi specie: cui congruit dictum Persij, Orca.

Angustæ collo non fallier orcæ.

Licet Hermolaus lib. xxxv. amphoræ specie orcã fuisse auctore Probo citato dicat. Vas fuit uinarium, olearium q;, & salsamẽtarium, atq; salgamarium, cuius ratio nõ mensura sed sua forma cõstat, Orcis adhuc hodie salsamẽtarij negociatores utũtur. Dolia certã mẽsurã nõ habebãt, sed quædã olim fieri capacissima ex Colum. intelligimus, qui de picandis dolijs loquens, ita inquit, Sunt autem sesquiculearibus dolijs picis duræ põdo uicenaquina Dolium.

satis

ſatis. Seſquiculeare dolium Columella triginta amphorarum dolium appellat, quã iuſtam menſurã & uſitatam fuiſſe ex eius uerbis cõijcere aliquis poſſit. Dolia (inquit Nonius) uaſa ſunt grandia, quibus uinum recõditur. Vitruuius lib. VI. ſignificare uidetur legitimã dolij olearij magitudinẽ culearẽ fuiſſe, his uerbis, Cellarũ autem magnitudines ad fructuũ rationes & numerũ doliorũ ſunt faciendæ, quæ cùm ſint culearia, per mediũ occupare debent pedes quaternos. Plaut. in Pſeud. Anũ illam doliarem, claudã, craſſam Chryſidem. Ventricoſa autẽ fuiſſe dolia, ex ſupradicto loco Vitruuij, et ex Colu. lib. XII. admonemur. Sic enim inquit de uaſis ſalgamarijs loquẽs Hæc uaſa dedita opera fieri oportet patẽte ore, & uſq; ad imum æqualia, nec in modũ doliorũ formata, ut exemptis ad uſum ſalgamis, quicquid ſupereſt, æquali põdere uſq; ad fundum deprimatur, quũ ea res innoxia penora conſeruet, ubi nõ innatent, ſed ſemper ſint iure ſubmerſa: quod in utero dolij uix fieri poſſet propter inæqualitatẽ figuræ. Rurſus Plinius dolij magnitudinem aliam ponit lib. IX. de Polypo loquẽs, qui in Betica captus eſt. Oſtẽdêre (inquit) Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphorarũ quindecim capax. Sed aliam intelligimus fuiſſe capacitatẽ dolij, aliam capitis Polypi, licet eadẽ moles utriuſq; fuerit. Vina autem in dolijs inueteraſcere non ſinebant antiqui, ſed in amphoras & cados diffundebãt. Inde illud Satyrici poëtæ,

Diffundi vina.

Ipſe capillato diffuſum Conſule potat.

Et Horatij in Epiſtolis,

Vina bibes iterum Tauro diffuſa. Id eſt, Tauro iterũ Conſule inueterari cœpta. Plinius lib. XIIII. Apothecas fuiſſe, & diffundi ſolita uina anno M. XXXIII. urbis

urbis apparet indubitato opimiani uini argumento, iam intelligente ſuum bonũ Italia. Qui hunc morem ignorat, intelligere hic nequit Senecæ dictum in quinto epiſt. ad Lucil. Ariſton aiebat malle ſe adoleſcentẽ triſtem, quàm hilarẽ, & amabilem turbæ. unũ enim bonum fieri, quod recens durum & aſperũ uiſum eſt: non pati ætatem, quod in dolio placuit, id eſt quod muſteũ adhuc, & à lacu recens, maturũ iam potui uiſum eſt. Culeus modios noſtros duos & ſemis capiebat, id eſt ſexaginta Romanos. Magnum autẽ uas fuiſſe ex eo apparet, quòd in culeo ſcorteo damnati lege Pompeia cum cane & gallo & uipera inſuebantur, ut apud Tranquillum & Modeſtinũ iuriſconſultũ legimus. Cæterùm Cato cum dixit, Vinum in dolijs hoc modo uenire oportet, Vini in culeos ſingulos quadragenæ & ſingulæ urnæ dabuntur: non ad iuſtã menſuram reſpexit, ſed ad morẽ negotiatorũ, qui acceßionis nomine in ſingulos culeos ſingulas urnas ſtipulabantur. Culeos nunc ſeſquimodiales habemus, id eſt duodenũm amphorarum: cuius uocabulũ uulgare, ad latinũ alludit, quo genere Ligeris fluuij accolæ utuntur. Eſt & aliud genus culei maioris captus, quos Tonellos appellant. Columella lib. decimotertio, Odores autẽ uino ferè apti ſunt qui cum defruto coquuntur, iris, fœnũ græcum, ſchœnũ: harum rerum ſingulæ libræ in defrutariũ, quod ceperit muſti amphoras nonaginta, quũ iam deferbuerit, & expurgatum erit, tum adijci debent. Et rurſus idẽ, Cum amphoras muſti nonaginta in defrutario decoxeris, ita ut iam exiguum ſuperſit de coctura (quod ſignificat decoctum ad tertias) tum demũ medicamina adijcito. Defrutariũ appellat ahenum prægrande quo muſtum coquitur, ad ſapam aut defrutum facienda, quo modo hodie quoq; fit. Nam & Cato

Culeus.

Defrutarium.

in instrumento uillici, ahenum unum xxx culeorũ enumerat, id est sexcentarum amphorarum, & aliud decem culeorum, quod ducentas amphoras capit. Quare apud Catonẽ dolium quadragenarium, quadragenûm amphorarum capax intelligo: idq; ex collatione locorum licet cuiuis intelligere. Cato capite centesimo, Schœnum (inquit) & calamum in pila contundito, quod siet sextarium unum: quadragenario in dolio confundito, ut odoratum siet. At uerò Columella loco supradicto librã unam dixit satis esse nonaginta amphoris musti, quæ ad tertias decoctæ, triginta fiunt amphoræ defruti. Quare quũ Plinius dicit de uinis quæ inueterauerunt, Rara quippe adhuc fuere, nec nisi importatis singulis testis millia nummûm: non de dolijs, sed de amphoris & cadis intelligo: quippe etiam alioquin uina diffusa exportabantur, nec in dolijs diu esse sinebantur, quæ propter magnitudinẽ exportari facilè non poterant, præsertim quum essent fictilia. Batus & Corus hebraica sunt uocabula, ut docet Iosepus libro VIII. Antiquitatum. Batus capit sextarios septuaginta duos: Corus autẽ medimnos Atticos unũ & quadraginta, ut ipse lib. III. inquit circa finẽ. Quare corus maior erat modio nostro triticario, qui centũ & quadraginta quatuor modios capit Romanos. Proinde falluntur illi qui quadraginta non medimnos sed modios capere corũ scripserunt. Errorẽ eorum secuti, qui medimnũ, modium Latinè interpretantur. Strabo de Taurica Cherroneso loquens, quam frumento abundasse scribit, & ob id georgiam appellatam esse, λεύκωνα δέ φασιν ὀκτὼ θεοδοσίας ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα. Leuconem (inquit) aiunt ex Theodosia uicies semel centena millia medimnûm frumenti Atheniensibus misisse.

Batus. Corus.

Quo

Quo loco interpres ducentas & decẽ myriadas modiûm transtulit, quũ totidẽ myriadas medimnũ Strabo scripsisset. Hæc amplius octogintaquinque millibus modiûm nostrorũ ualent. Hic licet æstimare quanta fuerit liberalitas Hieronis Syracusanorũ Regis, qui ut auctor est Valerius lib. IIII. audita clade qua Romani apud Trasimenũ lacũ afflicti erant, trecenta millia modiorũ tritici, ducẽta hordei, auriq; ducẽta & quadraginta pondo Vrbi Romanæ muneri misit: quod ne Romani nollẽt accipere, in habitũ id Victoriæ formauit, ut eos religione motos, munificentia sua uti cogeret. In alijs exemplaribus pondo ducenta quinquaginta legitur: adeò numeri (quod sæpe testamur) in exemplaribus auctorũ omnium corrupti sunt. Nam & apud Liuium CCC uiginti pondo leguntur, libro secundo de secundo bello Punico, his uerbis, Legati Syracusani in Senatũ introducti nunciarunt cædem C. Flaminij exercitusq; allatam, adeo affecisse Regem Hieronẽ, ut nulla sui propria regniq; sui clade magis moueri potuerit. Et paulò infrà, Iam omnium primum ominis causa Victoriã auream pondo CCC. XX afferre sese, acciperent eam tenerentq;, & haberent propriam & perpetuam: aduexisse etiam CCC mil. modiorum tritici, ducẽta hordei, ne commeatus deessent, & quantũ præterea opus esset, quò iussissent subuecturos: quæ ne accipere grauarẽtur, magnopere se Patres conscriptos orare. Libra auri non minus centum aureis solatis æstimari potest: quare ducenta quinquaginta pondo ut minimum uigintiquinque millibus ualuerunt. Quòd si Liuium sequimur, eo amplius septẽ millibus donum illud fuit. Trecenta autem millia modiorum tritici, duo millia modiûm nostrorũ & paulo minus centum ualent, etiã ut modios Italicos non Siculos intelligamus,

Liberalitas Hieronis.

Libra auri.

mus, quorũ differentiam antea adnotauimus. Hæc, si æstimationem Ciceronianã sequamur, ut minimum decies sestertium ualuerunt, & quinq; & uiginti millibus auri taxabuntur. Ducenta millia hordei quanti ualuerint, ex tritico æstimari potest. Hæc igitur liberalitas non tam magnifica quàm munifica fuit: ex animo donãtis æstimabilis magis quàm ab opibus. Quartarium apud Catonẽ sic congij quartam partẽ significare existimo, ut tertiariũ tertiam, & sextarium sextam. Amurcæ (inquit ille) in uas æneũ indito congios duos: postea igne leui coquito, rudicula agitato crebrò, usque adeo dum fiat tã crassum quàm mel, Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartariũ, conterito in mortario per se utrunq;. Columel. libro XII. In sextarios duodequinquaginta fermenti libram, fici aridæ pondo quadrantẽ, salis sextariũ, hæc subterito, & subtrita cum quartario mellis aceto diluito.

Quartarius.

Quartariũ in mẽsura pro quadrante congij intelligo, ut in pondere pro quadrãte libræ. Nos brochũ appellamus sesquisextarium Parisinũ, qua mensura dimidio maior est urna, id est, hemiolia est urna brochi. Nam sedecim urnæ modium nostrum faciunt, id est quatuor & uiginti brochos. Vrna, ut diximus, etiã hemiamphoriũ seu semiamphora dicitur. Illud admirari subit, quonã modo modulos antiquos urbs nostra seruare potuerit etiã Græcos: quod ne magnopere mirer, facit quòd etiam uerba ipsa Græca lingua ipsa uernacula tot seculis sæpius immutata retinet. Iamprimum medimnum uocabulum lingua uernacula incolume penè seruat, secunda tantũ & tertia litera intritis mimnam uocans, quasiq; per syncopen proferens: huius dimidium, id est ternos modios Romanos, diminutiuè idiomate nostro formans. Modius autem gallicũ uocabulum

Brochus. Vrna.

Mensuræ Parisinæ antiqua uocabula retinent.

Medimnus, mimna apud Gallos.

cabulum est & aridorum & liquidorum mensuræ: non modum priscum, sed uarium pro locorum uarietate obtinens. In alijs uasis nostris & conditorijs & modularijs etiam etyma græca agnosco. Prima mensurarum nostrarum deorsum auspicando, cheopina à nobis dicitur, ex eo (ut arbitror) dicta, quòd in ea tantũ funditur uel hauritur uini, quantum homo sitibundus uno haustu absumere posit. Hæc duplex, pintam efficit, ex eo uocabulo detortam, quod Græci pitynã appellant, uas quoddã uinarium significantes. Ex pityna enim per syncopen pitna, deinde transpositione pinta dicta. Pino enim Græce bibo significat. Minima mensura hemixestes à nobis dicitur: quod merè & integrè Græcũ est, hoc est dimidiatus xestes. Est enim xestes hemina, ut superius diximus. His quæ demonstraui, hoc corollarium addam, huius urbis homines non modò Romanas Atticasq; mensuras usu linguaq; pertinacibus ad hoc æui conseruasse, sed etiã Solonis drachma & mensuris ab eo legislatore emodulatis eos uti hodie: id quod ex oratione Andocidis oratoris Attici probare facile est, quæ περὶ μυστηρίων inscribitur. De statu enim Athenienſiũ loquens post cuersam triginta tyrannorũ oligarchiam, propter quam populus in Pyræum secesserat, psephismaq;, id est plebiscitũ quoddã referens ob componendã populi discordiã promulgatũ, ita inquit, Τισάμενος εἶπε, ἔδοξε τῷ δήμῳ πολιτεύεσθαι ἀθηναίοις κατὰ πάτρια, νόμοις οἷς χρῆσθαι τοῖς σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς: χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς δράκοντος θεσμοῖς, οἵπερ ἐχρώμεθα πρότερον χρόνῳ. id est, Tisamenus tulit, populusq; sciuit, ut Athenienſes regerẽtur institutis patrijs, legibusq; uterẽtur Solonis, eiusq; ponderibus & mẽsuris. Simul ut legibus uterẽtur Draconis, ut antecactis tẽporibus fecimus.

Cheopina χέε πίνειν.

Pinta.

Hemixestes.

Xestes.

Solonis drachma & mensuris utuntur Parisienses.

Ex his uerbis colligimus, mensuras Atticas ponderaq; ad auctorē Solonem relatas esse: quas cum Romani ab Athenis cum legibus mutuati sint, & nos à Romanis acceperimus, apparet id planè confectum quod adstruendum duximus. Quartarium autem dicimus non quartam partem alicuius maioris mensuræ, ut Latini uocauerunt: sed uas quod quatuor mensuras caperet, id est quaternas cheopinas. sic tertiarium, quod tres. Porrò quartarios quaternos sextarium nulla ratione lingua uernacula uocitauit, quæ quidē hodie aßignari poßit in ijs mensuris quas habemus: quare Latinè congium potius quàm sextarium appellandū duxerim, ut Græci choa dicunt. Brochus à uerbo græco βρέχω dicitur, quod fundo significat. Brochus enim uas est fundēdo uino accōmodatū, implendis deplendisq; culeis & uasis cōditorijs, et uino quocūq; modo trāsuasando. Hoc Græci œnophorū ex eo appellāt, quòd cōportādo uino aptū sit. īde illud satyricè dictū à Iuuenale,

Quartarius.

Congius est sextarius noster.

Brochus.

Oenophorum.

Tandem illa uenit rubicundula, totum
Oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna
Admotum pedibus.

Lagena.

Lagena uas est ea forma qua hydriæ fictiles hodie à Bellouacis importantur. à tereti enim collo distenta uentris laxitas, iterū sensim ad imum gracilescit. Docet hoc Columel. lib. XIII. de seruandis malis loquens, Nihil tamen certius aut melius (inquit) experti sumus, quàm ut cydonea maturißima in lagena noua quæ sit patentißimi oris, detersa lanugine quæ malis inest, componātur leuiter & laxè, ne collidi poßint. Deinde quum ad fauces usque fuerint composita, uimineis surculis sic transuersis arctētur, ut modicè mala comprimāt, nec patiantur ea quum acceperint liquorē, subleuari: tum quam optimo melle uas repleat

pleatur, & reliqua. Plinius lib. undecimo, Summum gulæ fauces uocantur, postremū stomachus. hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinem ac longitudinē lagenæ modo fusa. Idē lib. XXVIII. Auriū grauitati prodest urina capri uel tauri, aut fullonia uetus calfacta, uapore per lagenæ collum subeunte. In superiore tamē exemplo, antiqua quæ uidi exēplaria, non lagenæ modo, sed lacunæ habēt, uel laciniæ potius, hoc est flexuræ sinuosæ. Nec mihi lagenæ formā stomachus habere uidetur, qui cōsectionibus faciendis aliquando interfui, & stomachum cum uentriculo spiritu distentū uidi: potiusq; cucurbitæ formā leniter inflexæ, et ab summo imoq; tubulatæ habere existimarim: nolim tamē hoc in loco periclitari ut aliquid de hoc statuam. De stomacho propriè accepto Aristoteles lib. I. de historia animaliū ita inquit, τελευτᾷ ἢ διὰ τῶν διαξώματος εἰς τὴν κοιλίαν, σαρκώδης ὢν τὴν φύσιν, καὶ τάσιν ἔχων καὶ ἐπὶ μῆκος καὶ ἐπὶ πλάτος. Per septum transuersum in uentrem pertinens, ibiq; desinens, natura carnosus, & in longitudinem latitudinemq; intensionem admittens. De uentriculo autem, qui abusiuè stomachus dicitur ab auctoribus, ἡ δὲ κοιλία ἡ τῶν ἀνθρώπου, ὁμοία τῇ κυνείᾳ ἐπὶν οὐ πολλῷ γὰρ τῶν ἐντέρου μείζων, ἀλλ' ἐοικυῖα ἐντέρῳ τινὶ εὖρος ἔχοντι. Ventriculus autem hominis canino similis est, ut qui non multo intestino maior sit, sed similis intestino latiori. In his uerbis nihil simile dicto Pliniano uidetur. Quare Plinius de stomacho & uentriculo simul locutus esse uidetur sub stomachi nomine. Angustias enim stomachi excipit uentriculus, in quo cibus concoquitur quasi in intestino quodam laxiore, quam Cicero aluum appellat in secundo de Natura Deorū, & tortuosam esse dicit: quod non cōuenit

Plinij locus.

Stomachus proprie dictus.

Ventriculus

Lagena. cum lagenæ forma. Lagenam nomen fuisse mensuræ testis est Athenæus his uerbis lib. x i. λάγηνον ἢ μέτρον λέγουσιν εἶναι ὄνομα παρὰ τοῖς ἕλλησιν, ὡς χρός καὶ κοτύλης, χωρεῖν ἢ αὐτὸ κοτύλας ἀττικὰς δώδεκα. Lagenã mensuræ nomen esse aiunt apud Græcos ut chum & cotulam, duodecimq; cotulas Atticas capere. Seria uas erat uariæ capacitatis, ad multos usus accommodatũ. Columel. lib. xiii. de uino dulci faciẽdo loquens, Tum in serias singulas, quæ sint amphorarũ septenũm, addito medicaminis pondo unciã scrupula octo gypsi. Erant enim seriæ grandia uasa ut dolia, unde uinũ ad uetustatẽ seruandum in uasa minora diffundebatur. Idem, Postea quũ de dolijs aut de serijs diffundere uoles, uere florente rosa defecatũ quàm liquidißimũ in uasa bene picata & pura transferto. si in uetustatẽ seruare uoles, in cado duarũ urnarum quàm optimi uini sextarium, aut fecis generosæ recentis sextarios tres addito. Idem de myrtite uino loquens, Post nonũ diem quàm id factum est, uinum purgatur, & scrupulis aridæ myrrhæ seria suffriatur, operculũq; superimponitur, ne quid eò decidat. Hoc facto, post decimum diem rursus uinum purgatur, & in amphoras bene picatas & bene olidas diffunditur. Ego tamẽ non aridæ myrrhæ scrupulis suffriandam seriam puto, sed scopulis aridæ myrti seriã suffricandam. Seriam oblonga forma fuisse puto, & in summo ceruicatã. Idem Columel. de salsura suillæ carnis loquens, Sed quum ad fauces seriæ peruentũ est, sale reliqua pars repletur, & impositis ponderibus in uas cõprimitur: eaq; caro semper cõseruatur, quæ tanquam salsamentũ in muria sua permanet. Fideliæ qua forma fuerint, legisse me nõ memini, sed fictiles et uitreas apud Colume. legimus. Hæc habuimus de mensuris quæ diceremus. Sed obiter uidendum

Seria.

Fidelia.

dum quid sit quod Apocalypseos sexto capite in descriptione tertij sigilli legitur, Bilibris tritici denario uno, & tres bilibres hordei denario uno. hoc quum ego mirarer, græcè sic reperi scriptum, χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου, id est, Chœnix frumẽti denario, & tres chœnices hordei denario. ac si diceret, quãtum quis die uno frumenti absumere potest, denario uno uenditur. Interpres chœnicem tritici duas libras pendere existimauit, & ideo bilibrem trãstulit. In quo uerbo exponẽdo Liranus somnia narrare mihi uidetur. Inter scholia autem quæ in eum librum edita sunt, legimus chœnicẽ duos sextarios Romanos significare: quod quum sit uerũ, non bilibris tritici, sed trilibris uerti debuit, si sic loqui necesse fuisset. tantũ enim pendet sextarius tritici Romani, quum modius teste Plinio quatuor & uiginti pondo pendeat. Græcè tamen non tritici, sed frumenti legitur: quod quum sit nomen generis, libralis sextarius esse potuit si leuißimũ genus frumẽti appẽderetur, ut hordeum.

Apocal. locus.

Verumenimuero ut unde exorsa est hæc cõmentatio, eò tandẽ cludatur: triens, quadrãs, & alia nomina ab asse & uncia deriuata, non modò põdera, sed etiam mensuras infra sextariũ, nummorũq; uocabula significarũt. Quare quũ de mensuris dictũ sit, restat ut de nummorũ significatione exempla citentur. Plin. lib. x x x i i i. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrũ nauis: in triente uerò & quadrãte rates. Hic quadrans, teruncius aliter dicitur: de quo satis diximus. Erat enim assis & libellæ quartarius: deni autẽ quadrãtes sestertium ualebãt, & quaterni sestertij denariũ. Ita fit ut pro sportula deni sestertij darẽtur: quos denis caroleis & semisse æstimandos esse dico. Caroleos nostri denarios, quasi

Nummorũ significatio. Quadrans & Triens. Trruncius. Sestertius.

Sportnla, id est, centũ quadrantes.

dextantes aliquando uocitarũt: ita ut assem, nostrũ solidũ esse existimemus, duodenos denariolos ualẽtem. tanti est illa sportula à Iuuenale Martialeq; decantata, quæ merces salutationum erat olim, & togatis, id est, comitibus & asseclis dabatur rectæ cœnæ loco: de qua Iuuenalis,

Nunc sportula primo
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ.
Sed quum summus honos finito computet anno
Sportula quid referat, quantum rationibus addat,
Quid faciẽt comites, quibus hinc toga, calceus hinc est?

Martialis idẽtidem centum quadrãtes uocat, misellos appellãs ob tenuitatẽ pecuniæ, præsertim Romæ, ubi omnia cara erãt, ut ex præcedẽtibus liquet. Columella hoc strinxit in præfatione rei Rusticæ his uerbis, An honestius dixerim mercenarij salutatoris mẽdacissimũ aucupiũ, circũuolitantis limina potẽtiorũ, somniũq; regis sui rumoribus augurãtis? Ex hoc tamẽ cõijcere opes diuitũ Roman. licet, qui numerosæ turbæ quotidianã hãc mercedẽ darẽt. Trãquillus de initio principatus Neronis loquẽs, Adhibitus sumptib. modus, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ.

Cœna recta. Augusti aũt instituto diuites cœnã rectã dabãt, quæ maioris erat & liberalitatis, & impẽsæ: ꝓpter quod Mart.

Promissa est (inquit) nobis sportula recta data est,
Sportulam enim præ recta contemnẽdam arbitrabantur.

Idẽ Tranquillus in Domitiano, Sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarũ rectarũ consuetudine. Hactenus de

Sextans. sportula. Sextans nummulus erat quadrãte minor, duas uncias ualens. Plin. libro supradicto, Populus Romanus stipẽ spargere cœpit L. Posthumio, Q. Martio Consulibus: tanta pecunia erat, ut eã cõferret L. Scipioni, ex quais ludos fecit. Nã quòd Agrippæ Menenio sextantes æris in

in funus contulit, honoris id necessitatisq; propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Vnciaria stips apud eundẽ lib. XXXIIII. cap. V. dimidio minor est sextantaria, par ferme obolo nostro. Apud Græcos hæc ratio nummulariæ rei fuit, ut obolus Atticus octonos chalcos ualeret, licet Plin. denos dicat lib. XXI. Bini autem chalci, id est, æreoli, quadrantem efficerent, quod ab eis tetartemorium dicitur, & per syncopẽ tetartemorum: ob id alio nomine dichalcum uocitatum. Chalci autẽ quaterni hemiobolium, id est, semiobolus dicebatur: seni chalci triens, immutata ratione sermonis. non enim triẽs dicebatur tertia pars oboli, ut tetartemorium quarta, sed quòd tres essent partes oboli, id est, dodrãs. ita fit ut triẽs maior semisse, id est, semiobolo fuerit. Semissem nunc non assis nostri, sed oboli intelligi uolo. Polybius suo tẽpore ita rem nummulariã constitutã fuisse dicit in II. histor. ut XII. asses Romani drachmã efficerẽt, cum binos asses obolo tribuat. Sic enim scribit, ὡς μὲν οὖν ἰδιτοπολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἡμιασσαρίου. τοῦτο δ' ἐστὶ τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. Verùm cũ de annone uilitate non uerisimilia scripserit, ut suprà dictũ est, nõ magnopere hoc eius dicto moueor. Cæterùm apud Græcos tritemorũ, i. triẽs pro tertia parte cuiusq; rei accipi solet, ut quũ dicũt, τριτημόριον ταλάντου, καὶ τεταρτημόριον ταλάντου, id est, trientẽ quadrantẽq; talenti, & quadrãtẽ diei pro sex horis. Theodorus Gaza in tractatu de mensib. ἡμέραις τοι γαροῦν τριακοσίαις καὶ ἑξήκοντα καὶ πέντε ὁριζόμενος ἡμῖν ὁ ἐνιαυτός ἐστι κατὰ τὴν ἡλίου περίοδον, προστιθεμένου τῶν καὶ μορίου ἡμέρας ἐπ' ἔλαττον ἢ ὡς τεταρτημόριον, τῷ ἀριθμῷ τῷδε. Diebus igitur (inquit) trecentis & sexagintaquinq; finitus nobis

Ratio rei nummariæ apud Græcos.
Obolus.
Dichalcum.
Chalcus.
Triens.

nobis erit annus secundũ solis ambitum, duntaxat additis huic numero parte quadam diei quæ minuscula sit quàm quadrans. Triobolum alio nomine hemidrachmium dicitur. Senos enim obolos drachma efficit, ut auctores sunt Plinius & Pollux, & alij. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat, quam illi glaucem appellant: ex quo factum arbitror prouerbiũ, Noctuam Athenas, γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, contra eos negotiatores usurpatum qui eas merces in emporia important, quæ ibidem uernaculæ sunt, & multæ: quanquam ad auem noctuam referri uulgò soleat, quæ in Attica frequens uidetur. Tetrobolum quatuor obolos dicebant, hoc est bessem drachmæ: numisma erat habens effigiem Iouis, ut triobolum, & postica parte binas noctuas. Diobolum duos obolos ualebat, qui triẽs erat drachmæ. Obolus primã habet breuẽ, sed in cõpositione productã, ut in diobolo, triobolo, tetrobolo, τριώβολον, τετρώβολον, διώβολον. Cũ ergo drachma Attica quaternis sestertijs Romanis ualeret, id est, denario uno, sestertius Romanus sesquiobolũ Atticũ ualuit, ut obolus omnino semissem nostrum & denariolum ualuerit, ac si septuncialem nummulum haberemus. Hac ratione diobolon septenos sestates nostros ualebat. quare Plautus in Pœnulo quum dixit, Nõ ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ exturbo oculos atq; dentes. sic intellexit, ἄξιος τριωβόλου, ut Græci loquuntur, id est, non æstimandus triobolo Atticõ, seu duobus sestertijs. Sic alibi, Aruspex nõ homo trioboli. genitiui sunt schemate Græco enunciati. & trioboli igitur hominẽ uocat uocabulo monoptoto, ut nauci hominem antiqui dixerũt, & frugi. Idẽ in eodẽ Pœnulo, Seruorũ sordidulorum scorta diobolaria. Festius meretrices diobol

Triobolum.

Noctuam Athenas.

Tetrobolum.

Homo trioboli

diobolares appellatas ex eo dicit, quòd duobus obolis ducerentur. Diobolaria ergo scorta dixit tanti prostantia, quanti solidus noster est & sextans. Solidus noster (ut sæpe dixi) notus etiã est Transalpinis, & externis finitimis. Quum autẽ hæc scriberẽ, ducatus unus probi characteris quadraginta solidis nostris permutabatur. Cæterũ nos oboli uocabulum à Græcis mutuati sumus. Romani enim eo nõ utebãtur. Quòd autẽ rectè hos nũmulos æstimarim, his exemplis cognoscitur. Prostibula enim scorta, & in lupanari prostantia, sermone uulgari solidũ unũ merere dicitantur, quod conuenit cum diobolo. Bos etiã olim numisma erat Atticũ, bouis nota percussum, didrachmum alio nomine dictũ. Quare hecatombœũ dictum quicquid duabus minis Atticis æstimabile esset, id est, ducentis drachmis. Inde hecatombœa arma apud Homerũ Iliados sexto, ut quidã uolunt, ubi Homerus permutationem armorũ Diomedis & Glauci scripsit, cuius meminit Iustinianus in præfatione Pandectarũ, & nos explicuimus in Annotationibus nostris. Ab eo nomismate notum est apud Græcos adagium, βοῦς ἐπὶ γλώττης βέβηκεν. Bos super linguã situs est uel firmatus: cõtra eos usurpatũ, qui aut pecuniæ auctoramẽto loquendi libertatẽ perdiderũt, aut mulctæ irrogãdæ metu quæ dicẽda sunt reticẽt. Huiusmodi multi in Frãcia, ut alibi, sæpe fuerũt: quod genus hominũ cũ semper noxiũ rebus bene gerẽdis fuit, tũ uerò illi deterrimi atq; exitiabiles, qui nõ bouem modò in ore, sed ouem in fronte, uuplẽ in corde gerũt. Sed ad hunc locũ pertinere uideretur id quod ab Aulo Gellio dicitur libro XI. Noctiũ Attic. Conijcere autẽ (inquit) ob eandẽ causam possumus quòd Italia olim esset armentosissima, mulctamq;, quæ appellatur suprema, institutã in singulos dies

Diobolaris.

Didrachmum. Hecatombœũ.

Prouerbium.

Cap. I.

dies duarum ouiũ, triginta boum, pro copia scilicet boũ, proq; ouiũ penuria. Sed quum eiusmodi mulcta pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat, adigebantur oues bouesq; aliâs pretij parui, aliâs maioris: eaq; res faciebat inæqualem mulctæ punitionẽ. Idcirco postea lege Aterina constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centeni. Minima autem mulcta est ouis unius. Suprema mulcta est eius numeri quem diximus: ultra quã mulctam dicere in dies singulos ius non est, & propterea suprema appellatur, id est, summa & maxima. Quãdo igitur nunc quoq; à magistratibus populi Ro. more maiorũ mulcta dicitur uel minima, uel suprema, obseruari solet ut oues genere uirili appellentur: atq; ita M. Varro uerba hæc legitima, quibus minima mulcta diceretur, concepit, M. Terentio, quandò citatus neq; respondit, neq; excusatus est, ego ei unũ ouem mulctam dico. Ac nisi eo genere diceretur, negauerunt iustam uideri mulctam. Festus, Peculatus, id est, furtum publicũ, dici cœpit à pecore, tunc quum Romani præter pecudes nihil haberent. Plinius libro tricesimotertio, Vtinã posset è uita in totũ abdicari aurum, sacra fames, ut celeberrimi auctores dixere, proscissum cõuitijs ab optimis quibusq;, & ad perniciem uitæ repertum. quantum fœliciore æuo, quum res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus facilitatũ Homero credi conuenit: quanquam & ipse miratus aurum, existimationes rerũ ita fecit, ut centum boum arma aurea permutasse Glaucum diceret cũ Diomedis armis nouẽ boum, ex qua cõsuetudine mulcta legũ antiquarũ pecore cõstat etiã Romæ Plinij uerba, Gellij auctoritate, qui sub Adriano Imperatore scripsit, ita interpretãda sunt, ut mulcta Romæ pecore cõstaret uerbo tenus

De modo mulctarum.

tenus. nã minima mulcta in singulos dies erat ouis unius æstimatio prisca, id est, denarius unus, seu asses deni. summa autẽ mulcta, triginta boum & duarum ouiũ æstimatio, id est, tria millia & uiginti æris, id est, trecẽtæ & duæ drachmæ. Hoc consentaneũ esse uidetur cũ eo quod dicitur in lege ultima de modo mulctarũ in Codice Iustiniani. Illa enim lege omnes iudices infra Procõsularẽ potestatem ultra quadrãtem auri mulctare quenquã uetãtur. Libra auri obryzi diximus cẽtum & duodecim solatis aureis æstimandã esse. Huius quadrans paulo minus triginta aureis coronatis ualet, id est, argenti drachmis trecentis. Proconsulare autẽ imperium summã mulctam nõ ultra auri semissem dicere poterat, id est, aureos sexaginta, ubi mulcta à lege nõ erat æstimata. Hactenus coërcita erat omnis potestas pro cõtumacia quidẽ puniẽda, aut leui admisso, cuius pœna erat arbitraria. Nã delicta priuata, ut cõcussio, & furtũ, ulterius mulctari poterãt, cũ etiam publicatione partis bonorũ & ultra quædã leges sanctæ sint. Hodie apparitores & uiatores, qui uel interdicto uel iussu iudicum aliquid uel iubẽt fieri, uel uetant, fere cẽtum librarum argenti mulctam interminari solent, si quid contra iussum edictum'ue factum aut admissum fuerit. Quod temere, ut opinor, in usum receptum est. Eodem titulo permissa erat potestas præfecto prætorio usque ad quinquagenas libras auri pro summo maleficio mulctandi: quod non tam ad dignitatem præfecturæ, quàm ad flagitij atrocitatem refero: si tamen quinquaginta libras auri ponderalis intelligere debeamus, quum Proconsul qui intra semissem arctatur, omne imperium habuerit, ut ex titulo de officio Proconsulis intelligimus, & præterea ex principum Romanorum consuetudine

Libra auri obryzi.

dine. Moris enim fuit principibus Romanis & Cæsaribus, ut accepta statim purpura, Tribunitiã potestatẽ & Procõsulare imperium extra urbẽ assumerẽt inter alia Cæsareæ dignitatis uel principatus insignia. Tacitus libro duodecimo, Virilis toga Neroni maturata, quò capessendæ Reipublicæ habilis haberetur: & Cæsar adulationibus Senatus liberius ceßit, ut uicesimo ætatis anno Consulatũ Nero iniret, atq; interim designatus Proconsulare imperũ extra urbẽ haberet, ac princeps iuuẽtutis appellaretur. Apud eundẽ lib. decimotertio, Agrippina contra Neronẽ filium excandescẽs, & exprobrãs quòd matris beneficio, id est suo, Nero ad imperiũ assumptus esset, Baiarũ (inquit) suarum piscinas extollebat, quum meis consilijs adoptio, & Procõsulare ius, & designatio Cõsulatus, & cætera adipiscẽdo imperio præpararentur. Lampridius, Interfecto (inquit) Vario Heliogabalo Alexãder urbe Arcena genitus, Varij filius, cõsobrinus ipsius Heliogabali accepit imperiũ, quum antè Cæsar à Senatu esset appellatus, interfecto scilicet Macrino: augustumq; nomẽ idẽ recepit, addito etiã ut & patris patriæ nomen, & ius Procõsulare, & Tribunitiã potestatem, & ius quintæ relationis, deferente Senatu, uno die assumeret. Capitolinus de Maximo & Balbino, Decretis ergo omnibus imperatorijs honoribus atque insignibus, percepta Tribunitia potestate, iure Proconsulari, põtificatu maximo, patris & patriæ nomine meruerunt imperiũ. & in. M. Philosopho, Suscepta filia, Tribunitia potestate donatus est: atque imperio extra urbẽ Proconsulari. Præsides autẽ prouinciarũ, ius tantũ prætoriũ habebãt, quod inferioris erat imperij quàm Proconsulare. Vopiscus in Probo, Accepto igitur hoc Senatuscõsulto, sec

Tribunitia potestas & proconsulare imperium.

Ius prætorium, & potestas prætoria.

to, secũdũ orationẽ permisit patribus, ut ex magnorũ iudicũ appellationibus ipsi cognoscerẽt, Procõsules crearẽt, Legatos Cõsulibus, ius prætoriũ Præsidibus darent: quas leges Probus ederet, Senatuscõsultis proprijs cõsecrarẽt. Ex quibus uerbis intelligere possumus Præsidibus prouinciarũ dari solitã à principibus Prætoriã potestatẽ, & quibusdã rectoribus Proconsularẽ, quod ius Probus Imperator ad Senatũ detulit: cuius hodie instar est, quòd curia suprema præsides prouinciarũ & præfectos ad iusiurãdum adigit, & principum cõstitutiones prius animaduersas & cõsideratas promulgãdi ius habet. Mirũ uerò mihi uisum est in nomismatibus antiquis inter titulos imperatorios hoc nõ legi. Cõtra id quod diximus de mulcta maxima apud priscos exẽplũ apud eundem Gelliũ libro nono, ubi de appij Cæci filia loquitur, quæ ob unũ improbũ uerbum ab Aedilibus mulctata est. Ob hæc mulieris (inquit) uerba tã improba, ac tã inciuilia, Aediles plebei mulctã dixerũt ei æris grauis XXV. millia. id factũ bello Punico primo. Vigintiquinq; millia æris, ducẽtorũ & quinquaginta boum mulctã æquarũt, id est totidẽ aureorũ nostrorũ. Quare (ut dixi) superius dicta, nõ de mulcta maleficiorũ & criminũ, sed de mulcta cõtumaciæ intelligẽda sunt. Nã apud Atheniẽses, qui iure eo regebãtur à quo iura Romana originẽ primã ducũt, magnas fuisse maleficiorũ mulctas ex Demosthene apparet, qui in oratione ὑπὲρ κονδύλου, quã cõtra Midiam habuit hominẽ prædiuitẽ, quodam loco ita inquit, ὑμεῖς ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι σμίκρωνι δέκα ταλάντων ἐτιμήσατε, καὶ σκίτωνι τοσούτων ἑτέρων, δόξαντι παράνομα γράφειν καὶ οὔτε παιδία, οὔτε φίλους, οὔτε συγγενεῖς, οὔθ' ὁντινοῦν ἐλεήσατε τῶν παρόντων ἐκείνοις. Vos autẽ iudices

De modo mulctarum.

Smicroni mulctam talentorum decem irrogastis, & totidem aliorum Scitoni, ob id quòd rogationem quandam iniquam & legibus aduersam promulgasset: quam pœnam, nec eius liberi, nec amici, nec cognationis aduocationisq; eius interceßio supplex & misericordiã implorans deprecari potuerunt. Quin & ipse Demosthenes acceptorum uiginti talentorũ conuictus ob silentiũ Harpalo uenditũ, quinquaginta talentis mulctatus est: quam summam cùm nec cõficere posset, nec uinculorum tædiũ ferre uellet, clàm in exilium abijt. Hæc mulcta nõ minor est triginta millibus aureûm coronatorũ. Hic operæpreciũ est æstimare leges sumptuarias, non illas priscas quæ denos æris in dies singulos statuebant impensæ escariæ, sed recentiores, & post uictam Asiam latas, de quibus Gellius lib. 11. sic inquit, Postea L. Sylla Dictator cum legibus priscis situ atq; senio obliteratis, pleriq; in patrimonijs amplis helluarẽtur, & familiam pecuniamq; suã prandiorum gurgitibus proluissent, legem ad populum tulit, qua cautum est, ut Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorum, & ferijs quibusdam solennibus sestertios tricenos in cœnam insumere ius potestasq; esset: cæteris autẽ diebus omnibus non amplius ternos. Postremò lex Iulia ad populum peruenit Cæsare Augusto imperante, qua festis quidem diebus ducenti finiuntur: Calẽdis, Idibus, Nonis, & alijs quibusdam festiuis trecenti: Nuptijs autem & repotijs sestertij mille. Esse etiam dicit Capito Atteius edictum, diuiñe Augusti, an Tyberij, non satis commemini, quo edicto per dierum uarias solennitates à trecenis sestertijs usq; ad duo millia sumptus cœnarũ propagatus est, ut his saltem finibus luxuriæ efferuescentis æstus coërceretur. In libris impreßis sestertij millies pro sestertij mille legitur, qui æstimatione nostra quinq; & uiginti aureis æstimantur coronatis, quòd si Gellius sestertia mille scripsisset, quinq; & uiginti millia intelligerem, si sestertiũ millies cẽtuplicato summa cresceret. Sed animaduertẽdum mihi uidetur, à denis aßibus leges ad septenos & semißem uenisse, hoc est ad ternos sestertios etiã Sylla Dictatore, cuius priuignus Scaurus theatrum luxu fidẽ excedẽte extruxit. Ridicula igitur lex Syllana mihi fuisse uidetur, quæ id sanciret, quod nemo sequeretur. Notanda igitur illa Augusti, quæ ducẽtos sestertios in singulas cœnas taxauit, hoc est aureos quinq; nostros, & diebus festis trecẽtos, nuptijs autẽ, & repotijs, id est postridie nuptiarũ, sestertios mille. quæ summa lõgè abest à sumptu quẽ in nuptijs facitamus. Ex supradictis patet quid cẽtußis apud Lucilliũ fuerit, id est quadraginta sestertij, qui legẽ sumptuariã cẽtussem uocitauit ob centum aßium taxationẽ. ut auctor est Macrob. in 111. Satur. Vnde cœnæ cẽtenariæ à Tertulliano dictæ. Priscæ autẽ Romanorũ paupertatis indicia sunt, quæ à Valerio lib. 1111. scribũtur de paupertate, ex quo uerba hæc trãscribẽda duximus. Itaq; cùm secũdo Punico bello Cn. Scipio ex Hispania Senatui scripsset petẽs ut sibi successor mitteretur, quia filiã uirginẽ adultæ iam ætatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset: Senatus, ne Resp. bono duce careret, patris sibi partes desumpsit, consilioq; uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote summam eius ex ærario erogauit, ac puellã nuptui dedit. Dotis modus XL. millia æris fuit: qua nõ solùm humanitas P. C. sed etiã habitus ueterum patrimoniorum cognosci potest. nanq; adeò fuerũt arcta, ut Tatia Cæsonis filia maximã dotẽ ad uirũ X. millia æris attulisse uisa sit: &

Mulcta Demosthenis indicta.

Leges sumptuariæ.

Centussis.

Priscorum Romanorum paupertas.

Dotata Megalia.

sit: & Megalia quia cum quingẽtis millibus æris mariti domum intrauit, dotatæ cognomẽ meruit. Quadraginta millia æris nostro nomisma te quadringentos coronatos ualent, quingẽta millia æris quinq; millia aureorum: propter quã summã per Antonomasiã Megalia dotata uocitata est. Dotes autẽ postea creuisse ex Iuuenal. didicimus apud quẽ decies centena millia, & bis quingẽta legimus,

Bis quingenta dedit: tanti uocat ille pudicam. Alibi,

Et ritu decies centena dabuntur

Antiquo, ueniet cum signatoribus auspex.

Decies sestertium.

Decies sestertium (ut sæpe diximus) quinq; & uiginti millibus aureorum nostrorũ æstimari possunt. Hoc addendum. Seneca de Consolatione ad matrẽ, Scipionis filiæ ex ærario dotẽ receperũt, quia nihil eis reliquerat pater. Aequum mehercules erat populũ Rom. tributũ Scipioni semel cõferre, cùm à Carthagine semper exigeret. O felices uiros puellarũ, quibus populus Rom. loco soceri fuit. Beatiores ne istos putas, quorũ pãtomimæ decies sestertio nubũt, quàm Scipionẽ, cuius liberi à Senatu tutore suo in dotẽ æs graue acceperũt? His uerbis liquet decies sestertium & decies cẽtena idem esse. Strabo libro IIII. de Maßilicnsibus loquẽs, τ' ὴ λιτότητος τῶν βίων ἡ σωφροσύνης τῶν μασιλιωτῶν ἐκ ἐλάχιστον ἄν τις θείη τεκμήριον. ἡ γὰ μεγίστη τροῖξ ἐστὶν αὐτοῖς ἑκατὸν χρυσοῖ, εἰς ἐσθῆτα τώντε, καὶ τώντε εἰς χρυσῶν κόσμον. πλέον δ' ἐκ ἔξεστι, Frugalitatis autem uitæ & cõtinentiæ Maßilienſiũ maximũ hoc indiciũ existimari põt, quòd dos apud eos maxima cẽtũ sunt aurei, et eo amplius in uestem quinq;, et in mũdum mulierẽ aureum quinq;. amplius autem doti dicere non licet. Centum aureos Romanos Strabonem intellexisse puto. tunc enim quum scripsit Strabo, omnia Romanis parebant in Gallia. Ex præ

Dotes Massilienses.

dictis etiam apparet quanti æstimari debeãt sportulæ solennes in Prouincia Pliniana, quarũ fit mentio in Epistolis ad Traianũ, his uerbis, Qui uirilem togã sumunt, uel nuptias faciunt, uel ineunt magistratũ, uel opus publicũ dedicãt, solent totam Bulen, atq; etiam è plebe non exiguum numerũ uocare, binos q; denarios, uel singulos dare. Mille enim denarij centũ aureos ualent, duo millia denariũm ducentos aureos. Quare illæ sportulæ tanti aut pluris cõstabant, cùm ipse dicat, Ita uereor ne ij qui mille homines, interdũ etiam plures uocãt, modum excedere, & in speciem dianomes incidere uideãtur, id est diuisionis & largitionis. Criminosum enim uerbũ diuisionis erat propter ambitus suspicionem. sed in omnibus Plinij exemplaribus hoc uerbũ uariè corruptũ est. Nunc ut fausta ac felici clausula disputationem hãc peragamus, percurramus ea quæ in Euãgelio legũtur. Iam primũ Matthæi decimo, Nonne duo passeres asse ueneunt? ὀχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; Assis duos sextantes nostros ualuit, id est denariolos quatuor. Et Lucæ XII. ὀχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; Nonne quinq; passeres ueneunt assibus duobus, id est dipondio? Quare Cicero pro Quintio dupodium pro pecuniola posuit, Si dupondius (inquit) tuus ageretur Sexte Neui, si in parula re captionis aliquid uerere, non statim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem qui consuluntur, cucurrisses? Et Matthæi uicesimo denarius diurnus tres solidos & semissem ualet, quanti uinitores ferè conduci solent. συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, Pactus cum operarijs denario in diem. Quòd autem denarius fuerit Romanus, ex eo apparet quod cap. XXII. di-

Dianome diuisio.

Loca in Euangelio explicata.

As & Assis.

Dipondius.

citur, Ostẽdite mihi nomisma cẽsus. At illi obtulerunt ei denariũ, in quo effigiẽ Cæsar. fuisse dicit. ὁι δὲ προσέφερον αὐτῷ δηνάριον. Ex quo apparet in denario fuisse effigiem Cæsaris Augusti, uel Tyberij: & tales hodie denarij circũferũtur, nequis de eo dubitare possit. Plinius lib. VI. Annij Plocamij qui maris Rubri uectigal à fisco redemerat, libertus, circa Arabiã nauigãs, aquilonibus raptus præter Carmaniã, quintodecimo die Hippuros portum Taprobanes inuectus, hospitali Regis clemẽtia sex mẽsium tẽpore imbutus alloquio, percõtanti postea narrauit Romanos & Cæsarẽ. Mirũ in modũ in auditis iustitiam ille suspexit, quòd pares põdere denarij essent in captiua pecunia, quũ diuersæ imagines indicarẽt à pluribus factos. Hæc Plinij uerba improbãt eorũ opinionem, qui rei nũmariæ æstimationẽ hodie cõstitui nõ posse putarũt, ea maximè ratione, quòd & Cõsulũ & principũ tempore uariata põdera nomismatũ fuerũt, ita ut pro cuiusque percutiẽtis arbitrio nomismatis põdus & indicatio euariauerit: id quod Blõdus Flauius lib. V. Romæ triumphãtis affirmauit: antiquitatis diligẽtissimus inquisitor. Cum enim ad eã partẽ uenisset, & eam sibi trãsmittendam uideret, Hæc omnia (inquit) qualia per singulas ætates fuerint, examussim ostendere, non magis difficile quàm impossibile fuerit, nõ solum quia obscuris et nostra ætate ignotis uerbis sunt à maioribus tradita, sed quia omnis ferè ætas suam habuit cudẽdi uarietatẽ & formam. Videmus enim multos ex Cõsulibus priscis sui uultus cusisse nummos semper mẽsura & põdere uariatos: quod maiore postea studio principes factitarunt. Et paulo inferius de talẽti uarietate loquẽs, idẽ penè pronũciat, & ad extremum ingenuè fatetur se rẽ difficilimã & situ uetustat

Blondi opinio de re nummaria.

tustatis obductã, nec ingenio nec diligentia superare potuisse, cũ nulla extarẽt priscorũ uolumina, in quibus aperta dictorũ uerborũ mẽtio fieret. Ipse tamẽ lib. III. eiusdem operis cũ hãc rem tẽtare uellet, Hãc nos difficilimã (inquit) numerorũ & ponderũ uetustißimã consuetudinem ad nostri tẽporis collationẽ inuiti hoc loco tractamus, quã infrà suo loco tractare cõstituimus. Et paulum infrà, cũ in denarijs, quos aureos fuisse uolebat, æstimandis magnopere hallucinatus esset, centũ millia æris, id est primæ classis cẽsum sub Seruio Rege, decẽ millibus ducatorũ taxauit, quẽ nos mille tantũ aureis coronatis æstimamus. Nũc redeamus ad rem. Iohãnis sexto, Ducẽtorũ denariorum panes nõ sufficiũt eis, ut unusquisq; modicum quid accipiat, Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος & ἀυτῶν βραχύτι λάβῃ. Deinde subdit, Discubuerunt ergo uiri numero quinq; millia. Ineamus nunc rationẽ, Ducẽti denarij, uiginti aureos nostros ualent, id est quinq; & triginta Francicos. Commoda apud nos annona esse dicitur, quum terniprimarij panes quincũce ueneũt, qui nũmus uulgo albulus appellatur. Si igitur cõmodam annonã sequamur, & qualis eo anno fuit quum hæc scriberem, in singulos Francicos duodequinquaginta quincunces numerabimus: quem numerum sexies quinquies ducas propter triginta quinque Francicos, mille sexcenti & octoginta quincunces fient: qui singuli quũ ternos panes faciãt, fiũt in summa panes quinque millia & quadraginta. qua ratione unusquisque panem unum habere potuit, & sic pane satiari. quod conuenire cum dicto Euangelistæ non uidetur. Sed scilicet carior erat annona Hierosolymis, id quod facilè crediderim ex Strabone, qui agrũ Hierosolymitanum ste-

Census primæ classis.

Iohannis euangelistæ locus.

rilem esse dicit. Nã & hic sæpe panis primarius sextantibus uenit: qua ratione quatuor millia & ducenti panes essent. Marci etiã sexto ita legitur, ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν δηναρίων διακοσίων ἄρτους, καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν. Eamus emptũ panes ducẽtis denarijs, & demus illis ut edant. quasi scilicet ducẽti denarij satiare turbã tantam possent, quod apud Iohãnem hyperbolicè refertur. in quo agnoscimus stuporẽ discipulorũ, qui mirarentur dominũ tãtam turbã pascere uelle, quũ id non posse fieri arbitrarẽtur. Marci. XII. καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Et accedẽs una uidua paupercula iecit minuta duo, quod est quadrans. Quadrãtes autẽ æreos fuisse patet ibidẽ ubi dicitur iecisse æs in gazophylacium, pro quo Græce χαλκὸς dicitur. In Actibus Apostolorũ, siue acta appellare malimus, capite undeuicesimo ita legitur de exorcistis Iudæis, Multi autem ex eis qui fuerãt curiosa sectati, cõtulerũt libros, & cõbusserunt eos corã omnibus, & cõputatis precijs illorum, inuenerũt pecuniã denariorũ quinquaginta milliũ, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. (sic enim ad uerbum legitur) & inuenerũt argẽti myriadas quinq;, quod interpres rectè transtulit quinquaginta millia denariũm, nõ ut Plutarchi interpretes in Antonio & Põpeio, millia nũmũm pro denariorũ millibus uertẽtes, qua ratione quadruplo minor fit summa, ut suprà adnotatũ est. Hæc summa quinq; millia aureorũ nostrorũ ualet, ne temere putemus librorũ summã à Luca Apostol. scriba cõmemoratã. Id enim omnino admiratiõe dignũ, tãti libros adiurationũ cõparatos. Triginta autẽ argẽteos, quo precio Iudas sceleratißimus pfidiã indicare sustinuit Iudæis licẽtibus, nõ triginta denarios fuisse propterea arbitror, q; ubi

Librorũ pernicioſorũ exustio.

Argẽteus quo Christus diuẽditus.

q; ubiq; argenteos legi, nunquã denarios, id est græce argyria, non denaria. Scio hodie in æde diui Iohannis Lateranensis Parisijs ostendi argenteũ unum, qui ex illis triginta esse dicitatur, quos Iudas in templũ abiecit, characterẽ diuersum à denario Romano habentẽ. Habet enim effigiẽ hominis non luscã eminente altera mala, ut Romana nomißmata uisuntur, sed aduersam & integram, & à tergo floscułũ, utrinq; nullo indice. Pondus, ut conijcere licet (non enim attrectatur, sed trans uitrũ cernitur) didrachmum esse potest, si satis cõmemini. Ex ijs autẽ quæ adnotauimus, alia quoq; omnia intelligi æstimariq; poterunt, nec aliquid esse puto quod nõ sit à me deprehensum in ijs quæ apud auctores legi, unũq; tantũ est cuius omnino periculũ recipere in me nolim, quod apud Vitruuium lib. III. legitur, ubi de senario & denario loquitur his uerbis, Ex eo etiã uidentur ciuitates Græcorũ feciſſe, uti quemadmodum cubitus est sex palmorum, ita in drachma quoq; eo numero uterentur. Illæ enim æreos signatos, uti asses ex æquo sex, quos obolos appellant, quadrantesq; obolorũ, quæ alij dichalca, nonnulli trichalca dicunt, pro digitis uigintiquatuor in drachma constituerunt. Nostri autem primò decẽ fecerunt antiquũ numerum, & in denario denos æreos asses constituerũt, & ea re cõpositio nummi ad hodiernũ diem denarij nomen retinet. etiamq; quartã eius partẽ, quod efficiebatur ex duobus assibus et tertio semisse, sextertium uocitauerũt. Postea quoniã aduerterũt utrosq; numeros esse perfectos & sex & decẽ, utrosq; in unum coniecerunt, & fecerunt perfectißimum decußisexis. Huius autem rei auctorẽ inuenerũt pedem. E cubito enim quum dempti sunt palmi duo, relinquitur pes quatuor palmorum. Palmus autẽ habet quatuor digi

Vitruuij locus moleſtiſsimus.

tos. Ita efficitur uti habeat pes sedecim digitos, & totidē asses æreus denarius, uel ut in alijs exēplaribus, ærarius. neutrum tamen rectè: denarius enim nunquam æreus fuit apud Romanos, nec drachma apud Græcos: sed ante argentum signatū decussis, ut centussis, æreus fuit. Quare nō æreus sed æreos legendū est, ut ad asses referatur. Sed ex hoc Vitruuiano loco id habemus quod suprà ex auctoribus Græcis collegi, drachmam in sex obolos diuidi, & obolos singulos in quaternos quadrātes, quos dichalcos, id est binos chalcos ualentes appellant. uel trichalcos, id est ternos chalcos ualentes. sic fit ut numerus quatuor et uiginti ex senario quater ducto impleatur. Quare uerū esse non potest quod apud Plinium legitur in fine libri uicesimiprimi, quòd obolus decē chalcos habeat. aut enim obolus octo chalcos habuit, id quod nos diximus, et sic in quaterna dichalca diuiditur. aut duodenos, si quadrātes trichalci, id est ternarij fuerunt, quod nō Athenis, sed alibi fuisse puto, sicubi fuit. Quod autem sequitur, uideamus an uerū sit. Vult enim Vitruuius Romanos sic denarium & eius partem ad pedis rationē retulisse aliquando post argentū signatū, ut Græci drachmam & eius partes ad cubiti retulerunt. quo fit, ut sic denarius sedecim asses ualuerit, ut pes sedecim digitos habet. Citetur nunc Plinius de hoc sententiā dicturus. sic enim inquit lib. XXXIII Argentum signatū est anno Vrbis quingentesimo octogesimoquinto, Q. Fabio Consule, quinq; annis ante Punicum bellū: & placuit denarius pro decē libris æris, quinarius pro quinq;, sestertius pro dipondio ac semisse. Libræ autem pondus æris imminutū bello Punico primo, cum impensis Resp. non sufficeret, constitutumq; ut asses sextantario pondere ferirentur: ita quinq; partes factæ lucri, dissol

Plinij locus.

dissolutumq; æs alienum. Postea Annibale urgente. Q. Fabio Maximo Dictatore asses unciales facti, placuitq; denariū sedecim assibus permutari, quinariū octonis, sestertium quaternis. ita Resp. dimidiū lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decē assibus datus. Nota argēti fuere bigæ atq; quadrigæ, et inde bigati quadrigatiq; dicti, mox lege Papyriana semunciales asses facti. His Plinij uerbis significatur propter pecuniæ penuriā factū esse ut denarius sedecim assibus permutaretur: & tamen Vitruuius ratione id dicit non necessitate factum, & suo etiā tempore, id est sub Augusto, denariū sedecim asses ualuisse. Sed rursus in dubium uenit quod à Plinio dicitur. Si enim Fabio Dictatore asses unciales facti sunt, quonam modo id fieri potest ut Resp. dimidium tantùm lucrata sit, præsertim quum superius dixerit Plinius in sextantarijs assibus quinq; partes lucrifactas? quū enim asses librales facti fuissēt ab initio, si uncia pro libra oblocari potuit, undecim partes lucri factas oportuit. Deinde si denarius q decē assibus ualebat, sedecim permutari cœptus est, et sestertius qui duos et semis, pro quaternis, dimidiū lucri factū nō est. Hoc melius ex Festo intelligitur, q de hoc loquēs, ita inqt, Sextātarij asses ī usu esse cœpere ex eo tēpore, quo ppter Punicū bellū secundū quod cū Annibale gestū est, decreuerunt Patres, ut ex assibus qui tū erant librarij, fierent sextantarij, ut populus ære alieno liberaretur, et priuati quibus debitū publicè solui oportebat, nō magno detrimento afficerētur, septēnioq; usus eis fuit ut priore nummo, sed id non permānsit in usu. Ex his uerbis dico, initio statim belli sextantes pro assibus locari cœptos, uel asses sextantis pondere, quod idem est. postea uerò Annibale arctius urgēte, quū Italia passim

Locus Plinij corruptus.

Asses sextantarij.

sim bello flagraret, ærariumq; iam exhaustũ esset, asses ex sextantarijs unciales esse decretos, & sic dimidium lucratam Remp. quæ unciam pro sextante soluendo defungebatur. Id enim dimidiũ refertur ad proximũ assem sextantarium, non ad pristinũ libralem. Id ne in dubiũ reuocetur, efficit geminatũ eiusdem Festi testimoniũ, alibi, his uerbis, Graue æs dictũ à pondere: quia deni asses singuli pondo libræ, efficiebãt denariũ ab hoc ipso numero dictũ: sed bello Punico pop. Rom. pressus ære alieno, ex singulis aßibus librarijs senos fecit, qui tãti ualerẽt. Fuerunt igitur asses illi sextantarij, non dextantarij, ut in impreßis legimus contra fidẽ antiquorũ. Fabium & Consulem & Dictatorem fuisse certũ est in bello Punico secundo: ut apud Liuium legitur lib. II. & lib. IIII. de bello Punico secundo. Hoc autẽ quod dictum est à Plinio, factum esse credo anno tertio belli Punici post Cãnensem cladẽ: quo tempore propter penuriã argẽti Triumuiri mẽsarij rogatione Minutij Tribunipl. facti sunt (ut auctor est Liuius lib. III. eiusdem belli) apud quos Triumuiros omne aurum, argẽtum, æsq; signatum certatim ab omnibus delatum est collatione uoluntaria, auctore eodem lib. sexto, quanquam eo anno Liuius Fabiũ Buteonem Dictatorem fuisse prodiderit. Proinde denariũ illum qui sedecim aßibus permutabatur, nõ eũ fuisse dico q prius denis aßibus ualebat, hoc est centenis uicenisq; uncijs: sed alium multo deteriorem, qui senosdenos asses sui generis ualebat, ut quinarius octonos, & sestertius quaternos. Hoc & apud maiores nostros aliquando facilitatũ legimus inuento regum in nummaria difficultate, ita ut argenti libra in immensum æstimaretur, & inde nummi eadem ratione cuderentur. quippe nisi & argẽtum infectum & nomisma

Imminutio monetæ.

parili

parili ratione congruerent, commercia hominũ expediri non possent. Quare (ut dixi) quonam modo illud dictum Vitruuij intelligi debeat, affirmare nõ ausim, nisi Vitruuium, qui numeri utriusq; perfectionẽ, hominũ quoq; iudicio probare uolebat, proposito suo adstruẽdo inseruiuisse credamus, ut id quod aliquando difficili reip. tempore factũ erat, pro legitimo atq; arbitrario apprehẽderit. Sed rursus Varro rem in controuersiã reuocat, qui libro primo de lingua Latina sic inquit, Denarij dicebantur quòd denos æris ualebãt, quinarij quòd quinos, sestertius quòd semis tertius. Dupondium enim & semis antiquus sestertius est. Hæc uerba Varronis cũ uerbis Plinij lib. III. ubi sestertiorũ meminit, indicare uidentur sestertiũ qui erat ab initio, nõ eundem fuisse cũ eo qui tẽpore Varronis & Plinij ætate fuit. Eodẽ pertinent uerba Festi in uerbo sestertius. Hoc igitur ut cõstituere nõ ausim, sic affirmare non dubitẽ, me in ijs quæ dixi, nõ esse hallucinatum, propterea quòd Plutarchũ & Appianũ auctores secutus, et Suetoniũ Tranquillum & alios, centenas drachmas uel centenos denarios, millenos æris, & quadringenos sestertios post tẽpora belli Punici secundi ualuisse sumper dixi. Quòd si belli Punici tempore ratio nummaria argenti æriq; immutata est opibus Romanorũ accisis, finito statim bello in pristinum statũ redijt, ut Festus de aßibus sextantarijs dixit. Pondus etiã denarij quum primũ signatus est, drachmale fuisse propterea existimo, quòd nullã auctoritatẽ idoneã memini quæ id falsum esse doceat. nã & præter nomisnata à nobis enumerata, habuimus denarium unum uetustate exesum eodẽ cum alijs pondere, in quo ab una parte caput galeatũ erat, sub cuius mento x litera uidebatur, denarij (ut conijciebam) nota in auersa

Varronis locus rem cõtrouersam facit.

parte

parte lupa erat stans sub arbore, capite in uentrẽ demisso ubera infantibus præbens. quantũ autẽ ex charactere fugiente percipere potui, infantes ingeniculantes manum uberi cũ ore admouebant, quibus lupa diuaricãs corpore exporrecto ubera submittebat. In infimo margine, Roma uerbũ erat. in latere, duo hæc uerba, Sex. Po. qđ nomen Consulis fuisse puto eius seculi quo primũ argentum signatũ est. Arbor autẽ ficus erat ruminalis, cuius meminit Festus. Itaq; in nummo aureo argenteoq; æstimando scrupulus nullus esse debet: & ut esse uerũ ponamus quod à Vitruuio dictũ est, in assis tantũ & quadrantis sextantisq; æstimatione deceptus sum: id quod nihil ad magnarum rerũ æstimationẽ deprehendendã obstitit. Cæterùm quod Plinius dixit, argẽtũ signatũ esse anno Vrbis quingentesimo octogesimoquinto, quinq; annis ante primum bellũ Punicũ, haud scio an perperã legatur, etiã si exemplarium omniũ in eo una fides sit. Iam primũ Eutropius historicus primũ Punicũ bellum contra Pœnos susceptũ auctor est anno Vrbis quadringentesimo septuagesimo septimo. Postea anno undequadragesimo supra quingentesimum Quintus Fabius Maximus Dictator aduersus Annibalem missus in secundo bello Punico. Porro defunctos Annibalis bello Romanos, Macedonicũ bellũ excepit, anno quinquagesimo supra quingentesimũ, eodẽ Eutropio auctore. Quare oportuit signatũ fuisse nummum argenteum ante annum quingentesimum, si quidem ante bellum Punicũ primum signatus est. Deinde Eusebius in Chronicis auctor est argẽtum primum Romæ signatum anno quinto post Tarentum à Romanis captum, qui fuit annus mundi quater millesimus nongentesimus uicesimus. Augustus autem triumphum Actiacum egit, à quo statim

Plinij locus.

Quãdo argentum Romæ primum signatũ.

statim solus dominari cœpit, anno mundi cẽtesimo septuagesimo supra quinquies millesimum, qui fuit annus Vrbis circiter septingentesimus. atqui ab Augusti triumpho si annorũ numerũ retro colligas, ducẽtos ac quinquaginta ad bellum Tarentinũ confectũ reperies. tot enim intersunt anni ab anno quater millesimo nongentesimo uicesimo, ad quinquies millesimũ centesimũ & septuagesimũ. Licet Eusebius à condita Vrbe usq; ad Cæsaris Dictaturam annos septingẽtos & quatuor effluxisse dicat. Sed id parũ refert ad id quod agimus, inuestigandũ. Deniq; L. Florus in prima Epitome, secundam Vrbis Romæ ætatẽ, à Bruto & Collatino Consulibus primis ad Appiũ Claudiũ Quintũ Fuluiũ Consules, ducentorũ circiter annorũ intercapedine terminat, ut primã ætatẽ quæ sub regibus acta est, ducentorum quinquaginta. Appio autẽ Claudio Cõsule Rom. populus mare primùm trãsgressus est belli gerendi causa. Ex libro autem Liuij quintodecimo nouimus paulo ante primũ bellum Punic. pop. Rom. primùm argento uti cœpisse. Quapropter planum fit numeros corruptos esse apud Plinium in loco supradicto, & ante annum quadringentesimum quinquagesimum secundum Lucium Florum, qui sub Hadriano principe scripsit, secundum Eutropium qui sub Iuliano, ante annum quadringentesimum octogesimum argẽteum nummum extitisse. Nunc si Plinium emendare uelimus, id facere poterimus eius scriptoris auctoritate quem Plinius ipse sequi solitus est, id est Titi Liuij, qui in præfatione libri tricesimi annos quadringentos LXXVIII ab Vrbe condita usq; ad Appium Consulem, qui primus bellum Carthaginẽsibus intulit, fluxisse scripsit. Quare apud Plinium anno quadringẽtesimo septuagesimooctauo legendũ est, si Plinius

Plinius Liuiũ sequitur.

si Plinius Liuiũ secutus est. Eutropius Liuiũ secutus esse uidetur: sed in eo discrepat, si ueri sunt apud eũ numeri, quòd anno quingentesimo quinquagesimo cœptũ esse bellum Macedonicũ ait, cum apud Liuiũ libro tricesimo legatur, Anno quingentesimo quadragesimo ab Vrbe condita, P. Sulpitio Galba, Cn. Aurelio Cõsulibus bellũ cum Rege Philippo initũ, paucis mẽsibus post pacem Carthaginensibus datã. Hic rursus alius suboritur scrupulus, usqueadeo apud auctores numeri extantes negotiũ lectitantibus exhibent. Si enim à primo Punico bello cœpto ad secũdum finitũ tres tantũ & quadraginta anni intersunt (id enim tradit Liuius in supradicta præfatione) quonam modo si statim Macedonicũ Punicũ bellum secũdum excepit, ab anno quingẽtesimo & quadragesimo factũ esse credetur, cum inter utrunq; numerum duo & sexaginta anni intersint? Simile est quod in Epitome Liuij libri quadragesiminoni legitur, Anno sexcentesimo & altero ab Vrbe condita ludos Diti Patri ad Tarentũ ex præcepto Sibyllæ factos, qui anno primo belli Punici, quingentesimo & altero Vrbis conditæ facti erãt. Et rursus in Epitome libri tricesimiprimi, Bellũ Macedonicum cœptum esse anno quingentesimo quinto. quæ duo dicta planè refragantur ijs quæ apud Liuiũ leguntur: nunc autẽ transmittenda, cum nihil ad rem præsentẽ pertineãt, admonitione tamen digna. Sed ne de hoc loco Plinij emendando aliquis posthac dubitet, Pliniũ ipsum testẽ in sese citabimus: qui eodem libro alio loco ita inquit, Lucius Scipio trãstulit in triũpho argẽti cælati põdo M. quadringenta quinquaginta, & uasorum aureorũ pondo centum millia anno conditæ Vrbis quingentesimo sexagesimoquinto. Hoc quod Plinius dicit anno quingentesimo sexagesimo contig

Numeri apud autores depra uati, multum negotij legentibus exhibẽt.

contigisse, cõtigit post Antiochum uictum, quẽ Romani post Philippum Regẽ Macedoniæ aggressi sunt, cũ tamẽ bellum illud Macedonicũ finito demum secundo bello Punico cœperit. Verùm ex supradictis apparet uehementer illos falli, qui nomismata argẽtea ostentant quasi à Bruto exactore regũ percussa, atq; etiã ab ipsis regibus signata. Non omittendũ uidetur in hac adnotandarũ rerum sylua (quæ ut in memoriã ipsæ subeunt, sic in ordinẽ rediguntur) id quod à Thucydide lib. III. belli Peloponnesiaci dicitur, milites singulos pedestres & classiarios binas drachmas in dies accipere solitos. de classe enim Atheniẽsium loquens, quã & instructissimã & numero & pulchritudine nauium fuisse affirmat, ita inquit: Itaq; æstate una uniuersæ naues ducẽtæ & quinquaginta fuerũt, quæ res maximè pecunias eorum exhausit, cum sumptu Potidææ. Nã qui Potidææ erãt milites præsidiarij binas drachmas merebant, ita ut miles alterã drachmam ministri nomine acciperet, ὥστε αἱ πᾶσαι ἅμα ἐγίγνοντο ἐν ἐνὶ θέρει διακόσιαι καὶ πεντήκοντα νῆες. καὶ τὰ χρήματα τοῦτο μάλιστα ὑπανάλωσε μετὰ ποτιδαίας. τὴν δὲ ἐν ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. αὐτοῦ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας. Et paulò pòst, νῆές τε αἱ πᾶσαι τὸν αὐτὸν μισθὸν ἔφερον. Nauesq; omnes idẽ stipendium accipiebant. Similes Atheniensis binas drachmas suo famuliq; nomine accipiebat, id stipendiũ erat in mensem sexagenæ drachmæ, quæ ære nostro senos aureos coronatos ualent, id est, denos Francicos & semissem. Apud nos autẽ qui minimo merent pedites, in mẽsem cẽtenos solidos accipere solent, id est, quinos Francicos: qui plurimo, septenos Francicos: quã mercedẽ menstruam Germani apud nos acceperũt. Ex quo apparet drachmæ æstimationem

Stipendiũ militare.

tionem à nobis factam, à ueritate non abhorrere. Hoc argumentum adiuuat id quod suprà in fine libri quarti diximus de mercede philosophorũ molas trusatiles circũagentium, & quod hoc eodẽ lib. de denario diurno adnotauimus. Xenophon in primo Hellenicon, ὅτι δὲ τῶν τ' ἐπάνω, καὶ ἐκέλευον αὐτὸν τάξαι ναύτῃ μισθὸν ἀτ[illegible]. Hi collaudato Cyri dicto, hortabãtur eũ ut drachmã Attĩcam nautis in dies singulos pro stipendio statueret. Ipse tamen paulò pòst dicit non drachmam eũ statuisse, sed tetrobolum, hoc est bessem drachmæ, cũ antè semissem tantum acciperẽt, id est triobolum: de stipendio loquens auxiliario quod Lacedæmonijs ad tuẽdam rem nauticã & classiariam à Rege Persarũ conferebatur. Quantulæ autem fuerint illæ naues præ ijs quæ nunc fiunt, ex eo licet intelligere, quod idem libro secũdo ita inquit, Cum autẽ ij interra Attica essent, Athenienses centũ naues quas instruxerant, & mille in ijs armatos quadringentos q; sagittarios circum Peloponnesum miserũt. ὄντων δ' αὐτῶν ἐν τῇ γῇ, οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέστειλαν τὰς ἑκατὸν ναῦς πρὸς Πελοπόννησον ἅπασι παρεσκευάζοντο, καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπ' αὐτῶν, καὶ τοξότας τετρακοσίους. Cicero lib. XII. Epist. ad Lẽtulum scribens, Interceptis literis cognoramus, Dolabellam, si desperasset de Syria Aegypto q;, quod necesse erat fieri, in naues cũ omnibus suis latronibus, atq; omni pecunia conscendere esse paratũ, Italiã q; petere. Idcirco etiã naues onerarias, quarũ minor nulla erat duũm milliũ amphorarum, cõtractas in Lycia à classe eius obsideri. Duo millia amphorarum, ducẽta & quinquaginta modia Parisina ualent. Quod ideo adnotandum duxi, ut ex nostri temporis nauibus cõijci antiquarũ nauiũ magnitudo posset. In l. Iubemus, de sacrosanctis Eccle. in Codice Imperatorio

De magnitudine nauium.

ratorio, duabus partibus minor magnitudo, id est, subtripla huius Ciceronianæ taxatur. Herodotus autẽ lib. VII. de copijs naualibus Xerxis loquens, ita inquit, Ad Scipeam usq; ad Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: multitudo autem adhuc erat, ut ego coniectura assequor, ex nauibus quidem ab Asia profectis numero mille ducentis ac septem, eorũ duntaxat qui iam inde ab initio conuenerant, millia ducenta & quadraginta unum & quadringenti uiri, ducenos scilicet uiros in singulas naues numerãtibus. Porrò inter classiarios indigenas triceni Persæ, Medi, & Sacæ in naues easdem ascenderãt, quæ multitudo sex & triginta millia & ducentos decem uiros prioribus copijs aggregat. καὶ πλῆθος μὲν ἦν τοιοῦτον· ἔτι δὲ ὡς ἐγὼ συμβάλλεόμην καὶ εὑρίσκων, τόσον, τὸ μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ Ἀσίης, ἑξήκοντα ἑπτὰ καὶ διακοσίων καὶ χιλιάδων, τὸν μὲν ἀριθμὸν ἑκάστων τῶν ἐθνέων ἐόντα ὅμιλον, τιθεμένους καὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ πρὸς χιλιάδας τε καὶ τετρακοσίους, ὡς ἀνὰ διηκοσίους ἄνδρας λογιζομένους ἐν ἑκάστῃ νηΐ· ἐπεβάτευον δὲ ἐπὶ τούτοισι τριήκοντα τῶν νεῶν χωρὶς ἑκάστων τῶν ἦσαν χωρίων, πρόσοικοι τε ἦσαν μάχιμοι καὶ σακέων τε μίνυνθα ἄνδρες, ἔστι δ' ἅλλως ὅμιλος γίνεται τεσσερεσκαίδεκα μυριάδες καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ πρὸς διηκόσιοί τε καὶ δέκα. His uerbis apparet eam fuisse magnitudinẽ olim mediocrium nauium, ut ducentos classiarios milites caperẽt, & eo amplius tricenos capere possent. id quod uerba ipsa auctoris conijcientis significare uidentur. Eas autem naues triremes fuisse auctor ipse Herodotus prodidit his uerbis alio in loco, τῶν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς ἦν ἑπτὰ καὶ διακόσιαι καὶ χίλιαι. Triremium autem numerus fuit mille ducentæ & septem. Si cui igitur uacet ad calculum exigere id quod ab Herodoto dictum est, is

Classis Xerxis Persarũ regis.

inueniet in singulis triremibus ducenos & tricenos epibatas fuisse. Inter minora autem nauigia Herodotus numerat lembos quinquagenûm & tricenûm remorũ, quos ipse πεντηκοντόρους & τριηκοντόρους appellat. Legimus & apud antiquos fuisse non modò trium ordinum naues,

Triremes & quinqueremes & ulteriora uocabula.

quas triremes nostri, Græci trieres appellant (in quibus per singula transtra terni remiges sedent, suũ quisq; remũ ducentes, ita ut qui naui intimus est, is maximũ remũ tractet) sed etiam quadriremes & quinqueremes, & sex ordinum naues. quin & à Græcis hepteres & enneres & deceres uocabula inuenta sunt, quæ naues septenûm nouenûm denumq; ordinũ significant. Plin. lib. VII. Biremem Damasthenes primùm Erythræos fecisse auctor est, Triremẽ Thucydides Aminoclẽ Corinthiũ, Quadriremem Aristoteles Carthaginenses. Quinqueremẽ instituit Nesichthõ Salaminius, Sex ordinũ Xenagoras Syracusius, ab eo ad decemremẽ Mnesigeton Alexandrũ Magnũ ferũt instituisse ad duodecim ordines: Philostephanus Ptolemæum Soterẽ ad quindecim, Demetriũ Antigoni ad triginta, Ptolemæum Philadelphum ad quadraginta, Ptolemæum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus est,

Demetrius Poliorcetes.

ad quinquaginta. Plutarchus de Demetrio Antigoni in uita eius ita inquit: Vnde illud est non minus uerè quàm eleganter dictũ, Demetrij opera magnitudine sua etiam amicis stuporem, pulchritudine uerò etiam hostibus delectationẽ solita esse afferre. Atqui inter alia memoratu digna & naues duas confectas ab eo aiunt, quarum altera sedecim remorũ ordines, altera quindecim habebat: & machinas nõnullas miro ingenio expugnãdis urbibus fabricatas, quæ quidem spectantibus hostibus incredibilem admirationẽ præbebãt: id quod Lysimacho euenisse tradunt

dunt: qui tametsi supra alios reges inimicus esset Demetrio, tamen quum ab eo Solos in Cilicia obsidente petijsset ut sibi liceret machinas eius naues q; inspicere, atq; is benignè id concedente Demetrio omnia opera inspexisset, adeò stupefactũ aiunt & magnitudine & pulchritudine, ut ei uisæ sint non humano, sed diuino ingenio cõditæ. Idẽ alibi, Itaq; Demetrius ad regnum paternũ recuperandũ (quod arduum & difficile factu uidebatur) toto animo conuersus, breui tempore paulominus quàm centũ millibus peditum, decem equitum coactis, classem deinde quingentarũ nauiũ uarijs ex locis studio incredibili atq; industria comparauit. Et paulò pòst, Omnes autẽ admirabantur nõ solum multitudinẽ, sed etiã magnitudinẽ eorũ operum quæ inusitata mole longè aliorũ consuetum modum excedebant. Nemo enim reperiebatur qui nauẽ sedecim ordinũ aut quindecim uidisset. Verùm postea Ptolemæus qui Philopator dictus est, unam quadraginta ordinũ faciendam curauit, quæ proculdubio omnes alias naues quæ antea uisæ fuerãt, magnitudine ac mole sua magnopere superabat, ut quæ in longitudinem ducẽtos ac octoginta, ab imò usq; ad transtra duodequinquaginta cubitos pateret. Remiges in ea ad quatuor millia, nautæ ad quadringẽtos erant, & præter hos paulominus tria millia armatorum, qui foros eius obtinẽtes eadẽ uehebãtur. Sed hæc (inquit) non tam ad usum quàm ostentationẽ fabricata uidebatur, earũ similis machinarũ, quæ penè immobiles sunt. Demetrij autẽ naues nõ modò magnitudine & arte mirabiles, sed etiam ad certamẽ bellicũ, usumq; hominũ aptæ atque habiles erãt. Athenæus libro quinto, de opulentia Aegyptiorum loquens, & præcipuè Philadelphi Ptolemæi, Multis autẽ (inquit) regibus Philadelphus cũ diuitiarum

Memorabile nauigium.

magnitudine præstitit, tum etiã studio ingẽti incubuit ad apparatum omne genus, instrumentũq; regium magnificè ambitioseq; cõparandũ. Quare nauiũ multitudine reges omnes lõgè supergressus est. Maximas naues habuit triacõteres, id est, tricenûm ordinũ duas, icoseren unam quæ uicenûm erat, quatuor quæ ternũdenûm, duas quæ duodenûm, quatuordecim quæ undenûm, triginta quæ nouenûm, triginta septem quæ septenûm, quinq; quæ senûm erant. Quinûm autẽ ordinũ habuit decẽ & septem: altero tãto plures partim quaternûm ordinũ, partim ternûm & semis, quas Trieremiholias appellant. Reliqua multitudo nauigiorum quæ per uarias imperij partes distributa erant, quatuor millium numerũ excedebat. τὰ γοῦν μέγιστα ἦν τῶν πλοίων παρ' αὐτῷ, τριηκοντήρεις δύο, εἴκοσι μία, τέσσαρες δὲ τρισκαιδεκήρεις, δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρεις δεκατέσσαρες, ἐννήρεις τριάκοντα, ἑπτήρεις τριάκοντα ἑπτά, ἑξήρεις πέντε, πεντήρεις ἑπτακαίδεκα. τὰ δὲ ἀπὸ τετρήρους μέχρι τριηρημιολίας, διπλάσια τούτων. De magnitudine autem nauis Philopatoris eadẽ omnia quæ Plutarchus dixit, & eo amplius addidit, lõgißimos in ea remos duodequadraginta cubitorũ fuisse, ab ea parte plumbatos, quæ manu remigum cõtinetur, ut eo libramẽto nixus tollentium brachiorũ adiuuaretur, cũ pars remi scalmo alligata quasi æquilibriũ faceret, & usum grauioris remi faciliorẽ redderet. Tũ partes eius omnes exequitur, apparatumq; tantæ moli numero & magnitudine respõdẽtem: ut proras duas & totidem puppes habuisse & septem rostra, & gubernacula quatuor. Idem auctor eodẽ libro tradit Hieronem Syracusanorum Regem, Romanorum amicitia pertinaci nobilem, cum circa sacrorũ certaminum gymnasiorumq; apparatum studiosus esset, tum etiam

Naues Philadelphi.

Remorum longitudo immanis in naui Philopatoris.

Reliquus apparatus.

etiam ad naues fabricandas ambitiosius animum intẽdisse, duntaxat quæ frumentationibus uiderẽtur esse commodißimæ. Huius igitur generis multas Hiero cum fabricãdas mandasset, unam in primis memorabilem perfecit: ad quam ædificandam materiã in Aetna monte cædendã indeq; deuehendam curauit, quæ sexaginta triremibus conficiendis satis esse potuisset: quo dicto nauigij magnitudinem cõijciendam nobis reliquit. Ad nauticum autẽ instrumentum cum æs, ferrũ, cannabim, reliquaq; quibus opus erat, partim ex Italia, partim ex Iberia, partim Rhodano flumine comparasset, trecentos operi faciendo fabros artificesq; adhibuit, ac materiæ dedolandæ, præter administros fabricæ subseruientes opificijs, præfecto summæ operis architecto Archia Corinthio. Quos ipse cum magnopere hortatus esset ad opus aggrediendum, insuper etiã dies totos operis se curatorẽ exactoremq; præbuit. Hac diligentia, his artificibus, hoc architecto rex ille Siculus dimidiũ tantũ nauis intra sex menses perfecit. Quo facto, inchoatam eo modo nauem in mare deducendã mandauit, ut illic extremæ manus opificiũ adipisceretur. Verùm cum de ea in mare deducenda, excitata quæstio multis contẽtionibus esset, ad extremũ Archimedes ille mechanicus famigeratus, solus deducendam suscepit, paucis adhibitis operis: cõpactaq; clauicula machinali quod suscepit perfecit: tanta mole nauigij confestim in mare deuoluta eius machinæ momento, cuius idem ipse princeps inuentor fuit. ὡς δὲ περὶ τὸν καθελκυσμὸν αὐτῶν τὸν εἰς τὴν θάλασσαν πολλὴ ζήτησις ἦν, ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς μόνος αὐτὸς κατήγαγε δι' ὀλίγων σωμάτων, κατασκευάσας γὰρ ἕλικα, τὸ τηλικοῦτον σκάφος εἰς τὴν θάλασσαν κατήγαγε. His peractis, alterã nauigij ptẽ totidẽ alijs mẽsib. Hiero cõsũmauit

Nauis frumentaria.

Nauis Hieronis memorabilis.

Clauicula Archimedis.

Claui denarũ librarum.

uit: cum interim clauis æreis denarum librarum plurimis materiam compingeret, aliquibus etiã sesquiplicibus eius ponderis: qui præ crassitudine non aliàs adigi poterant, quàm materia præterebrata. His clauis costæ nauis arrectariæ cum assamẽtis transuersarijs coagmentatæ, tegulis insuper plumbeis adactis ualidius adstringebãtur, quibus etiam sub ipsis linteola concerpta cum pice infarcta erãt. Erat ea nauis apparatu quidẽ uiginti ordinũ remigij, ædificij uerò contignatione triplici. Harum infimã contignationẽ oneri & mercibus delegauerat, ad quam descensus scalis multiplicibus erat. ad mediam cõtignationẽ transitus alter erat arte mechanica factus, in qua ipsa cœnationes erant numero triginta, secundũ utrunq; latus nauigij extructæ. In ijs lecti quaterni strati uiris accõmodati. Inter quas nauclericũ cõclaue quinq; lectorum capax erat. Præterea thalami tres in eadem contignatione erãt, culinaq; supradictis locis subseruiens ad puppim ædificata. Omnes autem supradictæ cœnationes pauimento stratæ erãt, tessellis uermiculato lapidis omnis generis. In eo pauimento Troiani belli fabulamentũ uisendo artificio concinnatũ legebatur, cũ alioquin ea omnia ædificia tectis laqueatis & postibus exornata spectabili opere essent. Summa pars nauigij gymnasiũ habebat, ambulationesq; laxas pro portione magnitudinis suæ: quas etiam ipsas simul ambientes horti omni genere stirpiũ complectebantur, fictilibus in uasis & plumbeis consitorũ. simul hederæ uitesq; opacabãt pampinis ac corymbis imumbrantes, quarũ radices alebãt dolia terræ plena, pariter quidẽ illæ cum hortis machinamẽto irriguæ. Ab his erat Aphrodisium, id est, cõclaue Veneri deæ dicatũ, instrumentũ etiã ipsum triclinari lectisternio, pauimentoq; stratũ, Achate lapide

Contignatio xxx. cœnationum capax & reliqui nauis apparatus.

Aphrodisium.

lapide alijsq; uarijs & nitentibus distincto, cuiusmodi lapidum copia in Sicilia reperitur. Ac parietes quidẽ habebat cupreßinis tabulis aßibusq; contextos, laqueatumq; tectum eadem materia. Fores etiam ex ebore & odorata materia compactas, atq; eo amplius pictura sigillisq; exornatas. Deinceps erat exhedra quinq; lectorum capax, quorũ parietes postesq; buxo compacti erant, inibiq; bibliotheca, & in lacunari sphæra, ad imitationẽ eius solarij efficta, quod in Acradina sitũ erat, quæ insula est Syracusarum. Huic loco balneũ iunctum erat: in quo tres lecti cum solio metretarũ quinq; capaci, quod ex lapide uario scalptum erat, & tribus æneis caldarijs. Mitto nunc habitationes militibus destinatas, ijsq; qui super sentinam erant. Mitto equorum præsepia ab utroq; latere nauigij numero dena sita, cum frenis & stratis, & omni equitum instrumento, eorumq; ministerij atque equorum pabulo. Præterea lignarium & clibanos, focos & pistrina aliaq; ministeria in proiecturis nauis prominentia. Quid dicam Atlantes nouenũm pedũ altitudinis certis interstitijs firmatos, ut scalpturas prominentes summæ contignationis mutulorũ uice fulcirent? Quid turres octo? binas in prora & puppi, & per utrunq; latus extructas, in murisq; propugnacula? Præter hæc machina erat in medio catastromate super tripodes excitata, Archimedis etiam inuentũ, saxa tritalentaria, telaq; mißilia duodeuiginti pedum facilè eiaculans ad quadringentos cubitos, quod spatium est stadij. Hæc & alia machinamẽta propugnatoria, ut coruos, lupos, & in summo malo carchesia ænea lapidum concepticula ad lapidationẽ faciendam in hostium nauigia, longũ esset enarrare. Stabant enim in uno terni, in alijs bini aut singuli homines lapides eiaculantes, quos

ſerui in foris nauis ſtantes uitilibus quallis tẽpore pugnæ ſuggerebant trochleis ſubuehẽtes. Idem Archimedes cochleam cõmentus erat tantæ nauis ſentinæ ab uno homine exhauriendæ. Verùm ut nauigij magnitudo ac uaſtitas animo cõcipi poßit, nõnulla adijciã ex ijs quæ Athenæus ſcripſit ad hoc maximè pertinẽtia, ἦν δὲ καὶ ὑδροθήκη κατὰ τὴν πρώραν κλειστὴ, δισχιλίους μετρητὰς δεχομένη, ὃν σανίδων καὶ πίττης καὶ ὀθονίων κατεσκευασμένη. παρὰ δὲ ταύτην, κατεσκεύαστο διὰ μολιβδώματος καὶ σανίδων κλειστῶν ἰχθυοτροφεῖον. τοῦτο δ' ἦν πλῆρες θαλάττης, ἐν ᾧ πολλοὶ ἰχθύες εὖ ἐτρέφοντο. Erat (inquit) in eodẽ nauigio ſecundum proram aquæ conceptaculũ concluſum, capax duorũ millium metretarũ, aſſamentis & pice & linteorũ farctura compactile: iuxta quod rurſus piſcina coaxatione & implumbatura cõſtans, plena aquæ marinæ, ita ut in ea commodè magna copia piſcium facilè aleretur. Idem alibi, σίτον τε ἐνεβάλλοντο εἰς τὴν ναῦν μυριάδας ἕξ, ταρίχων δὲ σικελικῶν κεράμια μύρια, ὀρεῶν τάλαντα δυσμύρια, καὶ ἕτερα δὲ φορτία δυσμύρια. Frumentũ autem negotiatorium in ea naui exportabant ad millia ſexaginta, ſalſamẽta Sicula ad cadûm decem millia, lanarũ talenta uiginti millia, & alterius mercis altera uiginti millia, prætereaq; commeatus uectorum nautarumq; ſexaginta millia. Frumenti dixit non addito modiûm uel medimnûm: ego tamẽ medimnûm eum intellexiſſe puto, ex more loquẽdi Græcorum coniecturam faciens, & præcipuè Siculorum, ut ex ſuperioribus apparet. Hæc, duo millia & quingentos modios Pariſinos faciunt. Modius autem Pariſinus quatuor & uiginti medimnos Atticos capit. Decem millia cadorum uel amphorarũ, mille ducentos & quinquaginta modios itidem Pariſinos. Lanarum & reliquarum mercium talenta

Cochlea miranda.

Nauis magnitudo ac uaſtitas.

Modius Pariſinus.

lenta quadraginta millia. Talenta Pariſina triginta millia efficiunt, ut nunc craßiore calculo libras Atticas uel minas, ſed & nonaginta drachmarum intelligamus, id eſt duodenûm unciarum. Sic fiunt pondo noſtra duodeuicies centena millia. Libra enim noſtra epitritam proportionem ad Romanam libram habet, id eſt tertia parte maiorem. Hanc ſummã ſi ad culeos duplares redigere uelimus, qui trimodia noſtra efficiunt, hoc eſt quatuor & uiginti amphoras, & in culeos ſingulos bina millia pondo ſtatuamus, id quod hodie nauicularij faciunt, qui anniuerſarios commeatus meritorijs nauigijs ſuſcipiunt, ut ſtatim uidebimus, fient nongenti culei trimodiales: quibus ſi mille ducentos & quinquaginta modios illos addideris, erunt in ſumma mille trecenti ſedecim culei. Nunc ſi exquiſitius perſequi uelis, & ſemuncias in ſingulas libras addere, ſumma librarum quinque & ſeptuaginta millibus excreſcet, quæ additamentum ſeptem & triginta culeorum & ſemißis efficiunt. Et hæc omnia præter aquam dulcem, præter piſcinam, præter tot diætarum inteſtinum inſtrumentum, præter annonam uectorum, & pabulum equorum. Hanc tamen nauem longè magnificentia & ſplendore apparatus anteceßit nauis fluuialis Thalamegos nomine, quã Philopator ſupradictus in delicijs habuit Nilo pernauigando, longitudine ſexcentorum pedum, latitudine quinque & quadraginta: ab infima parte ad editißimum diætarum faſtigium altitudine pedum paulo minus ſexaginta: in qua diætas & cubicula & alia ædificia uoluptuariæ uitæ accõmodata, ambulationũ porticus duplices ambibant, proram & utrunq; nauis latus cõplectentes quingentorũ pedum ambitu. A' puppi autẽ nauis patens, è regione proræ ueſtibulũ habebat ex ebore & alia primæ notæ

Talenta Pariſina.

Libra Pariſina. Culei duplares.

Thalamegos nauis fluuialis Philopatoris.

notæ materia constans, per quod ingredientes porta quadriforis excipiebat, & ex atrio in œcum, id est in prægrande cõclaue ferebat, uiginti lectorũ capax: cũ utrinq; per uestibulum ingredientibus patentes crebræ fenestræ auras perflantes commodè admitterẽt. Reliqua sunt eiusmodi, ut siquis omnia ad uerbum prosequi uelit & possit, fidem sint excessura. Illud autẽ quod de C. Cæsare memoriæ traditũ est, ut reliqua eius acta, non magnificẽtiæ esse puto, qui fabricatus esse cedrinas liburnicas dicitur, gemmatis puppibus, & uersicoloribus uelis, magna thermarum & porticũ & tricliniorũ laxitate, magnáq; etiam uitium & pomiferarũ arborum uarietate, in quibus discumbens de die inter choros ac symphonias littora Campaniæ peragrabat. Nostrorũ autem temporũ opera, quæ maximè magnifica esse creduntur, si cum illis contendantur, propè est ut perinde esse uideatur ac si formicam elephanto cõpares. Sed principes & opulenti hodie priscarum rerũ ignari, sese in rebus mediocribus & paruis admirantur, sola ignorantia beati, si argumentari uelimus. Quo magis despicari & floccipẽdere eorũ sortem licet, ijs quidẽ qui felicitatẽ nec pondere nec numero metiũtur. Hæc ideo retuli, quòd multi opinantur ideo apud historicos magnũ numerum nauium lectitari, quòd antiqui nauigiolis uterentur præ ijs nauigijs quæ memoria nostra uisa sunt. Sed uidelicet eorum est id censere, qui prisci æui magnificentiam memoriæ suæ finibus circunscribunt, uetera male æstimantes: quorũ si quis hodie nauem Demetrianarum nauiũ similẽ uideret, id est quindecimremẽ uel sedecim, ut Græci appellãt ἑνκαιδεκήρη, τριτεσσαρακαιδεκήρη, rem omni æuo inauditam uidere se existimaret. Leguntur & apud antiquos nauigia triarmena, id est, tribus uelis insignia

Liburnicæ cedrinæ C. Cæsaris.

gnia. Athenienses autem classiarijs opibus & copijs claruisse, cum ex Thucydide, tum ex Plin. nouimus, qui lib. VII. de ijs loquens qui uariarũ artium speciminibus editis enituere, Laudatus (inquit) Ctesiphon Gnosius æde Ephesianæ Dianæ admirabiliter fabricata, Philon Athenis armamentario mille nauiũ. Legimus apud eundẽ Plutarchũ in Antonio, in bello Actiaco Antoniũ præter copias terrestres circiter quingentas naues pugnaces habuisse, in quibus permultæ octonûm ordinũ atq; etiam denûm fuerũt, alioquin omnibus armamẽtis egregiè instructæ: ex quibus cum optimas elegisset à triremibus ad decemremes, duo & uiginti millia pugnatorum imposuit, cum classe conflicturus esset. τὰς ἠλείφας ἀπὸ μεγίστας μέχρι δεκήρους ἐπλήρα, διςμυρίους ὁπλίτας ἐμβιβάζων, καὶ δισχιλίους τοξότας. Magnum autẽ fuisse numerum nauiũ electarũ ex eo apparet, quòd cum Cleopatra cum LX nauibus, & Antonius quinqueremi aufugisset, trecẽtæ captæ in eo prælio esse narrãtur à Plutarcho: quo fit ut pauciores centenis militibus in singulis nauibus fuerint. Hodie maiorẽ numerum stipant (ut audio) in aciem maritimã prodituri. Verùm onerarias naues primæ magnitudinis duntaxat negotiatorias, sed tamen quæ tormentis muniuntur, non ultrà centũ & octoginta culeos ferre dicunt, id est nonaginta tonellos, ut nauicularioru̇ uerbis utar. Minimæ enim magnitudinis onerarias quadragenarias esse aiunt: mediæ notæ septuagenarias & octogenarias: maximas autem quæ in mari occiduo uideantur, ferè centenarias, rarò maiores esse. Tonellum ego trimodium culeum appellauerim. Tres enim modij nostri tonellum unum efficiunt, id est culeum geminatum. Ita fit ut maximæ onerariæ nostri temporis plerunque non maiores sint illis

Onerariæ naues.

Culeus trimodius.

illis quas Cicero in Lycia fuisse dixit. De nostris loquor. nam Germanorũ naues duplices & triplices nostrarum esse dicunt. Octogenariæ enim naues ducenta & quadraginta modia nostra capiunt: at duo millia amphorarum, ducẽta & quinquaginta modia nostra æquasse docuimus. Est autem ea formula nauiculariã facti itantium, ut in singulos culeos duplares bina millia pondo numerent. Tanti enim pendere uini tria modia nostra dicti tantur. sic fit ut salis aut alterius grauissimæ mercis uectura ad bina millia pondo hac appellatione nuncupetur: ut si nauis centũ & octoginta millia pondo ferre commodè possit cum instrumento machinario, ea octogenaria uocitetur. Ex his igitur patet quantæ fuerint antiquorum naues, etiam si pauciores olim milites pro portione in naues imponebant, quàm pro nostri temporis more, quantũ coniectura assequi ex historicis possumus. Etenim si quis omnia quæ cõmemorauimus, diligenter animaduerterit, iudicabit (ut spero) non fallaciter cõiectura ductũ esse in mensuris indagandis. Non me latet apud Aeginetã legi, minam Atticam sedecim uncias habere, & Romanam uiginti: sed nec Pauli auctoris adnotata illa esse puto, nec si Pauli sint, ad rem quã agimus, pertinere. Sumptũ est enim illud dictum ex medicorũ usu, ut suprà ex Celso adnotauimus, non ex antiquitate. Nunc ad id redeundum, quod penè præterij-

Libra auri in iure.

Diximus suprà duodequinquagenos nummos ex auri libra percussos. cui dicto pugnare uidetur id quod dicitur lib. x. codicis Imperatorij in lege Quotiens, in titulo de susceptoribus, duobus scilicet & septuaginta solidis persolutis acceptam ferri libra auri debere. Quapropter adnotandũ habuimus, id non de aureis priscis intelligendũ qui ad formulas primas nummi aurei exacti sunt, aut paulo ab

lo ab ijs imminuti. Nam imminutũ postea esse pondus formarũ ex his uerbis Isidori intelligimus. Solidus (inquit) apud Latinos alio nomine sextula dictus est, ideo quòd his sex uncia compleatur. Hunc autẽ uulgus solidũ aureũ uocat: qui solidus dicitur ideo, quia nihil illi deesse uideatur. Solidũ enim antiqui integrum dicebãt, & totum. hoc dictum Isidori adiuuat Pomponij auctoritas in lege Nomismatũ, in titulo de usufructu, in Pandectis, his uerbis, Nomismatum aureorũ uel argenteorũ ueterum, quibus progẽmis uti solẽt, usus fructus legari potest. immutata enim forma percutiendi nummi, quã ueteres nummi extabant, non nummi uice, sed gemmarũ & rerum in delicijs habitarum censebantur: quo modo fit hodie. Antiqui aurei (ut diximus) binas drachmas pendebant, hoc est senos scrupulos, & quaterni in uncias signabãtur, sic ex libra Romana duodequinquaginta fiebant, hoc est ex duodecim uncijs: pondere autem imminuto ex binis drachmis terni aurei nummi fieri cœperunt, hoc est seni ex uncia. Ita fit ut auri libra duobus & septuaginta aureis impleretur, licet antiqua libra nummaria centenas drachmas caperet, ut mina Attica, ut sæpe iam dictũ est. Nomismatis autem imminutio eo tempore facta est, quo Romani imperij opes tenuiores factæ sunt principum multorum nequitia, qui luxu perditi, priuatorum opes tributis exhauserunt. Quanquã Romanæ uires sese ipsæ confecerunt, cum Augusti plures eodẽ tẽpore ab exercitibus facti, ciuilia bella & inteſtina pro externis gererent. sic mũdus ad inopiam redactus, tenuiore pecunia uti cœpit: id quod necesse fuit, cum multũ precijs rerum decessisset. Hoc idẽ Francia experta est. si quis enim huius temporis nomisma cũ antiquo examinet exploretq;, dimidio uberius illud hoc inueniet

Solidus.

Nomisma extenuatum.

Prisca Franciæ nomismata.

& pon

& pondere & indicatione, atq; eo etiam amplius. Nos enim Philippeos habuimus geniatos plus sesquisolato pendentes. In his genius est alatus, quales diuini statores pingi solent, liliata insignia tenens. extant & alij Philippei, sceptrati nonnulli, alij etiam soliati, Rege intus trabeato iura pro potestate reddente. Ibi maiestatē regiam planè expressam agnosceres, qualē hodie nemo meminit, Rege utroq; uestigio leonibus innitente. Hi triplici forma percussi sunt: sed qui minima signati sunt, binos solatos trahunt: qui maxima & grauissima, ij pondus habent secundum Eduardeos Angliæ maximū, eisq; proximū. hoc genus omnium quæ uidi (tametsi nullius generis non habui, quod quidē hodie extet) scitè formatū erat. Hos & Rosatos Eduardeosq; pondere superant Carolei Aquitaniæ, qui Fortes appellantur: in quibus dux armatus genu nitens leonē manibus Herculis more elidit: sed superiorum indicatura Pecuatorum bonitate par est, quos Iohannes Rex signauit, triplici & ipsos forma & magnitudine, omnes primā auri notā obtinentes. Quanto autē hodie iuuior sit & exanguior (ut ita loquar) res nummaria, ex eo certè constare potest, quòd qui Francici extant aurei equites peditesq;, olim uiginti solidis ualētes (unde Francicos hodie quoq; appellamus) nunc solidis quadraginta edicto etiā principis æstimantur, pluris etiā in foro permutabiles. Quòd si inquirere in finitimas nobis prouincias institeris, eandē apud eos, ut apud nos olim & hodie rationē reperies, prorsus quasi cōfinibus prouincijs Francia cōstituendæ rei nummulariæ rationē præscripserit. id quod optima ratione iudicare quis potest. Neq; enim consistere cōmercia potuissent, quæ nobiscū semper finitimi miscuerunt, nisi eandē auri notā afferrent quā acciperent.

Itaq;

Itaq; quandiu aurū primarium signatum est in Francia, tādiu ipsi quoq; finitimi populi eodē genere usi sunt. Nūc autem & nostratis & externi nulla uncia nisi concreti uisitur & ærosi. Verumenimuero qui hodie extāt imperatorij et augustales aurei, post priscos illos didrachmos signati, ponderi prædicto non respondent à sanctione imperatoria taxato. Vidimus enim & Constantini Magni & Iuliani & Magnentij, & aliorū recentiorum, sed in omnibus quos expendimus, ita imminutū pondus erat, ut seni & semis non planè unciā æquarent, septeni excederent. Vnum etiā Iustiniani principis uidimus, quē nobis ostēdit Christophorus Longolius, uir egregiè doctus, et rerum antiquarū studiosus: sed ne is quidē iam dictis grauior erat. Quare supradictam legē de duobus & septuaginta solidis ideo latā puto, quòd imminuto pōdere nummi, libræ quoq; aureæ æstimatio & pondus sensim immi nuebatur. quapropter ne tandē imminutio inualescens, rē nummariā conturbaret, Imperator certū modum imponere uoluit. quanquā si quis legē illā diligēter cōsideret, non tam in uniuersum statuere de auro signato uidetur, quàm de auro tributario: ut fortasse indulgētia principis aliquid antiquis pēsitationibus remittere lege illa uoluerit. Id enim sæpe fit, ut maneant antiqua uectigalia, aut pensitationū uocabula, & tamen minore summa aut æstimatione stipendiarij defungantur. Cur autem aureis solidi quoq; dicantur, his uerbis Lampridij declaratur in Alexandri uita: Vectigalia publica in id cōtraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiā partem aurei præstarēt, hoc est tricesimā partem: tūmq; primùm semisses aureorū formati sunt. Atq; etiam cum ad tertiā partem aurei uectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro

Longolius.

T

xandro etiam quartarios futuros, quandò minus non posset: quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans ut si uectigal contrahere potuisset, & eosdem ederet: sed cum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantum solidosq; formari. Hactenus Lampridius. Intelligimus igitur aureos integros appellatos esse solidos eo tempore quo semisses & tremisses fieri cœperunt, uel trientes potius. In iure autem ciuili quod nunc habemus, non una aurei æstimatio est, ut multi existimant, nec semper septuagenosbinos in libras accipiendos censeo, sed pro tempore aliquid statuentium principum æstimationẽ faciendam: ut uerbi gratia in capite primo de uarijs & extraordinarijs cognitionibus, Vlpianus de honorario aduocatorum loquens ita inquit, Licita autẽ quantitas intelligitur pro singulis causis usq; ad centum aureos. Centũ aureos hoc in loco pro duobus auri pondo intelligo. Nam Vlpianus Alexandri tempore scripsit, nõdum imminuta prisci nomismatis forma, nisi si pauca scrupula auaritia temporum legitimo ponderi detraxit, ut suprà docuimus. Visuntur enim hodie Mamææ matris eius nomismata, & ego omnium Imperatorum uidi eadem forma ab Augusto ad Commodum Cæsarem. Sed & hoc quod diximus, nõ solũ argumentis, sed etiã Taciti auctoritate cõprobare possumus, qui lib. xi. de tẽpore Claudij principis loquens, Continuus inde (inquit) & sæuus accusandis reis Suillius, multiq; audaciæ eius æmuli. nã cuncta legũ & magistratuũ munia in se trahens princeps, materiã prædandi patefecerat. nõ quicquam publicæ mercis tã uenale fuit, quàm aduocatorum perfidia: adeò ut Samius insignis Eques Romanus quadringentis nummorum millibus Suillio datis, & cognita præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente Caio Silio Cõsule designato, cõsurgũt patres, legemq; Cintiã flagitãt, qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orandã pecuniã donũue accipiat. Deinde obstrepentibus ijs quibus ea cõtumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter incubuit, ueterũ oratorum exẽpla referens, qui famã in posteros præmia eloquẽtiæ cogitauissẽt pulcherrima: alioquin & bonarũ artiũ principẽ sordidis ministerijs fœdari: ne fidẽ quidẽ integrã manere ubi magnitudo quæstuũ spectetur. Quòd si in nullius mercedem negotia ineãtur, pauciora fore: nũc inimicitias, accusationes, odia et iniurias foueri, ut quomodo uis morborũ precia medentibus, sic fõri tabes pecuniã aduocatis ferat. Et paulò infrà de Suillio et alijs aduocatis loquẽs, q causam diuersam tuebãtur, Cæsarẽ (inquit) circũsistunt antea acta deprecãtes, & postquã annuit tacẽs, incipiunt, Quẽ ullũ tanta superbia esse, ut æternitatẽ famæ, spe præsumat: usui & rebus subsidiũ præparari, ne quis inopia aduocatorũ potẽtioribus obnoxius sit. Neq; tamẽ eloquẽtiã gratuitò contingere: omitti curas familiares, ut qs se alienis negotijs intẽdat: multos militia, quosdã exercẽdo agros tolerare uitã. Nihil à quoquã expeti, nisi cuius fructus antè præuidetur: prõpta sibi exẽpla, quãtis mercedibus P. Clodius & C. Curio cõcionari soluti sint: se modicos Senatores, q à Rep. nulla nisi pacis emolumẽta peterẽt. cogitare plebẽ, quâ toga enitesceret. sublatis studiorũ precijs, etiã studia peritura, ut minus decora. Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiẽdis pecunijs statuit modũ usq; ad dena sestertia, quæ egressi, repetundarũ tenerẽtur. Quæ locus tribus uerbis corruptus est in exẽplaribus quæ circumferuntur. His uerbis Taciti apparet Vlpianũ licitam quant

Aurei æstimatio in iure.

Honorarium aduocatorum.

Lex Cintia.

quantitatem appellasse eam quæ Claudiano Senatusconsulto præfinita erat, eo tẽpore quo aduocati inuidia maxima flagrabãt ob delationes & perfidiã præuaricantiũ. Dena autem sestertia, dena millia nummûm sestertiûm ualent, ut satis ostendimus, hoc est centies cẽtenos sestertios. Atqui nos alibi docuimus & ratione & auctoritate singulos aureos centenos ualuisse nũmos, hoc est uicenas quinas drachmas, ita ut auri ad argẽtũ proportio maior esset duodenaria. Quare planũ fit dena sestertia & centenos aureos eandẽ fuisse summã, sed Vlpianus aureos dicendo, tẽporis sui consuetudini seruiuit, iam obsoleto more loquendi per sestertia. In cap. Nonnulli, de accusationibus, Digestis, pauper dicitur, qui minus quàm quinquaginta aureos possidet. Quinquaginta aureos auri libram intelligo, propter Hermogenẽ eius dicti auctorẽ, qui æqualis Alexãdri Imperatoris fuit. In lege Si duobus, communia de legatis, Iustinianus uariè precia mancipiorum taxauit: minimũ autẽ preciũ non ĩnfra x x solidos, maximum non supra octoginta intendit. Solidos nõ dubiè aureos eius temporis intelligere debemus, qui subsesquipli erãt priscorũ aureorũ, ita ut triceni solidi uicenos aureos ualerent. Qua ratione fit ut minimũ preciũ serui, triginta nostri aurei fuerint, summũ autem centum & uiginti: quæ æstimatio longè minor est illis quas in præcedẽtibus ex Plinio & alijs collegi, precijs scilicet iam rerum omnium deminutis. Sed nec illi aurei recentiores auro obryzo signati sunt, ut antiqui: ex quo apparet recentiores principes nomisma bifariam minuisse, pondere scilicet, & auri indicatura: quomodo & nostri fecerunt, & totus deniq; occidentis orbis. id quod institutum aiunt, ne aurũ mollissimum, & argentum purum, quod duodenarium appell

appellant, usu ac collybo detereretur. Plinius auctor est Liuium Drusum in Tribunatu plebis octauã partẽ æris argento miscuisse. Et rursus alibi, Miscuit (inquit) denario Triumuir Antonius ferrũ. miscentur æra falsæ monetæ. alij è pondere subtrahunt. Inde est, ut opinor, quòd hodie multi denarij antiqui huiusmodi extant è materia mi scellanea. Denariũ nunc appellamus Caroleũ nummũ argenteum, qui antiquũ sestertiũ nummum ualet. Assem autem appellare possumus, quẽ duodenariũ uocamus, et ita in partes diuidere, ut antiqui suũ assem diuidebant in sui generis partes, quadrantes sextantesq; dicentes. Sic unciæ loco erit denariolus, quem Græci chalcum dicunt. sic quinarius & senarius, uel quincunx & semis, qui quinos & senos denariolos ualent. Sestertios dudũ signauimus, qui duos solidos & semissẽ ualerent, sed iã rari uisuntur. facti enim nõ placuerũt. Extãt & trepondij pridẽ signati, groſsi Curij uocitati ab auctore prædiuite auorũ memoria. Centussem dicere possumus pro ea summa quã alternis prope uerbis negotiatores centũ solidos appellãt, ut decussem pro decẽ, ut qui hodie Cæsariati uocãtur. Licet enim uerba antiqua in usum nostrũ interpolare, quæ quidẽ æui situ non putida facta sint. Vidimus post quadrienniũ edictũ præconio promulgatũ, quo omnibus nomismatis priscis usus abrogabatur, tã nostratibus quàm externis: perinde quasi nullus nũmus locabilis esset, qui non æqualis nostræ memoriæ fuisset. quod edictũ unius hominis impotẽtia principi extuderat, qui omnia penè omniũ magistratuum munia sui iuris ac potestatis fecerat, quum muneris sui uices proprias uix tertio quoq; actu obiret. Sed quamuis minax ac tumultuosum præconium, consensus hominum iure optimo neglexit, præsertim auctore sublato

Denarius noster.

Assis partes hodiernæ.

χαλκὸς. Chalcus.

Centussis.

Nomismata antiqua pessimo instituto, nostro tẽpore aliquandiu abrogata.

sublato de medio. Quod enim tandem edictum iniquius excogitari potuit, et in maiores nostros magis iniurium, quàm monumẽta memoriãq; Regũ perpetuò delere? Eo enim mandato id agebatur, ut optimum quodq; nomisma cõflaretur, et inde pecunia notæ omnino deterioris quasi signaretur. O improbũ inuentum, & si fieri posset, memoriæ hominum eximendum. Olim magistratus Romani, & post eos Repub. sublata principes, iconicõs se fingi in nomismate uolebant, quasi nomen suum latissimè longissimèq; prodituri: quo nomine ad nostrã usq; ætatẽ permansit eorum memoria, uelut statuis per totum orbẽ erectis. Quod cum nostri principes olim imitati essent, similẽ eis gloriã ætas nostra inuidisse olim dictitabitur, unius hominis uel paucorum crimine: tametsi utinam ipse seculũ suũ nostrumq; hac una nota inussisset. Huiusmodi hominum uel temeritatem uel rusticitatẽ arguit lex prima de ueteris nomismatis potestate, undecimo libro Iustiniani Codicis, his uerbis, Solidos ueterum principum ueneratione formatos, ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrahentibus iubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur, modò ut debiti ponderis sint, & speciei probæ: scituris ijs qui aliter fecerint, haud leuiter in se uindicandũ. Verùm ea quæ diximus de amphora & mẽsuris cæteris, rursus in dubium uocabuntur, cum locus ille Plinij succurrerit ubi de uino Opimiano loquitur lib. XIIII. Quare etsi procul à me abesse suspicionẽ illam uolo, quasi more hominis obtrectare gestientis, & delatoria (ut dicitur) curiositate in commentarios inquisiuerim scriptorum nostro seculo clarissimorum, atq; existimatissimorum, facere tamen nequeo, quin in operis huius coronide Hermolaum Barbarum uirum summa laude dignum, iterum ad disqu

Locus Plinij de uino Opimiano.

disquisitionem doctorum hominum reuocem: non quòd manibus uirorũ doctorũ diem dicere gaudeam, qui uadimonium obire apud superstites nequeunt: sed quòd ueritatem asserere in lucem uolens, locupletes eius rei uades, quos nobis uiuens reliquit, citandos omnino ad hoc iudicium duxi. Prævaricationis enim insimulari aut certè obliuionis possem, si locum illum Plinij silentio præterirem, qui ut ab Hermolao intellectus est, id quod nos diximus de uncia, euertit: ob quod omnino fuit res in iudiciũ deducenda. Plinius igitur libr. XIIII. de uini generibus loquens quæ in auctoritate fuerunt, Alicui anno (inquit) fuit omnium generũ bonitas. L. Opimio Consule, cum C. Gracchus Tribunus Pl. seditionibus agitatis interẽptus, ea cæli tẽperies fulsit (cocturam uocant) solis opere, natali urbis sexcentesimo trigesimoquarto, durantq; adhuc uina ducentis ferè annis, in speciem redacta mellis asperi. Etenim hæc natura uinis in uetustate est: nec potari per se queũt, nisi peruincat aqua, usq; in amaritudinẽ caric indomita. sed cæteris uinis cõmendandis minima aliqua mixtura medicamenta sunt: quo fit ut eius temporis æstimatione in singulas amphoras centeni nummi statuantur. ex ijs tamẽ usura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac modica est, in C. Cæsaris Germanici filij principatu, annis centum sexaginta singulis uncias uini cõstitisse nobili exemplo docuimus, referentes uitem Pomponij Secundi uatis, cœnamq; quã principi illi dedit. tantũ pecuniarũ detinẽt uini apothecæ. Hunc locum ita legit Hermolaus, & ita se emendasse testatur, quem in altera editione enarrãs, post explicatam de usuris retractationẽ, ut redeamus (inquit) ad propositũ, si amphora, id est (ut Festo placet) octoginta uini libræ, sub Opimio centum nummis ualuit, faciunt

Coctura.

autem octoginta libræ nongentas sexaginta uncias: efficitur ut senusses usuræ, hoc est nummi seni annorũ centũ sexaginta, nongentos sexaginta nummos inferãt, atq; ita singulæ uini unciæ singulis nummis usuræ nomine constiterint. Hactenus ille cũ dixisset, quasi penso suo absoluto ad alia transit, cũ magna (ut uidetur) securitate cõpertæ rei defunctus. Primùm, siue hoc dixerit Festus, siue non: id quod datur, accipio, id est uini amphoram octoginta librarum esse. hac enim ratione efficitur, ut sextarius sit unciarũ uiginti. Nam quũ duodequinquaginta sextarijs amphora impleatur, si libris duodequinquaginta totidẽ besses addas, ut sint duodequinquagies uicenæ unciæ, fiũt octoginta libræ. Quin & ipse Hermolaus in priore editione, Amphora (inquit) uini quadrantal latinè dicta Festo Põpcio, cõgios octo cõtinebat, id est sextarios XLVIII sextarius uncias uiginti Festo, sed Africano libras duas aut tres, nunquam tamen plures duabus heminis. ita fit ut singulæ amphoræ LXXX Festo, uel XCVI Africano, aut certe CXLIIII uini pondo capiant, quibus in XII uncias resolutis, efficiuntur aut nongentæ sexaginta unciæ, si octoginta pondo sunt: aut mille centum quinquagintaduæ, si nonaginta sex: aut mille septingentæ uigintiocto, si centum quadraginta quatuor. Ex quibus uerbis tametsi ambigere magis quàm rationem colligere doceamur, tamen (ut dixi) quod à me stat, id cupidè accipio, & in rem meam uerto. hac enim auctoritate probo sextarium uel dipondium fuisse id quod adstruere conor, uel certè unciarum uiginti, cum apud Plinium legatur quindecim unciarum esse, id est libræ & quadrantis, quod nullo alio testimonio subsistere potest. Verùm illud non concedo, ut uncia uini, duodecima libræ pars sit: nec in

nec in sextario uncias uini uiginti esse dico, sed duodecim, & in amphora quingẽtas septuagintasex, quas Hermolaus nongẽtas sexaginta esse putauit: id quod antè ex Martiale abundè probatum est: alioquin sextarius qui citra controuersiam in duodenos cyathos diuiditur, nõ unciarum uicenũm, sed duodenũm tantùm esset, si uncia uini apud Plinium ad pondus nõ ad mensuram referretur, quod nec Pliniano sextario, nec Pompeiano congruit, quodq; Hermolaũ non animaduertisse mirũ est, præsertim cùm Plinium in manus accepisset. quota est enim uncia pars libræ, tota est cyathus sextarij: & uncia tam ad quotã partẽ, quàm ad põdus refertur apud auctores, & (quod maius est) interdũ ad longitudinem uel crassitudinem, ut in I. lib. ostensum est à nobis. Plin. lib. XVIII. de medica loquẽs, Si sit humidũ solum herbosum'ue, uncitur, & desciscit in pratũ, ideo protinus altitudine uncialibus herbis omnibus liberanda manu potius quàm sarculo. Vncialis altitudo.

Vncialem altitudinẽ pollicarẽ intelligo, id est digiti & trientis, ut Frõtinus auctor est. Nimirũ Hermolaus blandiente calculo deceptus est. siquidẽ cùm centies sexagies senos nummos cum octogies duodenis unciis ad unũ quadrare subducenda ratione inuenisset, ilicet nõ excussum quod arridebat admisit. ultrà enim addubitare eũ nõ sinebat deprehensæ usurarũ rationis fiducia gestiens: qd' tamen affirmare uereor, ne plenũ sit audaciæ. Ipse enim Hermolaus de altera sua editione ad Antoniũ Caluũ scribẽs Venetũ Patriciũ, ita inquit, Peruenit quidem res ad umbilicũ, sed nullus tamẽ dies est, quo non fiat aliqua accessio. nũc cũ impressoribus agitare cœpi lentè, de industria rẽ differẽs, ut diutius in fermẽto sit. nihil time, diligẽtiã adhibituri sumus, qualẽ in altera editione præter-

missam sæpe mecum questus es. Et paulò inferius, Multo autẽ (inquit) plus operis & laboris adij quàm putabam, quòd omnium rerũ quæ in cœlo & sub cœlo sunt, gnarũ esse oportet qui Plinium profitetur intelligere, tãto magis qui castigare. Hæc uerba significãt Hermolaũ magnam animaduersionẽ adhibuisse secũdæ castigationũ editioni. In hoc igitur loco ego numerũ nummorũ deesse dico, sicut & in alijs quibusdã locis apud Plinium, qualis est ille libri XXXIII. in principio de Lucij Craßi domo, & libri XXXIII. de argẽto Carthagini imperato, ut in superioribus adnotauimus. Quare sic legendum puto, Quòd ut eius tẽporis æstimatione in singulas amphoras cẽteni nũmi statuãtur. ex ijs tamen usura multiplicata semißibus, quæ ciuilis ac modica est, in C. Cæsaris Germanici filij principatu, anno CLX. singulas uncias uini constitisse nobili exẽplo docuimus, ut sensus sit apertus hoc modo, & omnino extricatus, sicq; Plinium locutũ intelligamus, Quare si eius tẽporis, uel sic, Verùm si tẽporis Opimiani æstimatione in singulas amphoras cẽtenos nũmos statuas, ex his tamen usura multiplicata semißibus in C. Cæsaris principatu, anno centesimo sexagesimo, & reliqua. Verba sunt enim Plinij cõiectura assequẽtis id quod dicit. Si (inquit) Cõsulatu Opimij uinũ illud cẽtenis nũmis ualuit (id quod uerisimile est) & interusurij semißiũ ratio habeatur, necesse fuit anno cẽtesimo sexagesimo, quo tẽpore Põponius cœnam Caligulæ dedit, uncias uini singulas tot nũmis cõstitisse. Hermolaus hũc locũ castigãs, duo uerba mutauit, illud quo fit, pro quod ut, & singulis pro singulas legẽs. Anno autem cẽtesimo sexagesimo lego, sensu ita exposcẽte, & alioquin ab antiquo uno exẽplari admonitus. Hîc etiam periclitari libet, & aliquid commin

Locus Plinij emendatus.

comminisci, ut ineundæ huius rationis formã aperiamus, utq; si nobis collimare non cõtigerit, post nos existat aliquis qui à scopo non aberret. sic enim artes consummatæ sunt, alijs super alios commentantibus: animorumq; contentio ad eam tandem peruenit, quam Græci eustochiam, id est animorum uel oculorum intentionem non aberrantem, appellant: nostri collimationem dixerunt, quasi tragulam quandam perspicaciæ ad inuentionis scopulum limis oculis intendentium. Quanquam sunt qui collineationem appellare eam malint, à lineis uisualibus in unum locum contentis. Hoc ueluti iure gentium utentes, post doctißimorũ hominum sententias, & nostrã in medium sæpe in hoc opere attulimus. Nec qui post nos sentẽtiam dicturi sunt, assentiendi magis quàm censendi exemplum amplectentur, si operã prolixe literis impenderint: alioquin chartarum inani dispendio tot libri noui sub præla quotidie mitterẽtur: id modò ne referat, Gallus an Italus sit qui ad scribendum animũ appulerit. Quod non ideo dico, quasi hoc nobis instituto Italia literarum bonarum magistra interdixerit, quæ nulli non laudem suam benignitate summa, ut bona quoq; sua impartit: sed nostratiũ hominum improbitas memoriæ semper obuersatur, cui nunquam satis uidebor respondisse: qui utinam ipsi tam Italos, quàm Italiam amauissent: melius enim (ut arbitror) & nobis & honori suo consuluissent. Semisses igitur usuræ centum & LX. annorum, id est centies sexagies seni nummi (ut Hermolaus dixit) nongentos sexaginta nummos efficiunt: quibus si sors addatur (quã ipse omisit) fiunt mille & sexaginta. Ita Hermolai ratio procedere nõ potest, cùm sortis & usurarũ ratio habẽda sit. In amphora autẽ octo et quadraginta sextarios esse cõstat, &

Collimare.

Eustochia.

Italici.

ſtat,& XII. cyathos in ſextario. quos numeros ſi inter ſe ducas, fiũt cyathi, quas uncias Plin. dixit, quingenti ſeptuaginta ſex. Si ergo apud Pliniũ ſic legas, ſingulas uncias binis cõſtitiſſe,& ſubintelligas nũmis: quod fieri ex præcedẽtibus poteſt: duobus & nonaginta nũmis maior erit numerus, quàm ut ſumma duplicata mille & LX. nummis ad unũ cõgruat. Summa enim cyathorũ duplicata, mille centũ & quinquaginta duo erit. Ita Plin. duobus & nonaginta nũmis uſuras auxerit. Quòd ſi uſuras uſurarũ reputemus, octauo quoq; anno & quinto menſe anatociſmus renaſcitur, id eſt cẽteſimo & uno mẽſe. qua ratione centum annis uſura ſubnaſcens, duodecies ſenos nummos peperit, id eſt duos & ſeptuaginta, & ſexaginta annis paulominus duos & quadraginta, qui fiũt ſimul pro fœnore iterato centũ & quatuordecim. Ita Plinius exactè uidetur rationẽ ſupputaſſe. Anatociſmum autẽ uſitatum fuiſſe antiquis notius eſt quàm ut oſtendere neceſſe ſit: quapropter fortaſſe nõ uini apud Pliniũ ſed binis legendũ eſt. Nam uini uerbum omnino eo in loco nõ congruit, ut ſuperuacaneũ, ſic fiet ut ſextarius quatuor & uiginti nummis conſtiterit, id eſt ſolidis noſtris uiginti, quod omnino magnũ fuit preciũ, cum ea ratione amphora, quæ octaua pars eſt modij noſtratis, duodequinquaginta frãcicis cõſtiterit, qui hodie quatuor & uiginti ducatis ualent: cum nemo noſtra memoria apud nos binos modios uini pluris uẽdiderit quãtumuis cara annona. ita uini preciũ cẽtũ & ſexaginta annis duodecies penè multiplicatũ erat, cũ ſingulæ amphoræ nũllenis cẽtenis quinquagenis binis nummis uẽderẽtur, & tanti cyathus poſt tot annos uẽditus eſt, quanti ſub Opimio ſextarius uẽdebatur. Hæc ratio etſi ſpecioſa uidetur, tamẽ admittẽdam affirm

Anatociſmus antiquis uſitatus.

Amphora, octaua pars modij Pariſiẽſis.

affirmare nõ auſim. Adhuc enim ita ratio inita eſt, quaſi non modò incolume uinũ, ſed etiã non imminutũ fuerit. Nihil igitur ex amphora centenùm nũmùm Plinius deperiſſe cẽtũ ſexaginta annis exiſtimauit, præſertim cũ ad craſſitudinẽ mellis aſperi redactũ eſſe dicat? Ego uerò ex uino noſtro cõiecturã faciens, id uinũ ad ſeptimas minimùm partes exuctũ fuiſſe cenſeo: cui diſpẽdio ſi nunc addas id quod intercidit, in alia atq; alia uaſa, ſemper etiam ipſa aliquid ſorbẽtia; transfundẽdo, id quod tot annis neceſſe fuit, totieſq; mutatis dominis & apothecis: uix decimã quanq; amphorã poſt tẽporis tãtam intercapedinẽ reſiduã fuiſſe credo, ut fortaſſe nõ binis nũmis ſed uicenis legẽdum ſit. id uerba ipſa Plinij mihi ſignificare uidẽtur, cum inquit, Tantũ pecuniarũ detinẽt uini apothecæ: nec alia res maius incrementũ ſentit ad uiceſimũ annum, maiuſue ab eo diſpẽdium nõ proficiente precio. Vina enim ſignificat ad uiceſimum annũ ita cõmodè uetaſcere, ut uſuras etiã ſemiſſes pẽſitare poſſint: ſed ſi ultrà aſſeruẽtur, ut nullo precij augmẽto mirũ in modũ deminuãtur. Sic igitur colligo, quaſi ipſa per ſe caries cõgios octonos quos amphora capit, ad totidẽ ſextarios cõtraxerit æuo ipſo abſorbente, deinde ut diffuſionis & trãſuaſationis diſpendiũ ſextarios ad beſſes aut dodrãtes redegerit, teſtis ipſis ſemper cõbibentibus. His duobus intertrimẽtis ſi ſpecimina guſtãtibus data iacturãq; cauponationis heminariæ quadrãtariæq; addideris, & quod aliàs intercidit, quis iam addubitet ad uicenos nummos precium in uncias extendere, quod ſemiſſes uſuræ ad binos nummos & ultrà intẽderãt? Id quod ſi admittamus, ſextarij ſinguli nummis ducenis quadragenis conſtiterunt: id eſt ſexagenis denarijs. Qua ratione preciũ paulomin

lominus centũ & uiginti partibus auctũ est cẽtum & sexaginta annis. quod fortasse nõ incredibile erit, si quis reputet quòd minima aliqua mixtura (ut Plin. dixit) medicamẽta erãt cæteris uinis cõmendãdis, ut portione per hoc magna exorptũ uinũ esse intelligamus: in quo exacto liquore uini uis remãsisset incolumis & uiuida. Hoc quum admiratione dignũ esset, ideo Plin. retulit, ita ut nobile exẽplum uenditi plurimo uini appellet. Id tamen minus mirũ facit piscis mullus Romæ ab homine priuato octo millibus nummûm emptus, id est ducẽtis aureis nostris. Hoc enim creditu difficilius est, quàm amphorã uini præstãtissimi & medicamẽtarij ducẽtis & octogintaocto aureis nostris uenisse. Tãti enim amphora supradicta ratione cõstitit. Hanc etiã opinionẽ adiuuare potest id quod Plin. lib. XII. inquit de Opobalsamo loquens his uerbis, Nec manifestior alibi fraus, quippe millibus denariûm sextarij empti uẽdente fisco, trecentis denarijs ueneunt. Si enim Plinij tẽpore, cũ largior iã fœtura succi eius erat, singuli sextarij synceri liquoris cẽtenis aureis uendebantur (de nostris semper loquor) non magnopere mirum est inusitate atq; omni æuo inauditæ uetustatis uinum, quod medicamẽti loco cederet, senis aureis uenum ijsse. Verùm illud ipse miror, quòd anno Opimiano, id est natali ipso uini Opimiani, Plinius singulis amphoris centenos nũmos taxãdos existimauit, qua ratione culeus nostrãs, id est sesquimodius Parisinus, tribus argenti libris ualuit, hoc est triginta aureis nostris. Quòd si cõmuniũ generũ bonitas fuit in Italia, cuius tot uini nobilitates Plin. libro supradicto enumerauit: quonã modo fieri potest ut tanti amphora uenierit, præsertim cum feraces uites habuerit, ut idẽ autor tradit? Quippe in Gallia ut

Mulli piscis ingens precium.

Opobalsami precium.

lia ut geliciãũ, uredo, & sideratio sequens, & has cæli iniurias procellæ excipiẽs, summam caritatem inferãt, id quod memoria mea nõ semel cõtigit: nemo tamẽ meminit hac in urbe modiũ uini, qui amphoras octo capit, pluris duodecim aureis uenire, dũtaxat uernaculi. Tametsi hic habeamus omniũ propè generũ, id est albi, helui, & intẽ se rubẽtis, nigriq;, quæ nulli importatorũ cedũt dũtaxat quotidianæ usu mẽsæ, licet precio aliquãtulũ cedant nõnullis importatis, quæ stremiora esse credũtur titillandis palatis. Vinosiorũ hoc hominũ iudicio factũ, qui uina nostratia, id est agri Parisini, mucrone obtusiore esse dicitãt, nec satis lãcinare linguas gustu feruido & acuto. Alioquin sanorũ iudiciorũ cõsensu cõstat uina Frãcica, id est uineti parisini, omnibus numeris bonitatis præcellere, tametsi halitu ut illa externa uertiginẽ non cieant. Sed ne illa quidẽ aduẽtitia & caput tentãtia quauis inopia uini supradictũ preciũ excedunt: quod de ijs intelligi nolo, quorũ singulæ potiones uno cõuictu dantur, qualia sunt Lusitanica, pseudocretica, & omnino quæ sapæ uice sumũtur, & pro Liberi bellarijs cedũt. Verùm de precio uini audiamus Columellã sic dicentẽ lib. III. Quippe ut deterrimi generis sint uineæ, tamen si cultæ sint, singulos utiq; culeos uini singula eorum iugera peræquabũt: utq; trecentis nũmis quadragenæ urnæ uenẽãt (quod minimũ preciũ est annonæ) cõsument tamẽ septẽ culei sestertiũm duo millia & centũ nũmos. Ea porrò summa excedit usuram semißium. Atque hic calculus quem posuimus, Græcini continet rationem. Sed nos extirpanda uineta censemus, quorum singula iugera minus quàm ternos culeos præbent. Minimum precium annonæ Columella esse dicit cum trecenis nummis quadragenæ urnæ uen

Parisini agri vina præstantissima sunt.

Vini preciũ apud antiquos.

næ ueneunt, id est uiginti amphoræ. quod perinde est ac si dixisset, cùm singulæ amphoræ quinis denis nummis ueneunt. Si igitur uilissima annona uinum in amphoras quindecim nummis erat: existimo mediocri annona amphoram tricenis nummis uendi solitam, ut summa fuerit annona quadrageniquini uel quinquageni nummi, dira & prodigiosa etiã sexageni, aut summùm septuageni. Sed caritatis annonæ ac uilitatis ratio duplex. alterã copia & penuria moderatur: alteram prima ultimaq; notæ mercis facit. Huius igitur loci explicatio sit in medio posita, ut pro captu cuiq; cõminisci quicquã liceat: ne in immensum excrescat hic liber, si lites litibus resoluere pergeremus. Esse enim huius incepti eam rationẽ uidebã, ut si indulgere stylo uoluissem, cõnexa rerũ series in altum sæpe relatura nos esset: ac nihilo secius tamen libens feci ut locũ quendã ex eo libro Colum. transcriberẽ, propter insitam ac peruulgatã opinionẽ inter nostros de uitium cultu, et eius agricolationis alea. Is igitur auctor docere uolens uberrimũ esse uinearũ redditũ, Atq; ut omittam (inquit) ueterẽ illam felicitatẽ aruorum, quibus & antè iam M. Cato, & mox Varro Terẽtius prodidit singula iugera uinearũ sexcenas urnas præbuisse: his certè tẽporibus & Nomẽtana regio celeberrima fama est illustris, & præcipuè quã possidet Seneca uir excellentis ingenij atq; doctrinæ, cuius in prædijs uinearum iugera singula culeos octonos reddidisse plerunq; compertum est. Nam illa uidẽtur prodigialiter in nostris Ceretanis accidisse, ut aliqua uitis apud te excederet uuarum numerũ duum milliũ: ut apud me octingẽtæ stirpes insitæ intra biennium septenos culeos peræquarẽt: ut primæ uineæ cẽtenas amphoras iugeratim præberẽt: cũ prata & pascua et syluæ si cent

De cultu uitium.

si centenos sestertios singula iugera efficiant, optimè domino consulere uideantur. Nam frumenta maiore quidem parte Italiæ quando cum quarto responderint, uix meminisse possumus. sic enim legitur. His uerbis Columel. clarissimus auctor rei rusticæ testatur nullum genus agriculturæ aut prædij fructuosius esse uinea. Ostendimus suprà iugerũ minus esse besse arepenni Parisini, quanquã Columella lib. v i. dicat semijugerũ à Gallis arepennam uocitari. Et idem auctor censet extirpandũ uinetum esse quod minus tribus culeis præbeat in iugera, id est sexagenis amphoris. Varro libro 1. In qua terra (inquit) iugerum unum denos & quinos culeos fert uini, quot quædã in Italia regiones? Sed ut has Varronis uineas raræ felicitatis omittamus, Senecæ uineas Columella octonos culeos ferre solitas tradidit, id est centenas & sexagenas amphoras in iugera. Quod quia rarum fuit, rursus ijs omissis alias uideamus quæ mediocres habebantur, id est quæ centenariæ erant, quinq; culeos reddentes iugeratim. Vt igitur centenas amphoras, id est duodenos modios nostros & semodium, uinea mediæ notæ præbuerit, & singulis amphoris minimũ annonæ preciũ statuamus, id est quinos denos nummos: mille ac quingentos nummos anniuersario uectigali reddidit. Quòd si mediocrẽ annonam æstimare uelimus, hæc summa duplicabitur, ut sint ære nostro quinque & septuaginta aurei coronati. Hodie ex iugero & triente Romano, id est iugero Parisino, si quis centenas amphoras annuatim ferret, id est duodecim modios nostros & semissem duntaxat uini nõ minimæ notæ, quã nostri familiarẽ appellãt, hic Baccho litasse dicitaretur: rariq; sunt in hoc agro qui tantũ percipiant etiã infimæ notæ, & tamẽ apud Columellã hic redditus iugeri Romani

Arepennum.

Amphora octaua pars modij Parisiensis.

mediocris inuenitur. quare planum fit, uinearum cultum apud nos non ſuopte uitio, ſed cultorũ, damnoſum exiſtimari. Quũ enim hic ferè rei ruſticæ tractationem ignoremus, & qui nobis fodiunt & putãt, omnia ex cõmodo ſuo faciant, fit plerunq; ut nec exactè nec tẽpeſtiuè cultus uitium abſoluatur, quũ in urbe exiſtẽtibus dominis, opus in agro fiat. Propterea Plin. lib. XVIII. Profectò (inquit) opera, non impenſa, cultura conſtat: & ideo maiores fertiliſſimũ in agro oculum domini eſſe dixerunt. Atq; ita loquor, quaſi uinitores peritos habeamus, cum uix decimus quiſq; artem ſuam nouerit. Inde fit ut ſumptus uineæ, fructum ſæpe deuoret. quod tamẽ ne deterrimo quidem cultu ijs contingit, qui uitiferũ ſolum eligere nouerunt: ſed cum iam omnis collis campusq; uitibus cõueſtiatur, neceſſe eſt inſcijs cultoribus plurima uineta non reſpondere, præſertim in hoc tractu in quo carbunculatio à gelicidio alternis propè annis ſentitur. Quare cum à prima germinatione uſq; ad quintũ Nonas Maias (qui dies plerunq; ultimus eſt decretorius uitibus) gelicidum timeatur, & huic periculo exemptis iterũ uis maior impendeat, quæ nullo non anno alicubi ſtragẽ infert, ſimul uredine ab æſtu caniculæ, aut aquæ cæleſtis inopia uuæ ſæpe retorreſcant: id quod cum hæc proderẽ, egregium prouentum uinearum bona ex parte perdidit: niſi aut diligentia aut felicitas adiuuet. eſt ferè quod expenſum uitibus queribundi feramus. Quanta autem priſcorũ frugalitas, & quàm ſtrenua fuerit diligentia in agricolatione, ex lectione Varronis & Columellæ in uniuerſum patet, cuius uelut unũ ſpecimen illud annotaſſe ſatis erit, quod Varro lib. I. de uinearum cultu loquens, ita inquit, Saſerna ſcribit ſatis eſſe ad iugera octo hominẽ unum. Et Columella lib. XIIII. Nam ut amp

pliſſimas impenſas uineæ poſcant, non tamen excedunt ſeptem iugera unius operam uinitoris. Hodie autẽ quotus quiſque uinitor tribus iugeribus ſufficit? Ita fit, ut uineas non uinitoribus colendas locemus, ſed cultorum mancipibus. Propterea in agro Pariſino uineta magno excoluntur, cum multis in locis Galliæ paruũ ſumptũ quamuis feraces uites poſcant. Quod & incuria dominorũ, et ignauia uinitorum ita inueteratũ eſt, ut conſtitui apud nos res ruſtica nequeat, ruſticis unanimi conſpiratione tuentibus quod à maioribus acceperunt. Verùm (ut ad Plinium redeam) ſi centenos nummos in amphoram ſtatuamus, anno Opimiano, & centenas amphoras in iugerũ, qui mediocris eſt prouentus Columellæ, uideamus quonã tandẽ reditus euaſurus ſit. Centies centeni nummi, decem millia nummûm fiunt, quæ nos ducẽtis quinquaginta aureis æſtimare ſolemus: quo fit ut non immeritò (ut opinor) Pliniana exemplaria eo in loco ſuſpecti poſtularim, quomodo & in alijs nonnullis locis feci, officio (ut mihi quidem uideor) ſtudioſi hominis functus, qui in medium conſulit. Nam illud Columellæ in loco à nobis antea citato, Nam frumenta maiore quidem parte Italiæ quando cum quarto reſponderint, uix meminiſſe poſſumus: cum quartodecimo legendum eſſe notius eſt, quàm dici debuerit, ex Varrone libro primo, cuius hæc uerba ſunt, Quare obſeruabis quantum in ea regione conſuetudo erit ſerendi, ut tantum facias, quantum ualet regio, ac genus terræ, ut ex eodem ſemine aliubi cum decem reſpondeat, aliubi cum quindecim, ut in Hetruria locis aliquot. In Sybaritano dicunt etiã cum centeſimo redire ſolitũ. Nec mirum id Italiæ tribui, cum Plinius tradiderit agrum Babylonium cum quinquageſimo fœnore meſſes reddere, diligen

Rurſus de uini Opimiani precio.

Fertilitates ſoli memorabiles.

ligentioribus agricolis etiam cum centesimo: de quo Herodotus in primo ita inquit, τὸν δὲ τῆς δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ ἡ βαβυλονίη χώρη, ὥστε ἰδὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ, ἐπειδὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑαυτῆς, ἐκείνη ἰδὶ τριηκόσια ἐκφέρει. Id est, ad cerealem autem frugem usqueadeo bona est regio Babylonia, ut plerunq; ducena reddat: ubi autem bonitate sese ipsa uincit, ibi etiam ad trecena. Plinius libro v. Libyphœnices appellantur qui Byzantium incolunt. ita appellatur regio CCL millibus passuũ per circuitũ fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Et lib. XVIII. Tritico nihil est fertilius. hoc enim natura ei tribuit, quoniam eo maximè alat hominem: utpote cum è modio, si sit aptũ solum, quale in Byzãtio Africæ campo, centeni quinquageni modij reddãtur: cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundũt, alijq;, & tota Betica, & in primis Aegyptus. Hoc dictũ Plinij non conuenit cum uerbis Ciceronis superius à nobis citatis de agro Siculo, cum decimo reddẽte. Non hyperbolicè igitur dominus & deus noster in euangelio Matthæi cap. XIII. fructum summũ ad centesimã frugem auxit. Verba Plinij lib. XVIII. hæc sunt à Theophrasto ad uerbũ traducta, Babylone tamen segetẽ bis secant, tertiò depascunt, alioquin folia tantũ fierẽt. Sic quoq; cum quinquagesimo fœnore messes reddit exilitas soli: uerùm diligẽtioribus cum centesimo. Sic enim Hermolaus rectè emendauit. Theophrastus lib. VIII. de stirpibus, τὸ δὲ τρίτον τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσιν. οὕτω γὰρ φύει τὴν καυλόν. εἰ δὲ μὴ φυλλομανεῖ. γίνεται δὲ μὴ καλῶς ἐργασαμένοις πεντηκοντάχοα, τοῖς δὲ ἰδιμελῶς, ἑκατοντάχοα. Et tamen in antiquis exẽplaribus & in impreßis ante Hermolaum sic legitur, Sic quoque cum quint

Tritici fertilitas in Africa.

quintodecimo fœnore messes reddit exilitas soli, uerùm diligentioribus cum centesimo quinquagesimo. quod mirum est, cum ad uerbũ Plinius locum Theophrasti uerterit, nisi quòd duo illa uerba, exilitas soli, apud Theophrastum non sunt, nec uidentur cõuenire, cum Theophrastus pieram terrã illam appellet, id est pinguẽ: & Plinius ipse præpinguẽ & densam, ut potius felicitas uel hilaritas uel quid simile, quàm exilitas legi debeat: & mirum sit Hermolaum hæc uerba ex Theophrasto agnouisse, cum exile solum cõtrarium sit læto & affluenti. Quod autẽ sequitur, neque est cura difficilis, quàm diutißimè aquari gaudent, ut præpinguis & densa hubertas diluatur, sic emendandũ censeo ex antiquo uno libro, quàm diutißimè aqua riganda. Theophrastus, ἡ δὲ ἐργασία τὸ ὡσπλεῖστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ, ὅπως ὕλην ποιήσῃ πολλήν. πίειραν γὰρ οὖσαν καὶ πυκνὴν τὴν γῆν, δεῖ ποιῆσαι μανήν. id est, cultus autem est, ut quamplurimo tẽpore resideat aqua, & multam hærbæ materiam faciat. pingue enim solũ & densum oportet rarum fieri. Idem Plinius capite sequenti, Similis ratio sed felicitas maior Babyloniæ Seleuciæ, Euphrate atq; Tigri restagnãtibus, quoniã ibi rigandi modus manu temperatur. Alioquin etiã aquari uerbũ hoc loco nõ conuenit. Cum de agro nostro, qui pinguißimus esse uulgo dictitatur, agricolas multos interrogarim, nunquã exculpere potui ut cum decima fruge reddere semen faterẽtur, nisi siquando summa anni ubertate id cõtigit, uel in nouali recèns proscisso. Quo magis mira illa felicitas agrorum uideri debet: sed & in eo culpã aratorũ nostrorũ esse crediderim. nam Varro cum quintodecimo in Hetruria respondisse dicit, quũ Columel. uix cũ quartodecimo respondisse meminerit: quod nõ effœto solo, sed negligẽtia agricolarum

Plinij loc.

Agri Parisini fertilitas.

colarum factum puto, qui à pristina diligentia iam Claudij Imperatoris uel Neronis tempore desciuerant, sub quo Columella scripsit. Nostri aut tertio aut quarto sulco serunt: antiqui autẽ etiam quinto serebant. Plin. lib. XVIII. Quarto seri sulco Virgilius existimatur uoluisse. Spissius solũ, sicut plerumq; in Italia, quinto sulco serimelius est. At uerò Plin. iunior de Tuscis suis loquens in quinto epistol. Tantis glebis tenacissimũ solum cum prosecatur assurgit, ut demũ nouo sulco perdometur. Verùm animad uertẽda Columellæ uerba supradicta. Cum prata (inquit) & pascua & syluæ, si centenos sestertios singula iugera efficiant, optimè domino consulere uideantur. Ex quibus uerbis conijci potest quantũ sestertius ualeret: quippe hodie prata scimus & uidimus quæ annuos quinos Francicos atq; eo amplius domino pensitare solita sint fœniseci in lustrũ oblocata, ita ut commodè secum eo pacto putet actum. Atqui centum nummi æstimatione nostra duobus aureis & semisse ualuerunt. Sed quoniam diximus qualis fuerit redditus uinearũ, restat ut uideamus quantũ fuerit precium. Columel. lib. IIII. Vinitor licet sit emptus sex uel potius sestertijs octo millibus, cum ipsum solũ septem iugerum totidẽ millibus nummorũ partum, uineasq; cum sua dote, id est cum pedamentis & uiminibus, binis millibus in singula iugera positas duco. His uerbis Columella vineã conseri in singula iugera tribus millibus nummûm significat: quibus si operam uinitoris addas, quatuor iam erunt millia, sine usuris biennij semissibus quo uinea nouella cessat. Hæ ducentos quadraginta nummos ualẽt. ita singula iugera amplius centenis aureis nostris cõserebantur. Plin. uerò in eo loco ubi Opimiani uini meminit, de arte colẽdæ uineæ loquẽs, In nostra (inquit) ætate pauca exem

Animaduertendus locus.

Precium uinearum.

exempla consummatæ huius artis fuere: uerùm eo minus omittẽda, ut noscantur etiã præmia, quæ in omni re maximè spectantur. Summã ergo adeptus est gloriam Acilius Stelenus è plebe Libertina, L x iugerũ nõ amplius uineis excultis in Nomentano agro, atq; æquè quadringentis nummis uenũdatis. Magna fama & Vetuleno Egilao, uel potius Aegialo perinde Libertino fuit in Campaniæ rure Linternino, maiorq; etiam fauore hominũ, quoniã ipsum Africani colebat exiliũ. sed maxima eiusdẽ Steleni opera Rhemmiũ Palæmonẽ aliâs grammatica arte celebrem in hisce XX annis mercatũ DC millibus nummûm in eodem Nomentano, decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo. Est autẽ usquequaq; nobilitas uinetis per omnia suburbana, ibi tamen maxima, quoniã et neglecta per indiligentiã prædia perhauriat. Ac ne in pessimis quidẽ elegantioris soli hæc aggressus excolere, non uirtute animi, sed uanitate. Quæ primo notata mira in illo fuit. Pastinatas enim de integro uineas cura Stelenum imitatus, ad uix credibile miraculum perduxit intra octauum annum CCCC.M. nummûm emptori addicta pendẽte uindemia. cucurritq; non nemo ad spectandas uuarũ in ijs uineis strues, literis eius altiores, contra id pigra ciuitate sibi patrocinante. nouissimè Annæo Seneca principatu traditionis ac potentiæ, quæ postremò nimia fuit super ipsum, Minimè utique miraturi Annæum tanto prædij eius amore captum, ut non puderet inuiso aliâs & ostento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato uineis intra decimum ferè curæ annum. digna opera quæ in Cecubis Setinisq; prosiceret, quãdò & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac nequis uictam in hoc antiquitatem arbitrar

bitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Hunc locũ (ut arbitror) ita legebat Hermolaus, in quo ex pridem impreßis tria aut quatuor uerba mutauit, ut uidere est in eius castigationibus: & cum prius CCCC nummûm legeretur, ipse millibus rectè addẽdum censuit. Ego uerò hunc locũ mendis adhuc scatere puto, & duobus in locis ab Hermolao corruptum: quem quid emendari à me non posse uidebam, transmittendũ diu censui: sed quoniam aliud exemplũ non succurrebat unde ostendere id quod nunc agitur possem, consilio mutauit: ita tamen, ut obseruatis anxiè antiquis exemplaribus, & addito quod cõminisci potui, locum aliquanto magis perspicuum minusq; mendosum referrem. Hermolaus in altera editione hunc locũ declarare cupiens, Videtur (inquit) Steleni uinetũ primo CCCC millibus uenisse, tũ DC millibus mercante Palæmone, non à Steleno, sed ab emptore primo: demũ quadruplicato precio comparatũ à Seneca.

Plin. locus

Ego aliter censeo, quare sic legendũ existimo, Sed maxima eiusdẽ Steleni opera Rhemnio Palæmoni aliâs grammatica arte celebri in hisce XX annis mercato rus sexcẽtis millibus nummûm in eodẽ Nomentano: ex uetustißimo libro in quo hæc per datiuum leguntur, Palæmoni & celebri, nec mercatũ sed mercatorijs, ex quo mercato rus legendũ duco. Alioquin frustra Plinius dixisset in eodem Nomentano, si de uineto superiore ipse intellexisset. Maxima igitur fama fuit Palæmoni operâ Steleni. Est enim opera septimus casus, nõ accusandi. nec Palæmon opera, id est agricolationes Steleni mercatus est: sed ad rus emendum opera Steleni usus est, qui iam documẽtum industriæ suæ ac solertiæ dederat uenundato uineto CCCC millibus nummûm. Sequitur. Est autem nobilitas uinetis (uel merc

mercis, ut in omnibus antiquis legitur) per omnia suburbana, ibi tamen maxima, quoniam neglecta per indiligentiam prædia perhauriat. malim ut in antiquis & pridem impreßis legitur, parauerat, hoc sensu, quum aliâs uineta magno ibi uenirent propter uicinitatem, tum illa maximè Palæmonis in pretio erãt: quia illa comparauerat negligentia dominorum coli desita, ex quo noualiũ uice censebantur, quod Plinius significat dicens eum uineas pastinasse, quod renouasse significat. uix tamen hoc congruit cum Columella lib. IIII. quum in ponenda uite restibilis uineti ultimã conditionem esse cẽseat. Quare fortasse Plinius uanitatem in eo arguit, sed uanitatem in eo intelligo potius quòd uineas de integro pastinauit quasi restibile uinetum & carioßum, quũ uineæ tantũ neglectæ indiligentia cultorũ fuissent, nec repastinatione indigerẽt. Et inferius, Cura Stelenum agricolam imitatus, lego, cura Steleni dum agricolam imitatur. sic enim antiqua habent exemplaria. Et rursus inferius, Cucurrit'que non nemo ad spectandas uuarũ in ijs uineis strues literis eius altiores pigra ciuitate sibi patrocinãte. In pridẽ impreßis, altioribus pigra in ciuitate, legebatur: sed Hermolaus illud in, expungendũ censuit, & altiores legendum, hoc sensu, habuisse causam Palæmonẽ grammaticũ quamobrẽ agrorum curã literis anteponeret, cum ad id desidiã ciuitatis sibi patrocinantem uideret. Ego autem altioribus reponendum hoc modo censeo, Literis eius altioribus pigra uicinitate sibi patrocinante. hoc sensu, ut uicini quibus confines uineæ Palæmoni multo minus reddebant diligentia pari non excultæ, referrent causam tanti prouentus in doctrinam Palæmonis, qui grammatica arte celebris fuit, Satyrici testimonio, qui inquit,

Plin. locus

Pastinare quid sit.

Plin. locus

Palæmon grãmaticus.

_Cede Palæmon. Et rursus, _Odi

Hanc ego, quæ repetit uoluitq; Palæmonis artem.

Meminit & Quintilianus. Huc pertinet illud eiusdē Plinij libro decimooctauo, Caius Furius Cresimus è seruitute liberatus, cum in paruo admodū agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex amplissimis uicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret ueneficijs: quamobrem à Sp. Alpino curuli die dicta metuens damnationem, cum in suffragiū tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiā ualidam, atque (ut ait Piso) bene curatam ac uestitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, uomeres pōderosos, boues saturos: postea dixit, Veneficia mea Quirites hæc sunt, nec possum uobis ostendere aut in forū adducere lucubrationes, uigiliasq; & sudores. omniū sententijs itaq; absolutus est. Sic igitur uicinitas nō nauatæ in cultu operæ, sed doctrinæ cuidam recōditæ tribuendā censebat uberiorem fructuum perceptionē. Sequitur, Vt non puderet inuiso aliàs & ostento futuro tradere palmā eam emptis quadruplicato uineis. ubi in uetusto, alias regiones, & ostentaturo legimus: in alio, ostētatur. quare legendū censeo, inuisuro alias regiones, & ostentaturo. ut intelligamus Palæmonē tanto pretio ea regione exactū, alium locum quæsiturū in quo ostentare pretiū industriæ suæ posset. Reliqua ita corrupta censeo, ut sensus commodè elici nequeat. Veniamus nunc ad id quod quærebatur, Si sexaginta iugera quadringētis millibus uenierūt, quæ decem millibus aureorū à nobis æstimātur: sex iugera mille aureis constiterūt, ut in singula iugera centenos sexagenos senos & semissem statuere debeamus. Si hoc pretium ex Columellæ ratione æstimetur, non uideo cur summā laudem

Plinij locus.

propter hoc adeptus sit Acilius, quod Plin. inquit. Propterea suspectum numerū habeo. nam & in quodam antiquo legi, L x iugerûm non amplius uineis excultis in Nomentano agro, atq; æquè numero uenundatis. ut fortasse sic Plinius scripserit, atq; æquè numero sestertiûm uenundatis. Qua ratione summa laus fuit in singula iugera centenis nullibus nummûm uineā uendidisse, alioquin nō magnopere creuisset pretiū, quod nō conuenit cū cultu ruris alterius, quod quadruplicato intra decimū uenditū est, cuius etiam uindemia pendens quadringentis millibus nummûm addicta est. Rus autē illud cuius Plin. modū nō posuit, centuriam intelligo: de qua Columella loquens ita inquit, Centuriam nunc dicimus (ut Varro ait) ducentorum iugerum modum, olim autem ab cētum iugeribus uocabatur centuria: sex mox duplicata nomen retinuit. Cato centuriam uitiariam posuisse uidetur centum iugerum, quum inquit habere oportere quindecim mancipia uinearum iugeribus centum. In oliueto modica centuria (inquit Varro) erat ducentorum iugerum. Ergo hic si centenariam uineam intelligamus sexcentis sestertijs emptam, singula iugera in suburbano senis millibus nummûm constiterunt, id est, centenis quinquagenis aureis coronatis, & pretio quadruplicato intra decimum annum, sexcenis: in quibus diligenti cultu eousq; profectum est à Rhemmio, ut octauo anno uindemiam pendentem in iugera centenis aureis uendiderit: quod Plinius miraculum uix credibile dixit. ut enim octonos culeos in singula iugera statuamus, hoc est uicenos modios Parisinos, quinis aureis uindemia cuiusq; modij constitit. Hæc tamē summa multo minor est superiore si sexagies sestertium legamus, & rus centuriam fuisse intelligamus. De his

Centuria.

uineis

uineis loquens Columella libro quarto, & Senecæ blandiens tunc potentiæ & auctoritate apud Neronem præualenti, ita inquit, His certè temporibus & Nomentana regio celeberrima fama est illustris, & præcipuè quã possidet Seneca uir excellentis ingenij atq; doctrinæ, cuius in prædijs uinearum iugera singula culeos octonos reddidisse plerunq; cõpertum est. Ego autem compertũ habeo, in præfectura Parisienſi uineta esse quæ etiã hunc numerum excesserint in singula iugera nostra, quæ illic sunt maxima. Igitur quadruplicatum pretiũ, quater & uicies sestertium fuit, quod nummo nostro sexaginta millia aureorum ualet. ex quo apparet Senecam non frustra prædiuitem appellatũ esse à Iuuenale. Nam & ipse apud Tacitũ lib. XIIII. ad Neronẽ inquit, Quartusdecimus annus est ex quo spei tuæ admotus sum octauus ut imperiũ obtines: medio temporis tantum honorũ atq; opum cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius. Et paulum infra, Ego'ne equestri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longè decora præferentes nouitas mea enituit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatijs tam lato fœnore exuberat? Vna defensio occurrit, quòd muneribus tuis obniti non debui: sed uterq; mẽsuram impleuimus: & tu quantũ princeps tribuere amico posset, & ego quantũ amicus à principe accipere. Mihi subueniendum est, cum opes meas ultra sustinere non possim. In hoc uitæ itinere senex, & leuissimis quoq; curis impar, præsidiũ peto. Iube opes meas per procuratores tuos administrari, & in tuam formã recipi. quod tẽporis hortorum aut uillarũ curæ seponitur, in animũ reuocabo. Verba sunt Senecæ ab amicis

Seneca prædiues appellatus.

amicis admoniti, quòd ab inimicis apud Neronem insimularetur, quasi ingentes & priuatum supra modũ euectas opes quotidie augeret, ut Taciti uerbis utar. Instantẽ igitur perniciem prouidens, ad principẽ ultro adijt, immẽsi census cessionẽ facturus, ut uitæ consuleret: quod obtinere ei non licuit. Nunc si reputare uelimus quãtæ fuerint illæ opes, audiamus Suillium Senecæ inimicum, & inter alia quoq; exprobrãtem apud eundẽ auctorem libro decimotertio his uerbis, Qua sapientia, quibus philosophorum præceptis intra quadriennium regiæ amicitiæ ter millies sestertiũ parauisset? Romæ testamẽta & orbos uelut indagine eius capi. Italiam & prouincias immenso fœnore hauriri. His uerbis cum superioribus intelligimus Senecam magnos redditus ex agris & fœnore pecuniæ habuisse. quòd si sestertium ter millies quarto iam anno imperij Neronis quæsiuerat, ut Suillius dixit: quid existumemus eum habuisse octauo eiusdem imperij anno, quando orationẽ illã ad Neronem habuit? Ter millies (ut alibi diximus) cẽsus fuit maior Crassiano, hoc est septuagiesquinquies centena millia aureũm huius temporis. Olim autem à censu notæ erant opes hominũ, nõ ut nunc occultæ. professio enim necessitatis erat. Cæterùm ex antedictis feracitas uinearũ antiquarũ declaratur, cũ Plin. dicat, Acne quis uictam in hoc antiquitatẽ arbitraretur, idẽ Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. & ut redditus opimus intelligeretur, subdidit Plinius, Efficacibus exẽplis non maria plus temerata conferre mercatori, non in Rubrũ littus Indicum'ue merces petitas, quàm sedulum ruris larem. Sed tanta copia in Cecubis & Setinis Falernisq; nõ fuit, quæ primæ auctoritatis erant, ut ex Plinio & Columella nouimus. Nomẽ tantus enim ager feracitate

Seneca ad Neronẽ accusatus.

non

non auctoritate præstantiæ illustris erat. Propterea addidit ea uerba Plinius, digna opera quæ in Cecubis Setinisq; agris proficeret. Prodigio autem simile est, uitẽ unã, id est unam stirpem, excessisse uuarũ numerũ duorũ millium, quod Columella dixit: & id dictũ de uite pergulari puto. Vnde idem alibi, In Albano generis Aminnei uitis notas habuimus, numero quidẽ perpaucas, uerùm ita fertiles, ut in iugo singulæ ternas urnas præberẽt, in pergulis autem singulæ denas amphoras peræquarent. Nũc ettetur locus Plinij libro decimooctauo ubi de summa fertilitate loquitur. Ciuitas (inquit) Africæ in medijs sita arenis Syrtis petentibus Leptim, quæ magna uocatur Tacape, felici super omne miraculũ riguo solo, ternis ferè passuum millibus in omnem partem fons abũdat, largus quidem, sed certis horarũ spatijs dispensatus inter incolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, fico punica, illi uitis, sub uite seritur frumentũ, mox legumen, deinde holus, omnia eodẽ anno, omniaq; aliena umbra alumtur. Quaterna cubita eius soli in quadratũ, nec ut à porrectis metiantur digitis, sed in pugnum cõtractis, quaternis denarijs uenũdantur. Super omnia est biferam uitem bis anno uindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereant luxuria singuli fructus. nũc uerò toto anno metitur aliquid, constatq; fertilitati non occurrere homines. Hactenus Plinius. Age ineamus rationẽ, quaterna cubita plena & iusta in quadratum, hexapoda nostram faciũt, id est, tricenos senos pedes: quæ mẽsura octingenties multiplicata, duodetriginta millia & octingentos pedes explet. Nos enim superius docuimus iugerũ Romanum octingẽtas hexapodas habuisse. Sic fit ut iugerũ Romanum eius soli Africi duodecim millibus & octingentis

Fertilitas stupenda soli.

gentis sestertijs nummis constiterit: quæ ære nostro trecentis & uiginti aureis coronatis ualent. & tamen ita rationẽ subduximus, quasi plena cubita fuerint. Magna est hodie opinio agri nostri suburbani, qui uiginem contrahit à colluuie urbis. holeribus & acetarijs & raphanis & leguminibus seritur, & interim pergulis circumuestitur, ne hyeme quidem nisi sæuissima cessans: sed pretium eius, ut arbitror, ad tertiam partẽ illius Africani nõ accedit. Vnũ autem restat dicendum, quod consultò in finem operis dilatum est, ut in mentione domini nostri fastigiũ operi imponatur. Matthæi decimo legitur, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; Magister uester non soluit didrachma? Et rursus, Vade ad mare, & mitte hamum, & eũ piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβαίνοντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Sic tamen propriè uerti potest. Magister uester non pensitat didrachma? per interrogationem. Est autem didrachmum nummus binas drachmas ualens, quomodo & tetradrachmũ quaternas, quod uerbum apud Liuium legitur, ut suprà adnotauimus. Cassius ad Cicer. Nam iam ternis tetradrachmis triticum penes Dolobellam est. nisi siquid nauibus Laodicenorũ supportarit, citò fame pereat necesse est. famẽ instantẽ significat ex caritate frumẽti, quum medimnus duodenis drachmis ueniret, id est, seni modij Romani: & semisextarius noster ducato uno. Liranus apud Matthæum drachmam senis denariolis æstimat, & sic quilibet (inquit) capitaneus domus soluebat annuatim duodecim Turonenses. Ego autem tantum

Soli Lutetiani fertilitas.

Didrachmum. Tetradrachmum.

didrach

didrachmum ualuisse, quantum septẽ solidos nostros, Turonicos dico, hoc est septies tantũ quantum Liranus existimauit. Exodi xxx. cap. dicitur, Siclus xx obolos habet. media pars Sicli offeretur domino. Qui habetur in numero à uiginti annis & supra, dabit pretiũ. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Iosepus libro septimo belli Iudaici de triũpho Vespasiani loquẽs, quem egit de Iudæis ui subactis, Stipendium (inquit) ubicunque degerẽt Iudæis indixit, binas drachmas singulis annis inferre in Capitoliũ iußit, ita ut antea Hierosolymorum templo pẽdebant. Intelligimus ergo id quod in Exodo dicitur, typum fuisse tributi quod Iudæis à Romanis iniunctum est. non enim primùm à Vespasiano id factum est, sed ab Augusto, qui censum imperauit Iudæis Cyrino præside. Vespasianus autem non in Iudæa tantum hoc tributum indixit, sed Iudæis ubi terrarũ cũq; agerẽt. Didrachmũ igitur denos obolos Hebraicos ualebat, sed duodenos Atticos: nec didrachmũ in singulos patres familiarum, ut Liranus censuit, hoc est in capita familiarum, sed in singulos homines statutũ, quomodo olim semisiclus in numerum hominum, id est, uiritim nõ domesticatim cõstitutus, in eos quidẽ qui maiores uiginti annis essent. quod perinde est, ac si binas operas in sacra publica cõferre iuberentur. nã drachma merces est diurna, ut suprà docuimus de denario diurno loquẽtes, cuius fit mẽtio Matthæi uicesimo. Stater igitur tetradrachmus erat, ut & antea dictum est. Nunc igitur in hac mentione stateris, æstimentur, si fieri potest, diuitiæ hominis unius priuati, quantum meminerim, maximæ. Pythius is est Bithynius, quem Herodotus in VII. prodidit Dario Persarum Regi uitẽ auream & platanũ donauisse: posteaq; Xerxi Darij filio, quum

Tributum Iudaicum.

Stater.

quum in Græciã infesto exercitu tendens Celænis urbe Phrygiæ iter faceret, obuiã profectum, Regẽ ipsum atq; omnẽ eius exercitum hospitio suscepisse, xenijsq; magnificis donauisse, pecuniã etiam in id bellũ præbiturũ se pollicitum. quã pollicitationẽ admiratus Xerxes, astantes percũctatus est quisnã hominum esset Pythius, quãq; pecunijs abundãs, qui hoc ultro spopõdisset. Cui quũ respõsum esset, illũ esse Pythium, qui patrẽ eius Darium uisendo illo munere uitis ac platani aureæ donauisset, ac tum quoq; nihilominus hominũ ditißimus secundũ regẽ esset: rursus admiratus Xerxes, & ad Pythiũ conuersus, sciscitari cœpit quàm ingẽtis pecuniæ fiducia ad pollicitationẽ illã uenisset. Ad ea Pythius, Cũ ad mare (inqt) Græciæ descẽdere te audissem, statim opũ mearũ rationẽ inire aggressus sum. Iam tũ enim in animũ induxerã pecuniam tibi dono dare in bellum id gerendũ. Subducta igitur ratione, argẽti quidẽ talẽta duo millia, auri uerò myriadas quadringentas, staterũ Daricorum septẽ millibus minus habere me cõperi: quæ tibi dono dare statui. Mihi autẽ uictus ex mãcipijs & agricultura suppetet. His uerbis Xerxes delectatus, Vt tecũ (inquit) paria faciã, pro hac liberalitate hospitẽ te meum facio: quadringẽtas uerò myriadas nummûm de meo explebo datis tibi chiliadibus septẽ, ut quadragies cẽtenis mllibus Daricorũ staterum nihil desit. Proinde quæ hactenus possedisti, poßideto, mementoq; talẽ te semper præstare. hæc enim te facientem, nec in præsens, nec in futurum pœnitebit. Hæc sunt enim uerba Xerxis apud Herodotum, σοὶ ὦν ἐγὼ ἀντὶ αὐτέων γέρεα τοιάδε δίδωμι, ξεῖνοντέ σε ποιεῦμαι ἐμόν, καὶ τὰς τετρακοσίας μυριάδας τοὶ τῶν στατήρων ἀποπλήσω παρ' ἐμεωυτοῦ, δοὺς τὰς ἑπτὰ χιλιάδας, ἵνα μή-

Diuitiæ Pythij memorabiles.

Pythius Bithynius.

τοι ἰνδιδέες ἔωσι αἱ τετρακόσιαι μυριάδες ἑπτὰ χιλιαδέων, ἀλλ' ἦ τοι ἀπαρτιλογίη ὑπ' ἐμέο πεπληρομένη κέκτησό τε αὐτὸς τάπερ ἐκτήσαο. ἐπίστασό τε εἶναι ἀεὶ τοιοῦτος. οὐ γάρ τοι ταῦτα ποιέοντι, οὔτε ἐς τὸ παρεὸν, οὔτε ἐς τὸ μέλλον μεταμελήσει. Plinius lib. XXXIII. de immēsis opibus hominum singulorū loquēs: Congregatæ (inquit) & excedētes numerum opes, quota tamē portio erūt Ptolemæi, quem Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam, octona millia equitum sua pecunia tolerauisse: mille conuiuas totidē potorijs uasis, mutantē uasa cum ferculis, saginasse? Quota uerò illæ ipsæ (neq; enim de regibus loquor) portio fuerit Pythij Bithynij, qui platanū aureā, uitēq; nobilē illā Dario Regi donauit: Xerxis copias, hoc est septies LXXXVIII millia excepit epulo, stipēdium quinq; mēsium frumētumq; pollicitus, ut è quinq; liberis senectuti suæ in delectu unus saltē cōcederetur? In antiquis exēplaribus legitur, Mille millia hominum excepit. Vterq; autē numerus mēdosus esse uidetur ex Herodoto, qui peditatū Xerxis ex Asia contractū, ter & uicies centena millia hominū fuisse dicit præter seruitia & frumentatores, præter classem: cuius magnū numerū facit. Hunc igitur numerum hominum Pythium hospitio suscepisse uerisimile est, quoniā tantas copias terrestres habuit Xerxes quum in Phrygiam uenit. Nam posteaquam Hellespōtum trāsijt, numerus exercitus seruitijs & comitatu supra quinquagies auctus est, ut in superioribus dictum est quū de chœnice loqueremur. Sed Plinius fortasse Herodotū auctorem nō secutus est, sed Trogum, qui Xerxem ex regno suo septingēta hominū millia coēgisse dicit, & trecēta ex auxiliaribus. Quare Plinius scripsisse existimari potest septies octoginta millia, ut sub

ut subintelligatur centena uerbū, ut suprà docuimus, ut sit septies cētena octoginta octo millia. Quod si ex Herodoto restituere placet, sic legēdū, Decies septies octoginta millia. Nam Herodotus præter peditatum etiam octoginta millia equitū fuisse auctor est. Cum autē Plinius dicat Pythium quinq; mensium stipēdium & frumētum exercitui Xerxis pollicitū esse quinq; filiorum suorum nomine, ut tātum uni uacationē militiæ impetraret, existimo quadragies cētena millia staterum Daricorū tanto exercitui in stipendium & frumētum coēmendū sufficere in quinq; menses potuisse. Vt igitur minimum numerum sequamur, id est septingenta millia, fac ut singuli in mensem ternos aureos coronatos acceperint: hac ratione in singulos menses stipendiū uicies semel centenis millibus stetit, quæ summa quinquies ducta ob quinq; menses, centies quinquies centena millia efficit. His equitatus stipendium addendum, quibus trecēta millia auxiliariū addere nunc nolui, quia nondū contracta erāt auxilia, quæ post transitum Hellespōti sese Persis adiunxerūt ex Macedonia, Thessalia, Epiro & Græcia. Nūc igitur de stateribus Daricis uideamus. Stateres quidam Alexādrei, quidam Darici, quidā erant Philippei. Sed stater aureus minam argēti ualebat. Pollux, ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο, καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι. Aureus (inquit) stater minā ualebat. nam & in ijs quæ appēduntur, pondus minæ staterem nominauerunt. καὶ ὅταν εἴπωσι πενταστάτηρον, πένταμνον δοκοῦσι λέγειν. & quum dicunt pentastaterum, id est quinque staterum pondere, dicere uidentur pentamnon, hoc est quinqueminale. Hoc si est uerum, stater unus aureus quaternos minimum aureos nummos Romanos

Stater multiplex.

manos ualebat. Quatuor enim aurei Romani quadringẽtos nõ amplius sestertios ualebant, ut satis demonstratũ est: ut fuerint stateres aurei unciales, cuiusmodi fere Lusitanici hodie aurei uisuntur denis aureis æstimabiles. Demosthenes πρὸς φορμίονα, φορμίωνι δέ φησιν ἀποδόσθαι λάμπιδι ἓν βοσπόρῳ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στατῆρας κυζικηνοὺς, ὁ δὲ κυζικηνὸς ἐδίδου ἑκεῖ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ δραχμὰς ἀττικάς. Phormio autem dicit reddidisse se Lampidi in Bosporo centũ et uiginti stateres Cyzicenos, at stater Cyzicenus duodetriginta Atticas drachmas ualet. Et paulò pòst, τῶν μὲν δὴ ἑκατὸν εἴκοσι στατήρων γίγνονται τεσσχίλιαι τετρακόσιαι ἑξήκοντα. ὁ δὲ τόκος ὁ ἔτους ἑκάστου τῶν τετρακοσίων μνῶν καὶ χιλίων καὶ ἑξήκοντα, τοσοῦτος ἐστὶν ὁ τόκος τῶν τετρακοσίων δραχμῶν καὶ ἑξήκοντα. Atqui cẽtũ et uiginti stateres fiunt tria millia trecentæ sexaginta. Fœnus autem terrestre sesquisextum, trigintatrium minarum & sexaginta, quingẽtæ fiunt drachmæ & sexaginta. His uerbis apparet staterem Cyzicenum paulominus tribus aureis coronatis ualuisse: sed Atticos stateres et Persicos Cyzicenis uberiores multo fuisse & pondere & indicatura coniiciendum est, & præsertim Persicos, cùm Babyloniũ talentum ephectæum proportionẽ ad Atticũ habuerit. Stateres autẽ aureos hìc intelligimus ex ijs quæ sequuntur, etiãsi Pollux stateris appellatione nõ magis aureũ quàm argẽteum intelligẽdum cẽsuerit. Sed notãda uerba Demosthenis, Tria millia trecẽtæ sexaginta. Et rursus, Trigintatrium minarũ & sexaginta. Vbi drachmas subintelligi uoluit, cõmuni more loquendi apud Græcos, ut apud Romanos nũmi intelligũtur, ut alibi sæpe diximus. Quomodo autẽ apud Romanos argẽtea nomismata drachmalia signabãtur Athenienſium imitatione, & aurea didrac-

Stater Cyzicenus Atticusque & Persicus.

didrachma erãt, sic apud Atheniẽses & Persas & Macedonas stateres aurei geminato põdere signabãtur, hoc est octonis drachmis, certè nomisma unũ hoc triennio argẽteum uidi, cuius index erat λυσιμάχου βασιλέως, Lysimachi Regis: uerùm põdus tunc nõ examinaui, nec alioquin nummũ magnopere cõsiderandum duxi, quòd nihil tum harum rerum cogitarẽ, quas in hoc opere tractaui: quare nec mihi oblatũ mercatus sum, tametsi nomismatũ huiusmodi studiosus ppter antiqtatẽ. Hoc autẽ anno cũ anxiè pquirerẽ, et ter quaterq; argẽto repẽdere paratus essẽ, in tertias, quartasq; manus pueniſſe cõperi, & tãdẽ hinc exportatũ. sed cùm ab ijs percũctarer, qui maximè meminisse uidebãtur, quantũ ponderis traheret, aiebat unus se existimare semunciale nomisma fuisse. Id ille mihi facilè persuasit, quòd alter maius etiam põdus memminisse se dicebat: & ea mihi magnitudo nomismatis oculis obseruabatur, quæ (ut minimũ) æquaret denariũ Mediolanensem. Resciui etiã à tertio, in cuius tunc manu esset, id est cui ipse id dono dedisset (in quartam enim manũ uenerat) sed uidere mihi postea non cõtigit. Siue autẽ stater is fuerit, siue nõ, Daricus tamẽ stater nõ minus denis aureis nostris ualuit, id est, argẽti mina. qua ratione fit, ut quadragies cẽtena millia Daricorũ, quadringẽties cẽtena millia coronatorũ ualuerint. Nunc igitur apparet Pythium Bithyniũ non modò septingẽtis & octoginta millibus, sed planè decies centenis millibus atq; adeò deciessepties centenis, & equitatui præterea & classi stipendium & frumẽtum suppeditare in quinq; menses potuisse. Hìc obiter nõnihil dicẽdum de militari stipendio: cuius modus cum parũ antehac statui potuisset, historia Cornelij Taciti Romæ nuper editæ restitutis aliquot li-

Stater Lysimacheus.

De stipendio militari.

bris, nobis occasionē dedit & ansam aliquid de eo expli
candi. Stipēdium militare quo tēpore institutū fuerit, Li
uius lib. IIII. ab Vrbe condita docet de Anxuris expu-
gnatione loquens, his uerbis, Oppidū uetere fortuna opu
lētum tres exercitus diripuere, caq; primùm benignitas
imperatorū plebem Patribus conciliauit. Additū deinde
omnium maximè tempestiuo principū in multitudinem
munere, ut ante mentionē ullam Plebis Tribunorum ue
decerneret Senatus ut stipēdium mules de publico accipe
ret, cùm ante id tempus de suo quisq; functus eo munere
esset. Nihil unquā acceptum à plebe tanto gaudio tradi-
tur. Idem paulùm infrà, Postremo indicto iam tributo,
edixerūt etiā Tribuni auxilio se futuros, si quis in nulla
re stipēdium tributū non cōtulisset. Patres bene cœptam
rem perseuerāter tueri. cōferre ipsi primi. & quia non-
dum argētum signatū erat, æs graue plaustris quidā ad
ærarium conuehētes, speciosam etiā collationē faciebāt.
His Liuij uerbis apparet cur æra merere milites dicātur,
curq; ærarium dictū sit, ab ære scilicet graui, nondū ar-
gēteo nūmo percusso. Inde illa locutio apud Liuiū in VI.
ab Vrbe cōdita, Inde rem creditori palā populo soluit, li
braq; & ære liberatū emittit, de Mālio loquens. Tacit.
uerò lib. I. ab excessu Augusti, de seditione Pānonica lo-
quens, quæ circa initium principatus Tyberij cōtigit, ita
inquit, uerba seditionem agitātium referens: Quādo au-
suros exposcere remedia, nisi nouum ac nutantem adhuc
principē precibus uel armis adirent? Satis per tot annos
ignauia peccatū, q; tricena aut quadragena stipēdia se-
nes, & pleriq; truncato ex uulneribus corpore tolerent.
Ne dimissis quidē finē esse militiæ, sed apud uexillū rete-
tos, alio uocabulo eosdem labores perferre. ac si quis tot
casus

Aeris grauis tempus.

Libra, & ære liberare.

casus uitæ superauerit, trahi adhuc diuersas in terras, ubi
per nomē agrorum, uligines paludū, uel inculta mōtium
accipiāt. Enimuero militiam ipsam graue, infructuosam,
denis in diem assibus animam & corpus æstimari. Hinc
uestē, arma, tentoria, hinc sæuitiam Cēturionū, & uaca-
tiones munerū redimi. at Hercule uerbera & uulnera,
duram hyemē, exercitas æstates, bellū atrox aut sterilem
pacem sempiterna: nec aliud leuamentū, quàm si certis
sub legibus militia iniretur, ut singulos denarios mere-
rent, sextusdecimus stipēdij annus finē afferret, ne ultrà
sub uexillis tenerētur, sed ijsdē in castris præmium pecu
nia solueretur. An Prætorias cohortes, quæ binos dena-
rios acciperēt, quæ post sedecim ānos pēnatibus suis red
dantur, plus periculorū suscipere? Et paulò pòst, Respō
sum est à cōcione, mādata esse Cleméti cēturioni quæ p-
ferret. Is orditur de missione à sedecim annis, de præmiis
finitæ militiæ, ut denarius diurnū stipendiū foret, ne uete
rani sub uexillo haberētur. Et rursus de instaurata sedi-
tione loquēs, Igitur uolutatis inter se rationibus placitū,
ut epistolæ nomine principis scriberentur, missionē dari
uicena stipēdia meritis, exauctorari q senadena fecissēt,
ac retineri sub uexillo cæterorū immunes, nisi ppulsan-
di hostis. His uerbis apparet ueteranos milites aliquādo tricena stipēdia implere solitos, aliquando quadragena,
aliquādo uicena: nec ullū tēpus ppetuò statutū fuisse. Si-
mul ueteranos militia exauctoratos nō statim missionem
adipisci solitos, sed indulgētiore militia sub uexillis reti-
neri quoad præmia et colonias acciperēt. ex quo planius
intelligitur id quod Trāq. in Tyb. scribit. Atq; etiā mis-
siones ueteranorū rarissimas fecit, ex senio mortem, ex
morte cōpēdiū captās. Verùm ut supradictis Taciti uer

Veterani.

Sub uexillis retineri.

Asses stipendiarij.

bis ītelligimus denos asses diurnū stipēdiū militare fuisse, ita eadē uerba hoc significare uidētur, denariū maius stipēdiū asibus denis fuisse: ut fortasse hoc adiuuare id possit qd' superius hoc eodē lib. diximus de denario quē Vitruuius sedecim asibus ualuisse tradidit Augusti tempore: quāquam olim signato statim argēto denarius decē asibus ualuisset. Quam rursus opinionem euertere uidetur Plinij dictum lib. XXXIII. his uerbis, Postea Annibale urgēte, Q. Fabio Maximo Dictatore asses unciales facti: placuitq; denariū sedecim asibus permutari, quinarium octonis, sestertiū quaternis. Ita resp. dimidiū lucrata est. In militari tamē stipendio semper denarius pro decem asibus datus. Hoc igitur lectores uiderint, ac statuerint pro suo quisq; captu, aut arbitratu, quādò id summā rei à nobis cōpertæ & explicatæ labefactare nō potest, ut alibi diximus. Milites autē Romanos diurno stipēdio denarium meruisse, cōgruit cum eo quod ex Thucydide scripsimus de classiario milite, qui suo ministriq; nomine binas drachmas merebat apud Athenienses. Tricenæ drachmæ, id est stipendiū menstruū, tribus aureis coronatis ualebant. Centuriones uerò duplex stipendiū, & equites triplex merebāt. Quare Liuius lib. VII. ab urbe condita, Aequè (inquit) impotens postulatū fuit, ut de stipēdio equitum (merebāt autē triplex ea tēpestate) æra demerentur, quòd aduersati cōiurationi fuissent. Hac ratione Liuij equites nouenos nostros coronatos merebāt in mēsem: nunc nostri octonos & semissem merēt. Prætoriani autē milites duplex stipendiū merebāt, qui castra circa urbē habebāt, quasi stipātes principē. Erāt enim & Prætoriani milites, & cohortes urbanæ, quod Trāquill. his uerbis significat de Augusto loquēs, Legauit Prætorianis

Stipendiū militare.

Denarius stipendiarius

nis militibus singula millia nummûm, cohortibus urbanis quingenos, legionarijs trecenos nūmos. Licet igitur hinc æstimare opulentiam imperij Romani sub Augusto, qui quatuor et quadraginta legiones sub signis prouinciatim dispositas habuit, cum unaquæq; legio minima æstimatione in annuo stipendio ducena millia aureûm coronatorū ferret, etiam sine equitum stipēdio. Denæ enim cohortes quingentariæ in legionibus erāt, & centuriones duplex stipendium habebant. Auctum autem postea militum stipendium fuisse ex eo apparet, quod Tranquillus ait in Domitiano, Addidit & quartum stipendium militi aureos ternos. Hæc uerba significare uidētur, sub Domitiano quartum incrementū milites accepisse. Sed Tranquillus dubium id nobis reliquit, utrum menstruos aureos, an potius annuos intelligamus. Ego tamen menstruos intelligo. Milites etiam præter pecuniā annonas & sagula & frumentum interdum accepisse legimus apud historicos, & præsertim apud Lampridium in Alexandro. Non me præterit Flauium Blondum lib. VI. Romæ triumphantis hæc aliter tradidisse, sed ei nō assensus sum. Hæc ut libro nostro tumultuariè adderem, me cōpulit Franciscus Deloinus, iudicū unus centenariæ famigeratæq; curiæ: qui, ut est inter iuris peritissimos antiquarū rerum studiosissimus, huius loci Taciti Cornelij tēpestiuè me admonuit, quum altera fortè editione liber noster ad hunc locū impressus esset: ut si postridie admonitus essem, locū nullum hæc additiuncula inuentura capacem sui fuerit. Librum apud nos attulerat uir literarum sacrarum professor facundissimus, omniumq; bonorū auctorum conquisitor & indagator sagacissimus, Gulielmus Paruus, agēs in comitatu principis, sacerq; (ut ita loquar) oricularius eius. Eū librum

Franciscus Deloinus.

librum Deloinus cum ab eo utendum rogasset, aut iure potius amicitiæ præcupidè sumpsisset (unus enim tantum apud nos erat) me quoq; ipsi ambo legere eum uoluerũt, ut in aliqua libri hiulca parte id quod de stipendio militari Tacitus scripserat, adsuerem.

Epilogus huius operis.

Hermolaus Barbarus.

HAEC ferè sunt quæ de re nummaria mẽsuriscq; dici potuerunt: cuius rei semina se libasse Hermolaus Barbarus lõgè ingenio nobis doctrinaq; multiplici præstans, in glossematis illis gloriatus est quæ in Plinium edidit, gloriæ suæ segetẽ ac materiã: quem tamẽ auctorem sic quoq; ad nos peruenisse dico, ut seminariũ laudũ studiosis omnibus in eo quotidie renascatur, etiã si ille primitias decerpsit. Sed quum ipse multa de talento, sestertio & libra, colligentis quidem more, nõ deligentis, commemorasset, Poterã (inquit) plura, sed quæ carptim cursimq; uelut semina materiæ difficillimæ libauimus, dilato in aliud tempus pleniore cõmentario, sufficiant. Mihi uerò ille farraginem auctoritatũ diuersissima tradẽtiũ, immò (ut planè dicam) segetũ antipathiã miscuisse uidetur, & in unũ semina dissidentia confudisse, ex quibus frugẽ aliquã bonã quo nam modo sperare potuerit & promittere, nõ intelligo, aliorũ autem erit iudiciũ. Nos cõmentationis ab eo promissæ, sed erronea (ni fallor) indagine incohatæ, cæcas & perplexas ambages, à capite rẽ exorsi, ita explorasse uidemur, & à limine statim introrsus perspectas luculentis uestigijs remeabiles feciſſe, ut in mæandros potius digressionum insinuasse (sic enim res ferebat) quàm in Labyrinthum quendam disputationis, iudicari debeamus. Deprehensi aliquibus in locis hæsimus, uel uerius subsistimus, nusquã tamen aut flexu prævaricationis, aut saltu reticentiæ uel obliuionis, aut denique præcipitio temeritatis elap-

Antipathiam segetũ miscere, est semina inter se dissidẽtia simul serere: ut triticũ çum semestri uel trimestri fruge. Antipathia enim dicitur naturale rerum dissidiũ.

tis elapsi, ponderum & mensurarum tractationẽ ita explicauimus, ut res natura inter se cognatæ, nominũ etiam communionẽ & ueluti gentilitatem agnoscerent. Quid tum (dicat aliquis) doctioribus igitur te præferendũ censes? Siquidem uni tibi hanc operam uindicas in commune nauatã. In hoc uno egò uerò: cæteris in rebus ijs libens cedo, quibus omnia propemodũ debeo. Sic sua hactenus cuiusq; fuit in reparatione Latinæ linguæ palma. Hoc ius non modò æqualiũ nostrorum, sed etiam posteritatis erit: neq; uerò præreptæ unius aut alterius rei gloria, commendandi quoq; in posterũ materia cõsumpta, quæ adhuc larga supereſt. Hoc tantũ refert, quòd clariorum quidem illi aut pluriũ palmarum decora tulerunt: ego fortasse inter exigua ingenia qualibet acquiescere palma & debeã & posſim. sed alios ita uelim animatos esse, nostros præcipuè, quorũ maximè gratia hoc opus suscipiendum duxi, ut maximũ quodq; decus sic in medio positum esse putẽt, ut ingeniũ tantum & diligentiã referre, nõ genus & cœlũ putẽt. sic fiet ut in huius laudis curriculo Italia omniũ gentium magistra, lampadẽ (quod aiunt) Galliæ non tradat, sed cõmodet: aut tradat quidem, sed fiduciariam uel precariam, uel potius det utendam usu nobis & illis promiscuo. Quidni enim speremus quod alijs nõ negatum est qui longius remoti sunt? Rumpãtur licet Misopatrides, id est patriam ciuesq; suos exosi: natura Gallos hac dote non fraudauit, tametsi huius ætatis moribus, uel paucorum hominum uitio qui rerum arbitrium tenent, factum est ut literarum bonarum studiũ nihil ad reipublicæ moderamen pertinere uideatur. Rempublicam semper appellare institui, abusiuè fortasse, in qua plurima ad priuatam utilitatem referri existimantur. Propter quod uidemus

Misopatrides.

Cõparatio diuitiarũ nostri temporis cum antiqua opulentia.

uidemus eò iam maiestatem publicam decidisse, ut censu ciues opibusq; multo magis, quàm sensu & probatis moribus censeantur. Hinc illa stulta ac ridenda quorundam reputatio, qui nulla prorsus arte memorabili imbuti, ob uulgares quidẽ ut apud Romanos facultates, ut apud nos propemodũ principales, non se modò copiosos, sed etiam (si dijs placet) beatos arbitrantur: quum si ad Romanos modulos diuitis appellationẽ metiamur, perpaucos hodie norimus præter primores procerũ, quorũ census cẽties et quinquagies sestertiũ æstimetur. At tantam summã Pallas homo libertinus accepit, idq; decreto Romani Senatus, ob id quòd referendum ad curiã cẽsuisset de fœminis quæ se seruis cõcubitu miscuissent: eaq; relatione statutũ, ut quæ ignaro domino ad id prolapsa probaretur, in seruitutem sui consensisse uideretur: cuius rei auctorẽ Tacitum, Pliniũq; oratorẽ habemus. Idq; Senatusconsultum postea à Iustiniano principe sublatũ est septimo libro sui Codicis sub titulo de senatusconsulto Claudiano. Quis autem hodie eorũ qui aurũ metiri nõ numerare dicũtur, uel etiã qui pala uersare aureos grummulos dicitantur, ducenties sestertiũ habere creditur? At Aesopus tragœdus post cœnas illas luxu stupendo memorabiles, tantundẽ hæredi filio reliquit, unde margaritas ipse sorbendas conuiuis apposuit non mediocris precij. Age: Curio Tribunus Pl. nõne sexcẽties sestertiũ æris alieni habuisse memoratur? quod perinde est ac si nunc dicas, quindecies centena millia aureorũ. tanti tamen & pluris Cæsar ciuis adhuc Romanus, nondũ Dictator, in Gallia res gerens, conciones eius ad populum licitatus est, & redemit. Paulus Consul Romanus mille & quingentis talentis eidem Cæsari eodem tempore authoritatem sui Consulatus addixit eadem

demum lege, ut Remp. exagitanti patientiam accommodaret. Iã Senatores Romanos qui defecti facultatibus dicerentur, quingena quotannis sestertia solitos accipere à principibus constat, queis honestam (sic enim aiebãt) paupertatem tolerare possent innocenter. Nunc uerò quotus quisq; tantum habet pensitationis annuæ, si paucos gentilium regis excipias? Contrà Nero perditis iam rebus, Senatum Romanũ coẽgit centies sestertium sibi quotannis pensitare: quam summã sine stupore meminisse iam nemo potest. Mitto quòd Ciceroni oratori, qui semper à Romanis tenuis existimatus est, superficies ædium Senatusconsulto non minoris quinquaginta millibus aureũm nostrorum æstimata est, & uillaticũ ædificiũ pluris quàm duodecim. Seneca etiã uir philosophus, ut ex eius monumentis apparet, sed rerũ actui summo præpositus à Nerone, quadriennio ter millies sestertium quæsiuit, quod certè necesse est ut fidem scriptis eius & auctoritatẽ deroget. Si enim scripta eius æstimentur: nemo unquam animosius calcasse diuitias, & pauperiem securã adstrictius eo amplexus fuisse uidebitur. Tarius Ruffus (quod penè omisi) infima natalium humilitate Cõsulatum militari industria meritus, circiter mille sestertiũ liberalitate Augusti congestum agris coëmundis exhausit, ut auctor est Plin. lib. XVIII. Quo in loco millies legendũ est. Seneca auctor est Lẽtulum Augurẽ eodẽ Augusto principe quater millies suũ uidisse, quãti hodie decẽ primorũ Galliæ patrimonia esse uix possunt, etiã quanti plurimo uenire possunt æstimata. Ab hoc numero principẽ tantum & generum eius eximo, cui alioqui regnum debetur, si regi superstes fuerit. Quonam modo igitur beatos existimare possumus, qui omneis cogitationes suas, omneis animi sensus, omnes uitæ

Cicero tenuis habitus.

Seneca.

Tarius Ruffus.

Plinij locus.

Lẽtulus ditissimus.

uitæ actiones, omnia publica priuataq; officia, & uiuẽdi denique moriendiq; ratione ad cumulandas opes referũt, quæ in priuatis hodie fortunis esse non nisi despicabiles possunt? Vnum tantum genus hominũ excipi necesse est, quod omniũ ipsum genercũ minimè esse exceptum oportebat. Hi sunt sacerdotes, quos nunc ferme solos secundum reges & principes opulẽtos esse cernimus, & plurimum opibus tribuere: quod genus unũ reges inter amicos habent, in quo se suamq; admirentur potentiã fortunatricẽ. Nulla enim æque parte uitæ beatiores ipsis mortaliũ esse licet. Hic mihi quæ memini uidiq; reputanti, exclamare subit, Miserã te simul & fortunatã Franciã! tu ut maiorũ placita Senatusconsultis sacrosanctis cõfirmata, tot annorum usu comprobata, ambitione nũc scelerata antiquare contendas? & singularẽ prærogatiuã Pontificatui summo non eblanditã, non expressam, non emendicatam, sed maiorum nostrorũ merito postulatã, exoratã, repensam, ut tibi uni iure prisco, à maiorũ gentiũ pontificibus prodito, in rerum sacrarum constitutione uti liceret, nũc indultæ legis abusu festines ire perditum? Vnde igitur tibi frõtem peculiarẽ illã sanctionẽ citandi, qua tu tantopere gloriare uelut decore quodã religionis? Vnde autẽ libertatem aut fiduciam Christianissimã te uocandi, si nõ qua religione eximiũ nomẽ, legemq; pietatis tuis testem comparasti, eadem religione tu ipsa retinere uis? O plaudendum erratũ hostibus tuis illis, qui hoc tibi felicitatis, regniq; fortasse palladium, uelut cœlo delapsum munus inuident, quo uel ablato, uel intercidente tu perinde utiq; fortunata esse non potes! Vide quæso ne te nimiũ terrigenis illis credas, quos ob id gigãtes appellauit antiquitas, qui titulosas amplitudines architectãtes, Aloidarũ exemplo theomachiam meditari uidentur. Nam ut illi immanium spirituum homines Pelion Ossæ aduoluẽtes, ut Homerus prodidit, & ijs rursus Pindũ & Othrin Lapitharũ sedẽ subuehentes, in cœlũ tandẽ scandere, & superis uim afferre cogitabãt: sic isti põtificatus et antistitia alijs alia adggerãtes, ipsa struc incõdita rerũ malè cohærentiũ, uim inferre superis sacrisq; canonibus quos patres innocentia prædi ti suaserunt, meritò dicti tantur. Horũ quosdam nec prudentia nec doctrina commendabiles uir quidam acer apud nos quum uideret, dicere haud infacetè solebat, absurdos oportere esse choragos illos, aut certè dissolutos, qui Herculis Titanumq; personas uenustulis Cupidinibus temere & sæpe accõmodarẽt. Harũ enim rerũ culpam à capite & uertice Christiani nominis publicus consensus arcessit, qui nisi rectè constitutus sit, inferiora ab eo membra morborũ causas trahunt. Quare in uotis esse hominũ piorum identidem uidemus statim atq; illa indignitas oculis obuersatur, ut aut columen ecclesiæ componat Prouidentia, aut certè aliud cõmodius & cõgruentius fastigiũ reponat. Idq; meritò in uotis est. Columine enim uitioso uel infirmo, tectũ ædis sacræ aut corruat necesse est, aut fœdè collabefactetur: tũ subinde turbinibus & procellis omnia intus pateãt, errorũ nebulæ subeant, decumbentibusq; pruinis interiora frigeãt, ut ne ignis quidẽ ille charitatis æternus ultrà manere possit. Neq; uerò me latet ipsa domus fundamenta in petrã firmissimã artificis manu iacta, nulla ui posse cõuelli uel subrui, nõ aëria, nõ terrena. Nã ne operis quidẽ compages diuina illa quidẽ manu coagmẽtata, ullo disturbari machinamento potest: sed decor operis in aspectu & expolitio emendata non manent, ex quibus auctoritas ut ædibus sic ædi comparatur.

Sacerdotes diuitiarum studiosi.

Exclamatio in ambitionẽ, ac dinundinationẽ quæ in creãdis Põtificibus & cœnobiarchis grassatur.

Palladium regni Franciæ, Sãctio pragmatica.

Gigantes terrigenæ.

Alludit ad ignem Vestæ.

Nunc

Nunc autem pietas & religio huius ædis ædituæ magno uociferatu querũtur eam proportionẽ asseruatã non esse, quam architectonicæ manus primùm modulatæ sunt: id quod caput esse constat dedecoris luculenti. Huius inconcinnitatis causam homines ad Mercuriũ referũt institorẽ, qui iã inde ex quo lumen mundi regere, & auriga summi currus esse cœpit, non ut olim Phaëthon quũ se in currum luminosum sustulisset, conflagrationẽ orbi intulisse, sed tenebras potius teterrimas offudisse dictitatur: at inde factũ esse constat, ut in castris sacrosanctis plerunq; nihil rectè atq; ordine constitutum esse uideatur. Primùm uix decimus quisq; ordines ducentiũ decumana porta ingredi existimatur: deinde laxißimè quidã tendentes, uix gregario militi locũ uestigialem relinquunt. Adde quòd nec manipulos recẽsere, nec cohortes ipsi cõcẽturiare noluerunt. Quid quòd plures stationes obtinẽt, qui uni satis esse nequeũt? Quid si etiã omnes eas deserentes, longißimè per urbes expatiari uidẽtur, hostilis ipsi incursus & populationum securi? nec minus stipendia illis procedũt, quàm si ab statiuis pedem transuersum non discederent. Iam illud cuiusmodi esse dicemus, quòd qui plurium uicem gerunt, ij immunes plerunq; solent esse, ut ne uitem quidem saltem centurialem in speciem teneant, cuius metu munifices in opere milites contineant? Quid, qui perpetuam immunitatem habent, regum & principũ latera indecorè stipantes, æterna animi destinatione à statiuis castris domini emansitantes? qui, si disciplina castrorum ualeret, pro castris ipsis uigiles excubare deberent. Hæc fierent si in augustali ordines & uacationes nõ uænirẽt? si non atra inauspicatáq; Celæno contactu suo fœdißimo res purißimas atq; sanctißimas quotidie contaminaret?

Vitem tenẽtes Cẽturiones milites in opere faciundo & castris muniendis cõtinebãt.

Etenim

Etenim per Christũ ipsum sacerdotij conditorem, utrum qui scelerata porta in ecclesiam castrensem irrupisse se sciunt (de quibusdam loquor, non de plurimis) in ecclesiã ouantem & cœlestem admissum iri se putant? num cõmercium aliquod superis esse sperant cum ijs qui cothurnatis flagitijs se sacraq; Christiana conscelerare non timent? Proinde uideamus quid'nam habet simile hodiernus antistitum status, & sacræ ciuitatis procerum, cum Christo ciuitatis eius conditore, & comitatu ipsius. Non'ne tu simul ut in uniuersum cleri nostri faciem cultumq; consideraris, dicere cogeris sponsam (ut ita dicam) sponso nuntiũ remisisse, suasq; ipsum sibi res eã habere iußisse? Ille paupertatis assertor, & ærumnosorum signifer, cohorte etiã pullata semper stipatus erat: hi opibus circũfluentes, & delicijs ocioq; torpidi, conspicui in aula uolunt esse serica to lautoq; comitatu. atq; inter hos (si superis placet) hierodouli quidam uidentur, homines sacræ seruituti mancipati, quos ne in publicum quidẽ prodire moribus deuotorũ conuenit, nisi operam interim religioni & pietati nauare uideantur. Ille cum nihil posßidere uisus est, tũ suos omneis assecias omnium fortunarũ possessione deiecit: hi unde illi deiecti sponte decesserant, quum eorũ sint successores, uelut interdicto recuperatorio opulentam etiam bonorum possessionem reposcunt. Auspice igitur Mercurio cõtracta sponsalia, non pronuba pietate, nec charitatẽ nec reuerentiam coniugij sacrosancti retinent, nec ad frugem aliquam bonam salutarẽq; perueniunt. Age quánam tandẽ ipsi causa se sacrosanctos esse uolunt? nempe quòd homines insignibus Christi amicti, inter arma orthodoxa inuiolabiles ferè semper fuerũt: nõ aliter atq; caduceatores hodie paludati inter acies sancti cõmeant. Si igitur gesta-

mina & exuuiæ Christi sacrosanctos eos ac reuerendos faciũt, non ne cultus & habitus Christicolis absonus profanos eos facit, quod quidẽ in ipsis est? O stultam hominũ opinionẽ. Atqui si ueneranda cruce quasi claua Herculis Alexicaci, si lituo summoueri se turba ab eis æquis animis patitur, pullata iuxtà & purpurata, si magistratibus & honoribus fungentes, fasces eis ciuiles & prætextas summittũt, & quidẽ cum summa animi æquitate, ampliora utiq; ea insignia existimare debebant, quæ Teletarches ipse Christus cerimonijs suis consecrauit, & quibus etiã sceptra regũ summitti nonnunquã constituit, quàm fastum luxu conspicuũ, qui proceres tantũ & potentatus decet, & quo uno suspici se maximè diuites à plebecula uolunt. Quòd si cæteri hominum ordines exemplo ab eis prodito exuere dei reuerentiã & pontificale obsequium in animũ inducerent, consecrataq; à maioribus patrimonia, sacrosancta non haberẽt, nec piaculũ esse putarẽt eos uiros uiolare quos Christus dominus noster delicias suas appellauit: quid istis tandẽ fieret, queis citra culturã & sementẽ (ut aiunt) omnia nasci uidemus? Erubescant igitur aliquãdo, erubescãt inquã, et caueant ne animos saltẽ militareis & feroces exoluant religione: & quandoquidem ipsi sacra profanis permiscuerũt, uideãt etiã etiãq; ne eorũ licentiã uulgus hominũ, albã (ut dicitur) amuſsim esse interpretetur, quæ discrimẽ sacri profaniq; sustulisse iam uidetur. Sed quando in opulentia regia & redditibus opimis summa eorũ felicitas sita est: quæro quo tandẽ titulo ea se poſsidere credant? neq; enim quolibet titulo fructus suos faciunt. Atqui ut omnia genera rerum legitimè quærendarum recenseant, nullum (ut opinor) aliud inuenient quo iustè atq; innocẽter hæc poſsidere poſsint, quàm

Amuſsis alba.

quàm pro donato. At hoc titulo poſsidenti, non satis est rẽ sibi esse donatam opinari, sed reuera donatam esse oportet: alioquin eam usu facere suam ipse non potest, quum titulo careat. Mitto quòd, siquid mei iudicij est (ut utar antiquo uerbo sententiam dicentium) hæc non eis donata dici debent, sed fideicommiſsa: quod uerbum nõ modò fidem bonam, sed etiã necessitatem rerum restituendarum agnoscit. id quod si non in omnia, certè in ea sacerdotialet, quæ fiducia contracta aut deferuntur aut conferuntur. Sed quoniam prisca iam seueritas uetustatẽ non posse perferre creditur, ut id quod dictum est præterea, certè peculiari se titulo seu fideicommiſsum seu donatũ tenere non negabũt. Quod si fateantur, num etiam tum fructus ita suos facient, ut & helluari, & obligurire & per luxum profuſsimũ absumere ex animi sui uel libidine uel sententia poſsint? Nisi uerò nõ peculiare esse potest, quod à domino seruus, & clericus seruus accipit, in coloniam ipse dominicam sua sponte asscriptus. Accipit autem in Francia, aut à domino protinus, paracleto suffragatore, quod rarum est, aut à summo domini atrienſi, quod frequenter euenit. Quod autẽ secus quæritur, id est, sacrilega indicatione, id à prædone poſsessum, in ius transire nõ potest, sic fit ut nihil peculij habeãt quod non sit profectitium, & ut calendariũ facilitare debeant, & diurnũ. nisi si fortaſse antistitum actus lege Euangelica tabularũ conficiendarum necessitate solutus potest esse, quum antistes aut cœnobiarcha nunquam officio perfunctus esse uideatur, antequam omnia pensa familiæ exegit accuratè. Neque enim antistites promi condi penus dominicæ cẽsentur esse, & summæ rei familiaris dispensandæ præesse, & nõ uniuersi actus cui præsunt, ratio ad nummum eis constare

Peculiaris titulus a dominio differt.

Cœnobiarchia uulgo abbas dicitur.

stare debet. Nam quòd placita maiorũ, inferiores & minutulos actus pontificalis liberalitatis & muneris esse uoluerunt, id ideo factũ esse clarum est, quòd ut uicariorum olim errata atrienses præstabant, sic ob illorum isti tenentur uel perperã uel negligẽter transacta, usq; adeo ut eorum reliquamẽta, horum fide stare credantur grauissimis ab auctoribus. Quoniã uerò hæc meminisse nequeunt qui bonam partẽ ætatis inter aulicos agunt omni lege solutos (etiam si legitimã ipsi personam ad standum in eo cõuentu maiorũ instituto habere non putãtur) de summo sanè iure decedamus, & de suo ac domestico & contubernali tantum actu, tabulas eos proferre postulemus. Fac igitur (quoniam id mediocre est) in paginam acceptorum decẽ esse millia aureorum relata: quãtulam igitur eius summæ partẽ expensam domino ferre possunt, qui nihil aut parũ in usus pios uertunt? Age recitentur expensorũ nomina, proh superi immortales, in cupedias, in delicias popinales, & in luxum mensariũ, in equitiũ numerosum & elegans, in instrumentum lautũ episcopij, in supellectilem, in uasa argentea, in uestem stragulam & peripetasmata, in stipendium cohortis honorariæ scricatorũ & calamistratorum, in auiarium uenaticum & accipitrarios, in uenationis ministerium instrumentumq;, in ferculorum structores, in scurras, in ludios, in acroamata, in thymelicos, in eos quos à cauillis habẽt & à uoluptatibus, in deliciarum mille nomina. Adde etiam, si placet, in aleã, & in eadeniq; quæ non nisi subdititio nomine in rationes referuntur, & quæ ijs contribuuntur quæ feriatos oblectant, & animi causa uel morigeris uel aliter obsequiosis expẽsantur. In his nominibus ita consumptã acceptorũ summã inuenies, ut uix decima pars in erogationes pias & in rem dominic

In aulicos sacerdotes.

In luxum pontificalem.

Expensare est expensum ferre in rationibus factitãdis.

dominicam supersit. Et hactenus ita loquor homo obliuiosus, quasi in libros coëmũdos nihil attribuatur, & in eos quos antistites nostri (credo) à studijs habere solẽt. Certè multi sunt eiusmodi, multi inquam sunt, queis omnino decebat bonis interdictum esse, & curatores ut furiosis dari, aut aliâs mente captis. id quod nullo iure pontificio satis cautum esse mirũ est. Ecquæ enim esse maior dementia potest, quàm si seruus per nequitiam peculium dilapidet à domino profectũ seuerissimo, qui uitæ & necis horrendæ liberã potestatẽ habeat? Quomodo igitur helluones sacri patrimonij, paria cum rationibus domini faciẽt ad extremũ, qui nihil nunc pensi habere uidentur quo minus amplissimorum sacerdotiorũ redditus in delicias & nugas & fastum ab eo ordine abhorrẽtem prodigãt? atq; ita prodigãt, ut nõ sibi tantum dãnosi & exitiabiles esse, sed etiam conspicua luxurie periculum & errorẽ contuẽtibus creare uideantur? Nam qui eos nec dei nec legũ uident esse metuentes, sensim & ipsi plerunq; sacræ legis exuunt reuerentiam. Nisi uerò putamus prægrãdes à maioribus nostris uberes q; possessiones, nõ modò gentilitijs hæreditatibus detractas, sed etiã iuri humano & cõmercio exemptas, ut libidini & uoluptati sacerdotali seruirent: opimaq; prædia optimo eos iure ac nulli uectigalia tenere uoluisse, eorũ ut asseclis cincinnatulis prælautoq; cultu nitẽtibus stipendia pẽsitarent: aut prædia & prætoria coëmpta magno, atq; ædificata, propinquis relinquerent? Dominus noster è prouincia iamiam decessurus palàm uociferatus est se uiã esse & ueritatẽ. num igitur aut ipse, aut eius è uestigio sequaces hæc exẽpla prodiderũt? nuncubi in ea uia quã inierunt, harũ rerum uestigia reliquerunt? Ecquãdo autẽ hæc uestigia in montẽ ferre sacrũ

uisa sunt? postremò ecquis hanc uiam secuit, eorum quidẽ quos decreta pontificia inter diuos referendos esse cẽsuerunt? Verũ (ô superi boni) quo'nam modo Christi imitatores esse possunt, qui & parẽs ipse charitatis, & assertor summittentium se animorum fuit, si familiæ domini benignè non faciunt, aut si animo sublimipeta eminere super cæteros & suspici omni modo gestiunt? O' religionẽ neglectam, ô mores euersos & præposteros. Hi fartores & cupedinarios, & luxus uoluptatisq; institores adiuuant, quos frugalitatis, & continentiæ auctores esse decebat, ut domestica parsimonia quæsitis, egentiũ & destitutorum multitudini opitulari possent. Quòd si ij qui profana patrimonia uel hæreditate uel iusto mãcipio acceperunt, conficiendarũ rationũ lege non sunt soluti (id enim responsis eorum cauetur qui diuini iuris prudentes fuisse perhibẽtur. nec ratione caret. Nã quis nostrũ non precariò possidet quicquid habet, & uectigale possidet? Sed nos exitiabili errore ducti, aduẽtitia nobis omnia esse credimus, & omni præstatione libera, quæ titulo quocunque ciuili parauimus.) Si igitur profanæ facultates, & omni religione puræ, ita tamen affectæ sunt primigenio iure, & ita in fide summa positæ rerum omniũ conditoris, qui quiduis quocunq; tempore pignerari pro potestate possit (ut unicuiq; mortalium accepti debeat & expensi ratio apud deum cõstare, nisi nexum ad extremum ultimi inire) quid ijs fiet seruis nequã, qui nihil non habent peculiare, & nulla non in parte peculij cõturbare noscuntur? utrũ uerba pro rebus creditori eidẽ & domino sperãt se reddituros? At is nomina se exacturũ fœneratoria acerbitate prædixit. Nunc autẽ homines cẽtesimo comite feroces, opibusq; æmulis regiæ opulentiæ, maxima tum pecunia miseri

miseri appellabũtur. Num igitur debita tunc transcribere licebit, aut expromissores dare? quos? Nullus enim præsto erit qui expẽsum sibi aliquid ferri uelit, eorum quidẽ quibus dominus fide sua dari iussit: nec dominus acceptũ ferret, quicquid non in pias aut honestas erogationes expẽsum est, atq; in rem suam uersum, & in pauperum. Age quo'nam tandẽ modo rationes suas domino approbabunt, qui omnia uel pleraq; nõ Christo, nõ paracleto, nõ sanctis innocentibusq; suffragijs, sed Mercurio, sed commercio, sed sacrilegæ ambitioni accepta retulerũt? Restat ut uel alogistiã meditẽtur, si obtineri in eo iudicio potest, aut addicti ut protinus non ducãtur, sed trahantur. O' cimmerias huius uitæ tenebras, quæ plerũq; trans nebulam præsentis sensus nõ cernit. Fit autẽ nescio quomodo ut mens humana uel aulicis delenimentis uel uoluptarijs titillata, ultra id non prospiciat quod adest, uel quod instat. Intestinos enim oculos præstringũt fulgetræ quædam micantes imaginariæ felicitatis, quæ per assentationũ (ut ita dicã) nubila, salutationumq; illiberalium, eliduntur, in illa rapida tẽpestate tollẽtis eos fortunæ. Accedũt ambitio & cupiditas oculorũ meræ suffusiones, quæ ueras rerũ species eos uidere nõ sinũt, imagines ludibũdas oculis obtẽdẽtes, uisus ludificatriculas. Qui si ad seceßũ studiorũ annos saltem uitæ iã uergẽtis ac decliuis cõpararẽt, atq; oraculorũ cõspicilijs sacrorũq; speculaminũ uterẽtur: futura sanè ut præsentia certißimè cõtuerẽtur. Supradicti uerò erroris germana est præteritorũ obliuio surrepẽs. Etenim qui futurã animorũ conditionẽ non prouidẽtes, in delicijs uitæ præsentis libenter acquiescũt (si tamẽ in hac uita deliciæ esse possunt) ij meminisse nequeũt arbitrũ eundẽ & creditorem deum ex edicto suo perpetuo ius dicturum esse

interminatum, ut Caßianam quidem ſententiam horrere debeamus, niſi planè ſtupidi & capti mente ſimus. Nam quum edictum tot præconijs tam minacibus proditũ, tot actuarijs exceptum, tot ſcribis tam grauibus perſcriptũ, tot teſtibus claßicis obſignatum habeamus & probatum (quorũ etiã partim non dubitarũt capite cauere quæ repromiſit dominus, aut interminatus eſt, partim omnibus fortunis oppoſitis fide ſua eſſe iuſſerunt) quid cauſæ eſt quin ſcientes prudentesq; impingamus in offenſionẽ eius à quo prouocatio non eſt, ſicut nec apud eum deprecatio, ſimul ac in iudiciũ uentum eſt? imò uerò quid aliud quàm uiui uidentesq; (ut dicitur) ab hoſte teterrimo obtorta gula trahimur? Cur igitur nos hæc ueritatis imuolucra, maieſtatem etiam ſapientiæ, ſi ad manum aſpicias, præferentia, quaſi uiſa quædã per nebulam (ut aiunt) primi ſomni concepta, deſpicari pergimus? niſi uerò hæc deſpicari nõ uidemur, qui iuſtitiæ diuinæ ſeueritatẽ non timemus, tum illis tot oraculis intentatam quotidie lectitandis, tũ rerũ euentibus prodigioſis & minacibus districtam, ad quæ non animaduertimus, nimirũ tanquam ad inculcatas ſanctiones antiquatæ iam legis aut obſoletæ auribus occalescentes. ſed ſcilicet hoc illud eſt, omneis rationes noſtras in benignitate & miſericordia herili repoſitas habemus. Hac ſpe deterrima mãcipia hilariter uitã ac nequiter agimus. Quin igitur accingimur ad eã benignitatẽ quoquo modo prouocandam? Videamus per ſuperos immortales, ne contemptus hic ſit potius diuinitatis, quàm meditatio quædam ueniæ conſequendæ. Commenta certè ſunt iſta ueteratoris ſpiritus, qui primæ noxæ ſuaſor & impulſor, in hanc errorum odyſſeam genus humanum deduxit. quanquam impudens eſt atque improba noſtra hæc deprec

Oracula intelligit ſacra ſcripta quæ quotidie commemorantur in eccleſia quaſi ad refricandã quotidie memoriã legis.

In odyſſea Homeri errores Vlyxis deſcribuntur mirabiles, quare hic metaphorice pro magnis ac uarijs erroribus ponitur odyſſea.

deprecatio, non cauſam perorandam meditantiũ, ſed diſſolutam miſericordiam oſcitanter implorantium: qui quidem ex uinculis ſcelerũ & delictorum unicuiq; noſtrum cauſam eſſe dicendam ſciamus, iudiciumq; ſemel ſubeundum prouocatione abſciſſa. Nunc quandò unumquenque blandiri ignauiæ ac iniquitati ſuæ iuuat, uideamus quo iure, qua actione, qua formula cernere eam hæreditatem poßimus, quã Chriſtus dominus noſter teſtamẽto illo ſuo in procinctu nuncupato, ſequacibus ſui reliquit. Si quis (inquit) uult poſt me uenire, tollat crucẽ ſuam. Hæredes ſuos futuros tollere crucẽ quemq; ſuam, & ſe ſequi è ueſtigio iußit: alioquin indignos hæreditate ſua pronunciauit. Quibus uerbis quid aliud agit, niſi eis qui in album æternæ prouidentiæ referendi ſunt, præſcribit, ut per ea ueſtigia quæ ipſe inter mortales agens impreßit, æternã beatitudinẽ inueſtigandã habeãt, ut per huius ſeculi ærumnas atq; inculpatæ uitæ ſalebras ad ſummã tranquillitatem & ſecuritatẽ tranſeant? quæ legitima pars eſt hæreditatis quam Chriſtus ipſe familiæ ſuæ ſpopondit, & adeundam reliquit. Hanc hæreditatem ſi ſummo & legitimo iure (quod ius quatuor tabularũ appellare poſſumus) adire iam nequimus (quandoquidẽ diuorum & beatorũ reliquias quaſi oſſa gigantũ heroumq; mirabimur, quorũ ſimiles nullos edunt ætates iam effœtæ) at certè libentes faciamus ut formula quadã indulgentiore æternã bonorum poſſeßionem aut petamus, aut poſtulemus. Id enim ſanè eſto perinde ac ſi legitimo & antiquo iure inter hæredes cenſeremur, ſiue ſummũ ius dominus, id eſt euangelicum, ſeculis infirmioribus remiſit, ſiue potius ita nunc credi ex uſu uitæ delicatioris eſt. Sed uideamus quæſo ut ſecũdum tabulas bonorũ poſſeßionẽ petamus, quandoquidẽ nec iniuſtas

Quatuor euangelia ſignificat.

iustas eas tabulas nec inductas aut irritas esse nouimus. Neque uerò bonorũ possessores erimus aut hæredes, & non commoda incõmodaq; hæreditaria iure in nos transibunt. siquidẽ bonorum appellatio in utranq; partem uelet, etiam indulgẽtiore iure, quod prætoriũ uocant. Ita fit ut nec hæredes esse Christi, nec bonorũ possessores queamus, si præsentis uitæ delicijs perfrui laboramus. At nos uelut agnatione quadã infirmioris naturæ, & posthumæ licentiæ, nec iam eam legẽ ferentis quam deus immortalis sanguine Christi sui charissimi sanxit, testamentum diuinum & æternum ruptum iri, nobis diro errore persuademus, aut irritum tandem quoquo modo factum iri. Quasi uerò dominus idẽ & pater ad hæreditatẽ impios liberos seruosq; contumaces admissurus sit, nec alios olim obsequẽtiores & bonæ frugi quæsiturus, in quos caducas partes transcribere hæreditatis suæ posit. tametsi id testamẽtum quonã modo rumpi potest, quum in eo nullus prætheritus sit: etiam si primis ceris pauperes instituti sunt, & ab eodẽ gradu exhæredes facti diuites sarcinis præpediti. Quare qui supplicia impiorũ euitare, et superũm præmia mereri concupiunt: hoc uidere debent, & præcipuè antistites, quibus cum nũc nobis res est, ne per redundantes opes uitam delicatã traducãt: sed ut seruatoris nostri exemplo, qui ærumnosam suis uitam præscripsit & indigam, sarcinas & ipsi suas mulis (ut dicitur) Marianis cõuehant: quod nihil aliud esse puto, quàm inter cruciatos & furciferos dominũ signiferũ è uestigio sequi. Huc adde charitatẽ comitem fidelissimã, digitũ transuersum à uiro bono non discedentẽ. adde animi æquitatẽ in spem semper intentã, quasiq; uiatici largã benignamq; suppeditaricẽ. iam intelliges nullũ esse hoc mollius uehiculũ, etiã si per

Alludit ad ea testamẽta quæ rumpuntur agnatione posthumorũ hęredum. Agnasci est post nasci, & agnascitur hæres defuncto, cum posthumus in lucẽ editus est.

Rumpitur testamentum, si liberi præteriantur in eo, hoc est nisi nominatim hæredes aut exhæredes fiant.

Animus æquus omnia in bonã partẽ interpretatur: & prouidentiæ diui-

prærupta & confragosa, uia nobis ineunda sit. Quis autem hæc reputans, cõpotes eos mentis existimare possit, qui quum uni pontificatui uix queant satis esse, alterum etiam addere uel plureis non dubitant? Quis non mente captos sacerdotes iudicaret, qui modũ utriusq; paginæ nullum esse arbitrantur, quum ipsi maximè imitã atq; subducta ratione actum suũ domino probare teneãtur? At nunc pontificatui cœnobiarchiã quasi coniugẽ adiungere, tam solenne apud nos cœpit esse, ut mancus pontificatus aut cælebs alioquin esse uideatur, perinde atq; si semiuirum coniugẽ esse contendas, qui uxori pellicẽ non admouerit. Ego enim hæc in plerisq; sacerdotibus tam inter se dissidere censeo, quàm cõiugem & pellicẽ in hominibus profanis, etiã si de hac re iurisprudentium antiquorũ responsa annos ferre (ut dicitur) hac ætate non uidentur, mundo iam præcipiti. Quanquã quid aut cõfidentius admitti aut amentius potest, quàm eum diem nõ extimescere, quo dominus noster sententiam laturus est de cuiusq; meritis, iisdem ipsis conscriptis & assidẽtibus, & uitæ dissimilitudinem istis exprobrãtibus, quos potestatis in nos suæ auctores nobis laudãt? In quo admirari subit hominũ uecordiã, uel dirũ quendã furorẽ, qui successorio iure putant ad se à Christi pedissequis potestatẽ, non etiã sanctitatis & continentiæ & submissorũ spirituum necessitatem, transmissam & delatam. Enimuero palmariũ illud (credo) apud deum inuentũ, fiducia contracta antistitia retinendi quæ inter se aliâs colliduntur titulis dissidentibus: uidelicet quasi perpetuæ fiduciæ nõ instar plenũ habeãt tituli legitimũ, quod ad fruẽda quidẽ sacerdotia pertinet, aut quasi impostura fieri possit diuinitati. Quid enim refert, mandati, an negotiorũ gestorũ, an quasi ex cõtractu tenẽatur, cum

næ esse censet, quicquid secus accidit, in bonum q; tandem cessurum: quare nihilo desti tui sibi uideꝛ.

De iure successorio tractatus est in Pandectis sub titulo de successorio edicto.

Alludit ad actiones bonæ fidei.

cum utraq; actio bonã fidem agnoscere debeat? Proh deum hominumq; fidem, gratum id esse prouidentiæ credam, ut qui uirilem operã implere non uidẽtur, ter aut quater, & ultrà antistites appellentur? & qui tres ciere sacros canones nequeunt, ternis sæpe lituis turbam doctorũ summoueant? Illíne ut fiduciaria legitimis antistitia cõiungãt, quasi in hominũ penuria singuli multorũ prouincias obire nunc cogantur, quũ tot graues uiros, doctrina & moribus commẽdabiles, primorũ (ut ita dicam) digitorum fluctu ursino more uitam tolerare uideamus? Præclarum uerò exemplum, & in uniuersum ad religionis orthodoxæ decus atq; incrementũ pertinens, homunculos bonarum artium ignaros, titulosis & multorum uersuum appellationibus insignes haberi & augustos: quum interim docti uiri, ac uitæ sanctioris ornamẽtis præditi, puris nominibus nuncupati, ac capite tantũ censi, cum fugillatione cultus diuini, egentes uitam transigãt? Profectò si uerè res humanas æstimare possemus, nos magis monstrificos istos esse quàm Geryones illos in fabulis decantatos iudicaremus. Concionator quidã perlepidus & facetus cauillari non pridẽ ita eos solebat, ut diceret huismodi istos sibi uidere, quales sunt quæ in ædibus sacris mutulares statuæ pilis aut columnis imponuntur. ut enim illic simulacra quædã uelut oneri cedentia uidemus, quæ uel mutulorum uicem sustinẽt, uel extra abacos mutulorũ proiecta sunt, eamq; speciem intuenti præbent, ut magnopere niti operi ferendo atq; insudare uideantur, quum re uera sensu sint carentia, ac nihil ipsa facie nitentium saxeam adiuuẽt firmitatẽ: ita Atlantes istos sanctos summis scapis columnarum in fano domini superpositos, titulosa quidem illa amplitudine, appellationũq; maiestate, uenerandorũ senum instar

Atlantes.

instar sanctitatemq; præferre moris est, speciemq; luculentam præbere grauissimorũ patrum, sanctuarium domini fulcientiũ, & uerò cælum (ut ita dicam) sustinentiũ. Stupidam autẽ eorum ignorantiam, aut incuriam dissolutam intuẽtibus, patere nihilo eos utiliores statuis lapideis esse, quod ad munia quidẽ sacrosancta piè ac religiosè obeunda pertinet, simul ad maiestatem legis diuinæ inter homines religiosè & accuratè conseruandã, quod firmamentum est ipsum maximũ ædium diuinarũ. Proinde ut monstra hominũ immania antiquitatis sensus nunquã cælo delapsa esse censuit, sed terrigenas eos & poẽtæ & sacri uates appellauerũt, ut gigantũ nomen indicat, & ad perniciem mortaliũ editos esse perhibuerũt, eorum internecionem aut diuinæ ipsi potẽtiæ, aut heroicis ærumnis ideo dedicantes: ita nos precari sperareq; debemus summum quendam pontificẽ cum Senatu purpurato quamprimum extiturum, qui diuino numine instinctus, cum ob alia in re ecclesiastica constituenda promerita, tum uerò ob hunc ipsum laborẽ, Herculis Alexicaci appellatione nobilitari uelit. Quin & ipsum iam esse credere fortasse debemus. etenim qui nunc summæ rei Christianæ præest, lætis auibus renũciatus, tantã etiam alioquin expectationẽ sui excitauit, ut insignẽ omnino ac nobilẽ facturus pontificatum suum clarissimis institutis putetur. At uerò istos esse gigantes elogio grauissimo illius sapientis apparet, qui in Parabolis symbolicis inquit, Vir qui aberrauerit à uia iustitiæ, in conuẽtu gigantũ requiescet. At nos uiam iustitiæ eam demũ esse diximus, quã Christus nobis præiuit inter mortaleis agens. Ipse enim præmonstrator fuit uiæ ferentis in cælum. Ipse eorum fuit Hercules portentorũ, quæ ne uirtus quidẽ heroica cõficere aut superare potuit. Porrò

Gigantes.

Leo.x.

gigan

gigantum pedes in draconũ uolumina desiisse fabulæ tra-
diderunt: quo figmento prisci significare uoluerunt nihil
rectum istos homines, nihil arduum cogitare, sed omneis
eorũ actus, omneis animi sensus humi serpere, uel uerius
deorsum uergere ad inferos. Hæc dedecora, hæc monstra,
ex religione recta & clarissima, & in cœlũ semper in-
tenta, tolli, cum optimus quisq; hodie & grauissimus pri-
mi, secundi, & ultimi sacerdotum ordinis poscit, & hoc
unũ in uotis habet, tum uerò interest exempli in uniuer-
sum, rectè atq; ordine cõstitui rem clericã & ecclesiasti-
cam, ne reliqui ordines in posterũ tam grauiter opinẽtur
de ordine sanctissimo sacerdotũ, cuius omnia facta, dicta,
significata, magnopere pertinent ad exemplũ. Atqui ne-
cesse est ut nostræ memoriæ antistitum licentia luxu dis-
fluens & conspicua, stultitiã priscis exprobret, qui disci-
plinæ tenaces euangelicæ, uoluptatem ac diuitias procu-
summouerunt à contubernio suo: aut ut eorũ sanctimoniã
impietatis istos insimulet ac manifestos reddat, qui for-
tunæ magis quàm ueritati litare cupientes, religionẽ or-
thodoxam (quantũ in eis fuit) in insulas relegarunt de-
liciarum nescias. Quis enim est hodie quin sciat & prædicet cò seueritatem ecclesiasticam, sanctitatem, maiestatem decidisse, ut quos disciplinæ exactores esse seueriss-
mos oportebat, omniũq; officiorũ arbitros & præitores
ad pietatẽ religionemq; pertinentium, ij remissiorẽ uitam
& licentiæ atq; incuriæ plenam non modò amplecti, sed
etiam fouere tueriq; uideantur? Hosce autẽ homines qui
credat, quum hoc faciant, fidem bonã rectamq; agnosce-
re? Quin & eò iam uenisse nos puto (dicam enim quod
sentio) ut sine culpa fortasse is cessare nequeat, qui neg-
lecta cõstituturus, conuulsa restituturus, incondita digestu-

rus ab omnibus existimatur. Fit enim mirè interdum, ut
publica expectatione, bonorumq; & grauiorũ opinione
futuri, maior multo grauiorq; persona summos honores
gerentibus imponatur, quàm ut munere suo translatitia
industria obeundo perfuncti esse uideantur. Quis autem
nescit haud ita pridẽ selectos lapides sanctuarij, ita uel dis-
persos uel disiectos fuisse, ut collapsa ecclesiæ maiestate,
ipsa iam dei sponsa ueluti fidei cõiugalis oblita, non modò
à sponso diuertisse, sed etiam nullo pudoris respectu, per
triuia, per plateas euagari licenter uideretur, mereréq;
prouinciatim? Quis pastores ipsos ueluti fugitiuos, non
dico gregis desertores, sed etiã factos abactores nõ memi-
nit? Quid? ipsos præsulũ coryphæos non ne ita præpostè-
rè se atq; impurè gessisse uidimus, ut quos ad cõpositi de-
coriq; status habitũ & speciẽ formare chorũ decebat, &
eam saltationẽ docere quæ emmelia dicta est ab emendati
motus & pacati cõpositiq; cõcinnitate, pyrrhichã illi ipsi
(ò summã indignitatem) præire, id est armatã, non dubi-
tarent, à sanctitate prorsus ordinis abhorrentem? Ita ne
uerò qui ad sacra & spiritalia certamina prodeuntium
summi unctores erãt, et qui tum pij fortasse belli auctores
esse debebãt pro aris & finibus sacris in profanos & im-
pios populos decernẽdi: ijdẽ ipsi lanistæ Christianarũ ui-
riũ uideri maluerũt, ut ad internecionẽ nominis sacrosan-
cti inter se cõfligerẽt? Quũ hæc igitur ita euenisse cõstet,
atque eas res ab illis fuisse gestas, ut alter uir ingeniosior
q̃ religiosior, de calice iræ domini, alter uir uehemens &
acer, etiã de furoris bibisse hausisseq; uisus sit, uterq; autẽ
dum animo suo nimiũ obsequitur, fas nefasq; miscuisse, hic
eo amplius pollutorũ sacrorũ religione augustiũ & sacro-
sanctum uerticẽ obstrinxisse cõpertus sit: consentaneum
est utiq;,

In bellatores pontifices.

Leo decimus. Cõpellat duos pontifices quibus succesit Leo decimus.

est utiq;, ut Leo, qui diuino (ut credimus) numine, illis de medio sublatis, & fortasse de cælo tactis, subinde in locum eorũ suffectus est: is nunc orbe propemodũ tranquillo & cõposito, architectonica iam ratione dominici diuersorij maiestatẽ instaurare laboret, priscis etiã modulis aut certè pristinis adhibitis. nam & ipse suffectus statim nutantẽ sanctuarij compagem celeri manu stabiliuit. sic enim res nata ferebat, ut structorũ manibus adhibitis, præsentissimi consilij tibicine fulciret, atq; ordinis interim amplissimi cõcordia ueluti confibularet. Proh superi immortales, qui status ille fuit, qui decor rei clericæ, quæ religionis reuerẽtia, quũ omnia propè in hoc orbe quà sacra, quà profana, uæcordiæ frenis regerẽtur, fatali inclinatione mundi? quum primigeniæ noxæ suasor, à Christo quondã dejectus animorũ possessione, immò uerò scissa gaudens discordia pala, ultro citro cõmeans, furoris faces utrobiq; suggereret, & Romæ quasi in arce religionis incendium miscereti? & hinc senatus stultitiæ & temeritatis (ut ingenuè fatear) illinc pertinaciæ inusitatæ ac fanaticæ frontem fronte conterentes, ut ille prophetes inquit, decreta futilia impiaq; perscriberẽt in æde Bellonæ coacti? quum cleri magister sanguinarius, effractis timoris diuini repagulis, feras (ut ita dicam) in populum contumacem illum quidem (neque enim inficias eo) sed tamen populum domini, immitteret, & Gallorum partes earumq; fautores diris execrationibus dẽuouens, scelere plusquam tragico orbem penè tõtum religione solutũ, in deuotos concitaret? Id quod cum in religionem à populo (ut assolet) & pia nobilitate traheretur: mirum est quòd ij qui decretis utrinque interfuerant, uel eorum auctores fuerant, religione alligari sese non intelligebant: qui utinam iam planè

Prophetẽ Ezechielem significat. c. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorẽ frontibus eorum.

planè exoluti sint, tanto pietatis uulneri cicatrice nunc obducta Leonis prudẽtia. Enimuero si (quod ominari nolim) religionis ipsi uertici aliquid acciderit, uel sacri senatus pius ille impetus ita relãguerit, ut extemporali semiruti fani reconcinnatione acquiescere in animum induxerit, nec sarctũ ac tectũ cõtuberniũ domini præstare ad prisci perpetuiq; edicti formulam contenderit (duntaxat quantũ ferre ratio huius ætatis potest, neq; enim ad uiuũ ulcera in corpore tã delicato resecandã cẽseo) quid aliud quàm inani expolitione, aut tectorio quodã speciosi concilij, perlucẽtem ruinã interlitam esse temerarius rumor cauillabitur? Cuiusmodi culpã reprehensam esse ab Ezechiele scotino uate puto, capite decimotertio oraculorũ suorum. Quid uinea domini? nonne ita degenerauit in labruscas, ut primo quoq; tempore repastinanda uideatur, & ex situ & carie negligentiæ, pastino quodam restituenda censuræ? Certè manum poscit ipsa & flagitat solertis & industrij uinitoris, qui palmites fructuarios & munifices à pãpinarijs & inanibus internoscat. Nã quũ uel insciti uel incuria pampinatorum, maxima adhuc quæque uitis ita in materiem inanem frondes'que eluxuriauerit, ut agricolæ non fructui sed stirpibus consuluisse uideantur: factũ est ut immunes pãpini plurimis singuli statuminibus nõ modò impedati, sed etiã impediti, omnia latè occuparent, uitibusq; rectè exputatis & frugiferis locus in uinea non esset, aut ita certè locus præumbratus esset, ut statumine eas uel nullo uel infirmo uinitores adminicularentur, nec fructus eorum in solem prodire, & exemplo esse posset. Atq; in hac deformitate culturæ, & pœnuria fructuariorum palmitum, subsidiarij nunc rari submittuntur, qui quidẽ spem certam proximi fœtus pol-

Hic intelligitur cõsilium à Leone indictũ quod pietatis speciem præferebat.

Sarcta tecta Romæ prætores locabãt & exigebãt, & redẽptores præstabant ex formula edicti prætorij, ut Budæus in Annotationibus dicit.

Vinea domini.

liceri existimẽtur. Hæc igitur animaduertere etiã etiãq; summũ domini uillicũ necesse est, & falce canonicæ censuræ ad eum modũ circuncidere quẽ unaquæq; stirps ferre posse uideatur, ut in restibili uineto eam fáciem agnoscamus, quæ non abhorrere dicatur ab ea fórma quam dominum eiusq; operarios uineæ colendæ prudentes olim instituisse notum est. Neq; non eadem defórmitas in agricolatione cernitur, et cæteris in partibus familiæ domini. Iam primum latifundia ijs uillicis committuntur, quorum delicatæ manus & otiosæ, callo nunquã obduruerunt stiua in sulco tenenda præsularis disciplinæ. Deinde operarum decurias in agrũ inductas uidemus partim liberè licenterq; spatienteis, partim opus arbitrarium nullo submonitore faciẽteis. Horrida uerò culturæ facies, quum in centuriali fœcundoq; aruo uideas grandiores glebas obiacentes, ac scamna quædã cruda nullo uomere iterata doctrinæ probabilis, quæ agricola remissus & prœuaricator transmisit insubacta. Eiusmodi esse scimus sacerdotes quosdã primarios omniũ artiũ imperitos & rudes, nullo animi ornamento excultos, nulla crate rerũ aduersarum aut molestarũ aut laboris occatos & subactos, ut ad frugẽ aliquã bonã uitæ sanctioris peruenirent, qualesq; Homerico uerbo inertia terræ pondera nos appellare possumus. Hic est enim fermè habitus, hæc similitudo quorũdã sacerdotũ, de quibus nunc loquimur, qui in circunfluenti opulentia saginati, otioq; ac securitate marcentes, & uelut in cœno uoluptariæ uitæ luxusq; redundantis obruti, ut inertes in aruo sulci qui limo obducti sunt, ne semẽ quidem sibi creditũ reddunt, nedum fructũ afferunt cum fœnore multiplici. Deus immortalis, cuiusmodi antistites eos esse, aut sacerdotes dicemus? quid animi habere, quid pensi

pensi & cogitationis credemus? quam æternorum bonorum segetẽ ipsi ex hac sui aliorũq; cultura demessum ire sperant? Laudẽt ipsi unũ tantum harũ rerum auctorem, eorũ quidẽ qui publica religione consecrati legũtur, & ego dabo manus. Inferorũne igitur supplicia plebeculæ terricula esse credunt, & ea quæ de æterna beatitudine scripta sunt, argumenta theatrica? Quã spem autẽ tandẽ salutis habere possunt, qui cũ sint principes sacerdotes, & in puppe gubernacula tenentes, meridie in scopulos impietatis impingũt? & quum splendore uitæ prælucere familiæ dominicæ debeant, erroris illi nobis & hallucinationis caliginem tetrã ob oculos offundunt? Atqui in hac ætate quidquam à uia ueritatis deflectere, nihil aliud esse puto, quàm impingere in scopulũ meridie, id quod inquit Esaias sacrorũ uatum Homerus. Etenim per deum perq; ueritatẽ ipsam, possunt'ne aliquo tẽpore mortales cognitam magis ueritatẽ, amplius cõpertam atq; cõprehensam tenere, manibus etiã palpare, & ad manũ contueri, quã nobis habere diuinitus contigit post omnium errorum præstigias explosas, post redditam religioni orthodoxæ plenam tranquillitatem? Heu pietas, heu prisca fides, maiores illos nostros senatus & equitum populiq; consensu consecratos, & inter diuos relatos, certa & explorata ueritatis persuasione dimouere nemo ne admotis quidem & exercitis cruciatibus potuit, quũ tamen adhuc omnia errorum caligine permixta uiderentur, nec ea fide abducere, in quam semel sacramento dicto uenerant, cum omnia adhuc passim bellis intestinis arderent. Nos in ueritatis contubernio nati, uberibus sapientiæ lactati, in gremio (ut ita dicam) doctrinæ supernæ educati sed delicijs secularibus coaliti et deprauati, ad solẽ cõniuemus,

Esaias sacrorũ uatum Homerus. Esaiæ cap. 59. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

Veritas contubernalis est hominum, quando Corp° Christi in ęde sacra situm est.

oculos callganteis ad nebulas detorquentes, quas è terra inferneq; exortas ipsi nõ ignoramus. Qui si ueritatẽ satis animaduerteremus, non ipsam modò mortaliũ contubernalem dũ sacris operantur, sed quæ se totam nobis indulget hauriendam, in cordisq; recessus penitus admittendam sanctifico illo crustulo quo animos humanos ueritas ipsa Christus quotidie pigneratur & uẽdicat: superi boni quàm ex alta cõtemplationis specula fastum & opulentiam non iam secularem, sed uix etiã lustralem contemnemus? Quàm ridiculos esse istos, quàm miseros iudicaremus, qui immaneis titulos suspicientes, optimos propemodum maximos appellari sese gestiũt? Sed quis iam sacris operantium satis hoc agere, satis inquam uidetur? ut antiquo uerbo sacrificali loquar. Equidem magnopere ipse admirari soleo, cũ me in penetralia animaduersionũ abstrusi, tantam humani animi acrimoniam tam uehemẽter hebescere ad ueritatẽ comprehendendã, & memoria tenendam. Quũ enim humanarũ legum sanctiones uel minantes supplicia, uel spondentes præmia, ita uel hortando uel uetando imperij sui maiestatem retinere uideamus, ut strenuissimus quisq;, uel æterni nominis cupidissimus, præcupiditate referendi præmij uel palmaris uel compendiarij, rationem propemodũ nullã temporariæ lucis habere existimetur: prudentissimus autem quisq;, ac sui amantissimus, ita minacibus edictis obtemperet, ut non nisi uecordes homines, aut lucis tædio capti, in fraudem quoquo modo capitalem incidãt: quì fieri posse dicemus ut tot Christianæ legis capita homines sanæ mẽtis pro nihilo penè ducant? Quippe cũ humanæ leges, quæ quidẽ aliquid uetẽt, minaces tantummodo esse soleant siquid secus dolo malo admissum sit: lex charitatis & innocentiæ, qua nemo non

Optimus maximus cognomẽtum est Iouis.

In præceptorũ Christi cõtemptores.

æquali

æquali sorte tenetur, non minis modò horrendis, & inauditis antea, sed etiã præmij & operæprecij centuplicata pollicitatione, atq; adeò sexcẽtuplicata sancta est: & nihilo secius mens humana spiritalibus auribus capta, pollicitationes iuxtà atq; interminationes diro stupore publicè priuatimq; transmittit. Videlicet sic natura comparatũ est ob capitale principũ parentũ admissum, ut cordatissimi ad sensu percepta mortales, ad intelligibilia, atq; in spe aut expectatione posita, excordibus similes sint. Quod futurũ prouidẽs uates deo plenus, in funebri carmine, quas threnodias uocãt, quũ funere elatã ecclesiæ maiestatem in uniuersum queribũda uoce ecciniit, tũ sigillatim animæ cuiusq; Christiano sacramento initiatæ, huiuscemodi mulctã lamentatus est. Ait enim ecclesiam, uel animam humanã, quæ quondã diuinæ disciplinæ tenax, templum domini dicebatur, & scamnũ pedũ eius (quippe cuius mores & instituta è uestigio sequebatur) obrepente sensim rerum caducarũ desiderio, de cœlo ita esse detractam, ut quæ prius in rerum æternarum contemplatione cælesti uita præsumpta, inter superos agere uidebatur, & in imaginaria diuinitatis intelligẽtia acquiescere, nũc cælo delapsam, in caligine multiplici erraticorũ affectuũ esse mersam, propemodum ut dominus in obliuionem sui sanctuarij uenisse nideatur: ac ne id quidẽ modò, sed etiã regnum hierarchicum, & principatus eius atq; ordines mirificè distinctos descriptosq; euertisse, aut certè ipsa contaminasse: eorum etiam castella ac propugnacula disturbasse, cornu principatus confregisse, & brachiũ suũ quod prius ei porrigebat ad hostem propulsandum, retrorsus reduxisse, postremò in eo regno omnia uasta igni flammisq; reddidisse. Quibus uerbis mysticè exauditis,

Threnodiæ.

quid aliud quàm Christum intelligimus, ut ecclesiæ, ita animæ sacris suis initiatæ sponsum, insensum eidẽ sponsæ, ex contubernio ipsam suo depulisse, id est ex innocentiæ & sanctitatis statu, atq; adeò ex editissimo theoriæ gradu ignominiosè deiecisse, quasi stupri cõpertam? atq; eã ob rem illico factum esse, ut hostiles copiæ peruigiles excubias agẽtes, ecclesiæ uel animæ præsidia satellitio diuino uacua nactæ, pro arbitrio suo irrumperent, & præsidiaria manu in potestatem redacta, arce etiam religionis potirentur, uel animi principatu? Ita quum principes ordines hierarchiæ, & mentis atq; intellectus humani principatum, aduersarij humanæ naturæ potentatus uelut in deditionẽ acceperint, à quibus nunc res summa uel ecclesiæ uel animæ magna ex parte regitur, quũ subeunte rerum fluxarũ amore, pietas & ratio depulsæ, rerũ perdiderint habenas: quid superest, nisi ut ambitione & cupiditate et libidine omnia utrobiq; ardere uideãtur? Quas ob res Threnodus ille uates lamentabili carmine dolorẽ suũ testatur, multiplici tropo orationis inculcatũ. Dolet enim atq; mœret ipse salutẽ comploratã generis humani sibi uideri, ob fractã ab clero huius ætatis tesseram (ut ita dicam) hospitij atq; amicitiæ, inter diuinã pridem humanamq; naturam in ara cruciata Christi sanguine confarreatæ, unde adoream æternam sperare mortalibus, & in cælestium collegiũ cooptari licebat, si iure gentium sectissent quod Christus promulgarat. Equis est autem obsecro, qui si statum ecclesiæ, motum, flexum, habitũ, affectiones deniq; corporis & animi, & sessiones ipsas æstimet, quales non pridẽ uidimus, ullam rationẽ haberi oraculorũ, aut omnino sacrorũ monumentorũ iudicet? quasi uerò non monodias ueras in funus animarum entheus ille uates,

uates, sed planè nænias effatus sit. Non pontificiam iurisdictionem ita degenerasse cernimus ex charitate prisca, ut ubi æqui boniq; & benignitatis sinus solebat esse, ibi litium officina capturarumq; improbiorũ nunc esse uideatur? Inde illa formularũ aucupia, & rituũ pontificiorum cautiones ad circunscribendã familiã domini concinnatæ. Inde mulctarum compendia præsulibus enata, acceptorũ paginas luculenter augentia. Indidem sacrilegæ nundinæ earũ rerum quæ in commercio humano sine piaculo esse non possunt. Mitto nunc tesseras non modò ueniales, sed etiã uenales, impunitatem scelerum, & solutionem sacrarum legum sordida benignitate largientes. Itaque sacrosanctos canones melioribus annis factos, ut iis uelut regulis uita clericorũ dirigeretur, & uelut patrũ præscriptis posteri formarentur, iam in amusseis plũbeas euasisse quis non uidet? quales olim fuisse canones Lesbiæ structuræ tradit Aristoteles. Nam ut canones plũbei & molles non structurã operũ tenore æquabili dirigunt, sed ex structorũ cõmodo & libidine flexiles, structuræ accõmodantur: sic canones pontificij ex usu ecclesiæ antistitũ flexibiles plũbei & cerei facti sunt, ut iãdiu instituta maiorũ & sanctiones põtificiæ nõ moribus regẽdis usui esse, sed (propemodũ dixerim) argentariæ factitãdæ auctoritatẽ accommodare uideantur. Quotus enim quisque qui gratias factas annalium legum, & collidentium inter se sacerdotiorum æstimarit, uacationes istas legũ, & non solutiones uocarit? nec istos non una aut altera lege aut munere, digna aliqua de causa, sed planè sacramento solutos esse cõtenderit? Hæc cũ finiũ Christianorũ luculẽtis dispẽdiis expiata sæpe sciamus fuisse historiarũ testimonio, numine non obscurè iram suã in suos distringente:

Taxantur fortasse pontificij iuris libri captionum pleni sext. liber, & Clementinus.

gente: mirũ est sanè, atq; utinã nõ dirũ, quòd sacrosancti potẽtatus solutos se esse omni lege cõfidũt, ꝓpterea quòd institutis pontificijs principes sacris inaugurati, è cælo iura petũt. ne de maioribus quidẽ sceleribus capitis causam dicentes. Miseri ipsi quidem, si apud supremum disceptatorem mitiore transigi conditione çẽsent: scelesti & deplorati, si illic omnino non disceptari sperant. Qui si aliquando recordari possent diuino tribunali apparere toruum illud satellitium Minois & Rhadamanthi, pœnas, furias, erynnias & alastoras, eas ipsas animas captãtes, quas in reatum impulerunt: certè quãuis animo excæcati & uæcordes, tamen toto corpore cohorrescerent. Solenne tamẽ regibus Frãciæ ferè fuit, rerũ suarũ summam ijs hominibus credere, quorũ secus uel consulta uel admissa ipsi uindicare nequeant. Nostra ætas uidit unũ in rerum actu summo liberoq́; præfectũ, qui à uinea domini procul agens, rationes imperij nostri ex sentẽtia animi sui perputabat, inscitè aut incommodè circuncidens: in quo actu aulicum omne ministerium ei subseruiebat. Hic uir quidem haud improbus fuit, animiq́; haud degeneris, sed regendis fatis intentus, anginarium pyrum uorauit: unde Franci propemodũ strangulati, ne queri quidẽ aut expostulare sunt ausi, quoad inter aulicos simul & uiuos agere ille desijt: qui etiã ipse cũ in opulẽto fastu sese ingurgitauisset, haustũ inde calicẽ erroris patriæ exitiabilis, nõnullis suorũ amicorũ successorũq́; propinauit: cuius utinã manibus omniumq́; supradictorum summus ille iudex secus admissorum gratiam ad extremum fecerit. Sedenim (quod dicere cœperamus) status ciuitatis orthodoxæ è sede seueritatis & disciplinæ conuulsus, manũ quandã Pæoniam poscit, ut aptè et placidè in eã reponatur, luxataq́;

Supremus disceptator est extremꝰ & sũmꝰ iudex Christus.

Hic episcopi & cardinales significãtur, q pro rebus male gestis puniri a regibus sine piaculo nequeunt.

ecclesiæ

ecclesiæ mẽbra in artus suos aliquãdo redeant: sic fiet ut principes ecclesiæ nõ auro obryzo, nõ argẽtea supellectili, nõ opimis obuẽtionibus, nõ numerosis titulis opum suarum magnitudinẽ metiantur, quæ gazas regum prouocare, nõ diuitias priscorum antistitũ æmulari uidentur, sed bonis interioris hominis, sed copia doctrinæ, sed ijs animæ Christo despõsæ dotibus, quæ in cordis scriniolis tanquam in gazophylacijs mystici fani cõdũtur. Etenim qui ad superos uiã nõ modò affectare, sed etiã alijs sternere, munireq́; uolunt existimari, quiq́; id omni titulo omniq́; functione munerũ suorũ profitẽtur: ij Christũ diuinitatis emissarium, ac salutis humanæ spõsionisq́; magnificæ sequestrẽ, necesse est ut sequãtur, qui eam uiã primus secuit & aperuit: & sequantur, si non euestigio, ut maiorum illi gẽtium põtifices olim fecerũt, at certè prospectu quàm longißimo, modò ne obliquo, aut etiã diuersißimo. Hæc uia cùm unica sit (una est enim tãtùm ueritas) eam quoquo modo ingrediẽdum nobis est. nã & ipse præmonstrator supernè delapsus, non modò illacire, sed etiã uenire eos iußit, quos in numeros æternos delectus sui retulit. Nũc uerò cùm ab hac uia principes nostri orbis ordines profani iuxtà atq; initiati diuersißimè expatiẽtur, quid inde sequatur, nemo præter eos nõ uidet: qui & oculis & auribus capti sunt, nec oraculorũ prædicta nec cõcionatorũ monita exaudiẽtes. Quæ (malum) autẽ insania est hanc errori publico indulgere patientiam? Egóne ut credam fidẽ eos bonã agnoscere, qui sub exuuijs domini nostri, aram & sacra tenentes, & ipsum denique dominum exosculantes, eiusdem ipsius placita & instituta floccipendant, eisq́; è diametro opposita pugnãtiáque amplectantur? Asseclæ & comites Christi dum

In prauos Christi asseclas episcopos

inter homines agebat, quibus ille decedens è prouincia, uelut compertæ fidei ministris prouincias detulit, quoad in illis fuerũt, nauiculariam solicitã facilitãtes, & procellis agitati, nihil sui habuisse, nihil unquã sibi possedisse traduntur. Istos autẽ qui illorũ prouincijs successerunt, eadem cũ illis potestate præditos (id quod ipsi gloriabundè prædicant) proh superi, nõ pudet argẽtariam facere, opulentiãq; redundãtem omni ope uẽdicare & cumulare. At ab huiusce modi bonorũ possessione illi inter diuos relati eorũ ipsorum auctores cupidè se abdicabãt, disciplinã ipsi parẽtis sapiẽtiæ & ueritatis cõfertis (ut aiũt) digitis retinentes. Ecquid autẽ esse abhorrẽtius, & magis dissentiens ab innocẽtia et simplicitate discipulorum Christi potest, quàm sacerdotẽ ad altare sacra fãcere, & interim comitatũ eius fericatũ, cõptulũ, calamistratum uersicoloribus insignẽ, machæra succinctũ, altera manu capulo ferri subnixum, altera accipitrẽ gestantem, sanctuarium dominicum stipare, & oberrare mensæ sacræ summoto clerico ministerio, gesticulatione gaudentem proterua & prosana? At huiusce modi spectaculi indignitatem oculis sæpe detortis exorbere obmurmurãtes coginur. Itaq; eò iam indignitatis atque insolentiæ uẽtum esse populus uociferatur, ut quos hieronomos esse decebat, hoc est sacræ disciplinæ & institutionis magistros & exactores, auctores ipsi fuerint dissoluẽdæ atq; explodendæ cõtinentiæ. Vnũ eius rei remediũ præsentissimum esse certum est, si in cõstituenda aliquãdo re clerica & ecclesiastica, opimorũ reddituum circũfluentia ad certum quendã modum decẽtemq; circunciatur, pro captu & dignatione cuiusque isonomia quadã decẽti & cõmoda longo interuallo relata, ad rationẽ geometricam, qua

Hieronomi.

ius optimatum regitur. Hæc enim sentina degrauãs exhaurienda est omnino primo quoq; tẽpore, ne sacrosancta nauis pessum eat tandẽ, coorta quadã tempestate maiore. Hoc autẽ Leonem decimum põtificum uerticem, & symphoniacorum domini chorostatẽ, præstare, cum moribus eius & doctrinæ, tũ uerò auspicijs initi ab eo põtificatus conuenit: ut & ipse & amplissimus purpuratorũ patrũ Senatus, tanquã in naui apostolica iam expeditiore sedentes, canere turbæ nauticæ celeusma uideãtur. Absit enim, absit inquam, ut quod de Iulio siue iure siue iniuria creditum est, superis eum & mortalibus fucũ facilitare cogitasse, & concilij obtẽtu frustrari bonorũ & sapientium expectationem piam, id de eo quoq; suspicemur pontifice maximo, qui difficilimo tẽpore, & rebus propemodum perditis & profligatis, omnium seniorum suffragijs renũciatus esse dicitur, prærogatiua tribu doctrinæ suffragantiũ, et indoli magnæ spei atq; põtificiæ, idq; ijs comitijs in quibus nec uitium ullũ obuenisse fama est, nec obnunciationẽ ullam extitisse, aut interceßionem cuiusquã, quæ conspiranti patrũ uoluntati posset quoquo pacto incommodare. O præsentissimã uim numinis, quam suffragia ineuntes patres (ut uocantur) reuerendissimi, hausisse repentè creduntur. Verùm id præcipuè homines tum stupebant, morem tanto interuallo relatum seruandi de cæloratque id eo tempore, quum id minimè futurum quiuis existimaret. Adde quòd eius est, si cuiusquam, pontificij iuris constitutio, qui literarum studium quod iamdiu à publica quidem beneficentia per pontificum inscitiam incuriamq; frigebat, memorabili in omne æuum exemplo excitatũ ire dicitatur. Atqui ego hunc decimũ, claris olim rebus actis decumanũ fore spero quãdoqu

doquidē ueteres omnia decumana, magna esse cēsuerunt. Is igitur cum deo benevolente labantē sacrosancti ordinis maiestatem confirmabit, & priscum decus ac dignitatē clero populoq; restituet. Verūenimuero ut redeam ad id quod dicere instituera m, quū translatitij & penè uulgares priscæ ætatis census, ingētes hodie & penè inusitati existimētur, mundo iam uergētē ad pauperiē, ego demissi animi & angustæ mētis esse arbitror, toto (ut dicitur) pectore incūbere ad comparādas opes, quum ea in re gloriam aut fāmā in posterū nemo possit assequi, ac ne uoluptatē quidē nisi per transennā sentire. Nam ut hians auaritia ingentia lucra cum summa deuorat uoluptate, sic raptim deuoratorū saliua nunquā in os recursat: ut cibus etiā suauissimus in ingluuiem trāsmissus inexplebilē, nullo delectat edentem regustatu: quo fit ut auaritiā ferè intēdi uideamus pro portione quæstus. Quare in literata innocētia, ut olim, ita hodie, & uerioris uoluptatis & solidioris gloriæ maius & copiosius argumētū esse cēseo. Siquidem homines ingenio mediocri præditi, in sapiētia inquirenda omnibus uestigijs monumentorū quæ maiores reliquerunt, quū in dies maiora ea inueniāt, atq; impressiora, uoluptate quoq; sensim fruūtur acriore, etiā si inuentis illis haudquaquā acquiescāt: quum rerum humanarum captus implere auidā mētem intelligēdi nequeat. eadēq; est ratio unicuiq; in memoria ingenij sui atq; industriæ prodenda, qua nulla hodie nec eminētior nec diuturnior potest esse gloria. Auaris autem & quæstuarijs quid aliud immodici quæstus faciūt, nisi curarū aceruum anxietatūq; exaggerant? adeò qui magnarū opum congeries struunt, malorū quoq; sibi & perturbationū (ut aiunt) iliadas pariūt. Eant igitur philopluti diuitiarum amore

amore perditi, quos Christus ut Crassianos nō Christianos limine suo repulit: uitæ suæ institutum admūrentur si lubet ut beatū. Studium etiā literarum irrideant ut inane & ieiunum, dūtaxat nō quæstuosum, quæ Philologia nuncupatur. Nos enim nobis persuasimus, ijs incremētorum gradibus quibus multi hodie ad summas opes uel honores summos ungulis (ut dicitur) omnibus arrepētes euadunt: ascensum in cælū non arduum esse, ut uulgò dicitatur, sed præcipitem potius, ac uergentem deorsum. Mitto quòd Christus pauperum se uindicem & assertorem, diuitum reiectorem frequenti concione professus est. Non dico quòd interpoli humanitate per Christi sacramentum, post eiuratum mundi fastum in purifica perfusione lustralis eius aquæ qua natura humana sibi natalibusq; restituitur, alia prorsus studia hominum esse conuenit, quàm ut ad temporarium aliquod bonum spectare uideantur. Ista non ad normam ueritatis, non ad exemplum Christi, non ad canonem uitæ per innocentiam agendæ nunc exigimus: scimus hanc rationem licentia tēporum ita explosam esse, ut aures iam non habeamus ferendæ ueritati. Vt omnia hæc transmittam: non'ne etiam sensus humani iudicio longè uidentur aberrare, qui titulosis nominibus aucti, & nomēclatura uel honorum uel sacerdotiorum uel prædiorum feroces, quasi his cothurnis fortunæ in uiros prægrandes euaserint, pusilli tamen esse quasi'que ridiculi grallatores uulgò intelliguntur, utpote qui nullis aut paucis bonis suis atq; animi locupletes esse noscātur? Atqui hoc ferè huius ætatis fert cōditio in Frācia præcipuè, ut homines singulari ignorātia prædīti, sæpe etiā ingenti luxu perditi summis ac multis honoribus prædīti sint. Nam et illi ipsi

ipsi si aut oculis aut mente quoquo modo cernere germa nã huius uitæ beatitudinẽ possent, uerasq; diuitias: haud dubiè suam sortẽ deflerẽt ut inopẽ & egẽtem. Cuius rei inter prudenteis cõpertæ & confessæ, auctorẽ tamen lau dabo tum scriptorum omniũ opiniosissimum, tum rerum humanarum æstimatorem callẽtissimum. Nam ut Tiresias olim Thebanus, qui utrunq; humanitatis sexum uicissim habuisse traditur, idoneus iudex esse uisus est apud quem Iupiter & Iuno disceptarent utrius sexus maior esset uoluptas: Sic Solomon, qui ditissimus idẽ sapiẽtissimusq; fuisse elogij sacri auctoritate creditur, unus est (ut opinor) omnium qui hoc possit rectissimè iudicare, & in cuius sentẽtiam pedibus omnes ire debeamus. At is in eo libro qui auctore incerto (ut multi opinãtur) inscribitur Sapiẽtis sapiẽtia Solomonis, ita de sapiẽtia loquens cap. (ut opinor) VII. inducitur, Antiquorẽ eam sceptris habui, ac solio regio, & diuitias nihil esse duxi cum ex cõparatas. Et rursus, Venêre autẽ mihi bona omnia una cũ illa, & innumerabilis opulẽtia in manibus eius. sic enim uerti debuit ille locus: etiã si honestas pro opulẽtia eo in loco et alibi in eodẽ libro sæpenumero legatur. magis mirum est totũ eum librũ admirabili ac recondita doctrina plenum, ab ignaro interprete uersum esse. quo apparet quãtam ignominiã irrogarint diuo Hieronymo ij qui eã traductionẽ eius esse asserũt. Ignorantiæ autem interpretis omnino hoc tẽpore, hac literarũ claritate, hoc põtifice non ferendæ, unũ aut alterum dare specimen satis erit. Primùm in eodem cap. ita legitur. τροπῶν ἀλλαγὰς, καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλους, καὶ ἀφέρων θέσεις. Dedit (inquit) mihi Deus ut scirem solstitiorum uicissitudines, & mutationes temporũ, annorum orbes, & stellarum

Solomon.

Interpretis libri Sapientiæ errata.

D. Hieronym. Sapientiam Solomonis non uertit.

larum situs. In ea autem editione quã ignari literarum græcarum sacrosanctam esse cõtendunt, ut iure recepto comprobatam, ita legitur, Vicissitudinũ permutationes & consummationes tẽporum, & morum mutationes, diuisiones temporũ, & anni cursus, & stellarum dispositiones. Ex quibus uerbis nullus sensus cohærens elici potest. quid enim morum mutationi cum temporũ consummatione? Quis autem non percipit interpretem præter absurdam interpretationem, & cæsurarum cõfusionem, etiam æquiuocatione deceptum in uerbo tropon, quòd sola accentus distinctione solstitiorum & morum significat? Apud Origenem VII. homilia in Leuiticum, quæ ab Hieronymo uersa esse dicitur, ita legitur, Permutationum uicissitudines, et cõuersiones tẽporum, anni circulos, & stellarum dispositiones. Sequitur in eadem editione: Vim uentorum, & cogitationes hominum, διαλογισμὸς ἀνθρώπων: quod ego sermocinationes uertissem, hoc est disputandi rationes. Quid? illud quale est capite secundo, ubi Epicureorum sententia reprehenditur, qui interitum animæ cum corpore asserebant: in qua sententia Plin. secundus fuit. ὅτι αὐτοσχεδίως ἐγενήθημεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐσόμεθα ὡς οὐκ ὑπάρξαντες. ὅτι καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν, καὶ ὀλίγη σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν, οὗ ἀποσβεσθέντος τὸ σῶμα, id est, quia temerè geniti sumus, & posthac erimus uelut non existentes: quoniam fumus est spiritus in naribus nostris, & modica scintilla in motu cordis nostri, qua extincta corpus euadet in cinerem. Interpres noster uel ignorantia, uel supina emendandi exemplaris inertia lapsus, ita trãstulit, & eũ secuti sacri interpretes ita legũt: Quoniã fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ

Vulgata editio bibliorum.

tillæ ad commouēdum cor nostrum, quia extinctus cinis erit corpus. uidelicet quasi nō ὀλίγος σπινθὴρ, sed ὁ λόγος, auctor libri scripsisset. Illud non minus ridiculum cap. XII. Deuoratores sanguinis, & auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere uoluisti. Vbi auctores pro obtruncatores uersum est ignorātia linguæ. καὶ αὐθέντας ψυχῶν ἀβοηθήτων ἐβουλήθης ἀπολέσαι. & obtruncatores animarū destitutarum perdere uoluisti. Hoc enim loco αὐθέντης idem significat quod αὐτόχειρ, licet aliquando auctorē significet. Eodem capite. Tu autē domitor uirtutis cum trāquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. σὺ δεσπόζων ἰσχύος, ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις. καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς. Sic uerti uerè potuit, Tu potentiæ imperitans, ex bono & æquo iudicas, & cum multa indulgentia regis nos. Quis enim unquā epijciam trāquillitatē uertit? Hæc obiter adnotata sufficiunt ad id quod nūc agimus. Sed Solomon rursus de sapiētia loquēs cap. VIII. eiusdē libri, μύστις γάρ ἐστι τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης, καὶ εὑρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ. id est, Initiatrix est enim sciētiæ Dei, & inuētrix operū eius. qui locus itidē oscitanter ab interprete trāsactus est. Proinde si Solomon omniū rerū humanarū diuinarumq; intelligentißimus, sapiētiam initiatricē scientiæ dei, operumq; eius inuestigatricem appellauit, & regiam opulentiam præ sapiētiæ posseßione aspernabilē esse dixit, atq; etiam cum sapiētia omnia bona sibi obuenisse quasi comitatum eius affirmat: quāto magis cōpendij studium posthabere debemus studio literarum? siquidem hoc studium perducere nos ad intelligentiam sapientiæ potest. Intelligentia autem admirationem ciere solet, & admiratio desideriū eius inuestigandæ. at inuestigatio adeptionem parit, & adept

adeptio (ut quidam uocant) fruitionem. ita fructus adeptionis beatos facit, in suprema sorte humani fastigij constitutos, quam Democritus Euthymiam uocauit, quasi dicas felicē & rectā animi constitutionē. cuius hanc summā maximè esse dico, ut res omneis sensiles & caducas altissima mente calcemus, intelligibiles & æternas semper animo uolutemus. Id enim demū est humani sacramēti intelligentiā tenere, quū animū celsum & sublimē in rerū humanarū æstimatione, demißū et supplicē in æterni boni postulatione seruamus. Hæc illa est humilitas, apud priscos posita ignominiæ loco, à Christo autē auctore manās: cuius propria est illa functio in animo, ut quisque optimè sese noscat: quod dictū antiquitas ueritatis imprudens, auctori tamen deo consecrandū putauit. De hoc animi habitu cum innocentia coniuncto dici illud uerißimè potest,

Euthymia

Nosse seipsum.

Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.

Sperati porrò summi boni atque etiā promißi pignus hic nullum maius habere possumus, quàm illam euthymiam, donū haud dubiè diuinū, quo uitam illam cælestē quodammodo præsumūt quibus id diuinitus datū est: qui orbis est ex omnibus numeris humanæ felicitatis aptus, in sese semper uergens, id est in bona & sua & animi, non in externa pronus: aliud nec principiū nec finem alium quærēs in hoc sæculo quidē, quàm in sese diuinitus positū. Hæc est in uita humana summi boni medulla, quā ueluti thesaurū in sacrario sapientiæ conditū, tot philosophorū classes omnē lapidem molientes (ut est in prouerbio) inuenire nequiuerunt. Existimabant enim non ex deo sed ex sese ita aptum sapientē esse, ut in eo planè situm esset an ipse talis esset. Nos autē ex sacris monumētis accepimus arbitrium tantum nostri iuris esse, rectam autē firmamq; animi constitution

Liberum arbitrium.

stitutionem muneris esse diuini, sed ita promiscui, ut nulli
Summum bonum. rectè atque ordine id petenti negetur. Huius summi boni formam habitumq; describens ille sapientũ (ut ita dicam) Plato, in parabolis ita inquit, Beatus homo qui inuenit sapientiam. Longitudo dierũ in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Ex quibus uerbis patet beatitudinẽ huius seculi in inuentione sapientiæ à prudẽtibus positam esse. nec immerito. Longitudo enim uitæ atq; anni uiuendi in dextera eius, & in sinistra eiusdem opulentia & gloria. Quibus uerbis Solomon significauit sapiẽtiam & bonorum æternorũ conciliatricem esse, quam ipse uitam appellat: & eorũ bonorũ quibus hæc uita censetur, quæ in sinistra sapientiæ eiusdemq; dei esse dicuntur, ut auctor est Aretha in Apocalypsim hunc locum enarrans.
Anthypophora illis respondens qui literarum secularium studium damnãt, ut nihil pertinẽs ad ueram philosophiam. Atenim hæc de sapientia in confesso sunt apud omneis qui se probatæ & ueræ persuasionis tenaces uideri uolunt. quis enim negare audeat quæ oraculorũ instar habẽt? Sed quæ nos hodie studia literarum uocamus, nihil eò pertinent. Quid enim literis priscis cum studio sapientiæ, quæ à Christo genus ducit? Quare sapientiæ oracula in rem nostrã uertere non possumus: quibus per Mæandros multiplices secularium scriptorũ discendi curriculũ auspicantibus, ad nullam unquam metam labor euasurus est, ac ne ad legitimã quidem aliquam aut frugiferam scientiã perueniturus: quippe qui numerosæ aut disertæ orationis aucupio sensus omneis accommodantes, in luto semper hæremus lectionis illecebrosæ & blandientis, ex eorum (ut arbitror) numero, quos grandiloquus ille uates Ezechiel cap. XXIII. Chaldæorũ pigmentis & Babyloniorũ lenocinijs nimium captos esse testatur, carũ rerum usu animum polluisse uociferans, rebusq; diuinis commentandis atque

atque animaduertẽdis ineptum reddidisse. Quo loco ego ascensores equorũ appellatos ab eo esse suspicor, qui eloquentiam uel metricam uel numerosam atque oratoriam, figurisq; distinctam, nimiopere concupiscunt, oratione prosa & pedestri non cõtenti sensa mentis & conceptus simpliciter indicare. Huic inertis segnitiæ patrocinio atque anthypophoræ nunc ut obiter respondeam, symbolicum illum concionatorẽ excitabo, qui cap. VII. concionis suæ ita inquit: Lustraui uniuersa animo meo, ut scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam & rationem, & ut cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentiũ. uel ut Græcè legitur, Circuiui ego & cor meum ut cognoscerem & considerarem & quærerem sapientiam & calculum, & ut cognoscerẽ impij amentiam & molestiam, & erraticum circuitum. Dico igitur eos qui ad philosophiam hodie studium suum collaturi sunt, sapientius esse facturos, si non à rudimentis literarum statim ad eam transierint, sed uelut gnaui ac strenui indagatores, per omnia omnisq; disciplinæ monumenta sapientiam uestigauerint: non ut ij solent hodie, qui sapientiam quæstui habere instituentes, temporis compendia sequuntur doctrinæ dispendio, quæ numerosissima pars est studentium in omni genere disciplinæ. Vt enim aues in locum arduum subuolaturæ, non à solo protinus cum locum rectis lineis petunt, sed uolatu uerticoso eò commodius euadunt & facilius: sic animus humanus ad contemplationem sapientiæ melius per cochleam iustæ disciplinæ scandere & intelligentius potest, quàm si protinus ab infimo genere doctrinæ ad summum genus discendi compendio euaderet, scansilem disciplinarum seriem transiliens. Hoc modo Solomon encyclopædiæ gyro lustrasse se
Quonã modo philosophi rationem studiorum instituere debeant.
Solomon Encyclopędiam nouit.

omnia ingeniorum monumenta significat, ut ego quidem interpretor: nosq; hortari uidetur, ut per omnia philosophiæ secularis & priscæ dogmata, uestigia sapiētiæ siqua sunt (ut certè multa sunt) colligere non grauemur, ac lucum saltumq; opacū & abstrusum, in quo ipsa stabulatur magistra, iusta et perpeti indagine accuratā q; cingamus. sic fiet ut quū ad studia sanctiora & monumēta sacrosancta peruenerimus, & uelut ad cubile ueritatis & sapientiæ propius accesserimus, iacentē quidem illam, sed inuolutam, certius agnoscamus. Hac uia & ratione cum & commodior est & certior sapientiæ indagatio, tum uerò quum ad speculandā ipsam ex edito euaseris, uberior est multo constantiorq; contemplatio: nec tam facilè de gradu intelligētiæ & persuasionis certæ deijcietur, qui molli ascensu & anfractuoso euaserit, quàm is qui rectà per arduum assilijt uel arrepsit. Etenim per deum immortalem, quid aut præstantius esse ad doctrinæ maiestatē putamus, aut ad compertæ ueritatis fiduciam firmius & stabilius, quàm quum per infima mediaq; studia ad culmen speculaminū subuectus sis, nosse uel angustas porticus, in quibus Stoici sessitando & soritas aceruādo ærumnosas contriuerunt ætates: uel excipulas amœnas ab illo uersuto animarum aucupe in hortis cōcinnatas, in quibus Epicureorum animi omni absterſa religione, uoluptate ad extremum uitæ deleniti sunt: uel erraticas & expatianteis ambulationes Peripateticorū, qui tantam uim disserendi in nugis cōsumpserunt: uel deniq; copiam ubertatemq; dicendi in Academia illa à Platone nobilitata, odoranda tantum, non etiam tractanda aut propius aspicienda ueritate profusam? ut nunc eos omittam qui nihil constituendo, & de omnibus addubitando, annos bonos perdiderunt quasi in La

Sectæ philosophorum.

in Labyrintho philosophiæ commentandum esse constituissent. Sed quandò harū rerum omnisq; priscæ doctrinæ cognitio, uel oratione prosa uel metrica traditæ, sine Latinæ linguæ peritia comparari non potest, quæ etiam ipsa Græcæ linguæ adiunctione fit longè adminiculatior: hic discendi cursus certis mansionibus distinctus sit necesse est, quarū modum & rationē uel hominum propositum, uel ingenium, uel fortuna temperat. Quare qui hunc orbem doctrinæ quodā rectæ rationis circino ita circunscripserit, ut uel augere uel cōtrahere pro re nata, aut ingenij captu, aut uitæ deniq; instituendæ necessitate nouerit: is si intra eum orbē ita includat eloquentiā, ut per omneis eius partes æqualiter fusam teneat, quasi in corpore sanguinem: is demū mihi uidebitur ad sapientiam inuestigandam uberrimum quoddam uiaticum atq; etiam amplissimum attulisse. Neque nunc de eloquentia illa mirifica loquor rerum omnium tractandarū arbitra, quam fusiorē esse amplioremq; uolunt quàm ut ulla circumcurrēte linea præstitui aut definiri possit. Hoc ego instrumentum philosophiæ ex opibus (ut ita dicam) Chaldæorū atq; Aegyptiorum coactum, præstantius esse arbitror ad uitam hanc etiam per uoluptatē (honestam quidem & probabilem) transigendam, quàm diuitiarū cumulos quālibet opulentos, non Stoicis ipsos cōfectarijs, sed aulicis (ut nouimus) auctarijs aceruatos: adde etiam (si placet) & ad futuram uitam per gloriam illam adipiscendam: quæ mortuorum apud posteros memoriam in perpetuum renouat, cum in manibus hominū libri eorum semper uersentur uiuantq;, id est ingeniorū morumq; simulacra tempore non peritura. Contrà autem diuitiæ etiam Persicarū aut Lydiarum æmulæ, quum in uita uel auaris anxiam solicitudinem, uel

Encyclopędia.

Eloquentia.

profusis ignominiam, liberalibus etiam interdum stultitiam ab assentatoribus pariant: quid post mortem conferunt, nisi si (quod rarũ est) in pias largitiones erogationesq; misericordiæ exhauriantur? Omnium (ut opinor) diuitum, Crœsi & Midæ nomina multo decantatißima fuerũt: at ille calamitate & summo atq; ignominioso uitæ discrimine magis quàm diuitijs inclaruit: hic auribus asininis non aureis insignibus innotuit. Ex eo enim in prouerbium uenit, quòd multos otacustas, id est auricularios & emissarios haberet, rumorũ captatores, & sermonum delatores, cuiusmodi habere solent principes mali, qui stimulante cõscientia securi esse nequeunt. Pythius Bithynius longè ditißimus hominũ priuatorum fuisse memoratur, de quo superius diximus: is tamẽ munificẽtia inusitata magis quàm opibus celebratus est, qui platanum auream uitemq; illã insignẽ Dario Regi donauit: Xerxis copias, id est supra decies centena millia hominũ epulo suscepit, & insuper frumentũ & stipendium exercitui quinq; mensium pollicitus est, ut maximo ex quinq; filijs uacationem militiæ impetraret. Ob quam postulationẽ à Xerxe indignante hac pœna barbarica mulctatus est, filium ut suum occisum in duas partes dissectum aspiceret, cum inter ambas corporis partes ab utraque uiæ parte disiectas exercitus pertransiret: qua calamitate maximè Pythius fortasse nobilitatus est. Quî igitur fieri potest ut diuitiæ felices in hac uita possessores sui faciant, aut nobiles in posterum? Mihi quidem diuitiæ nihil aliud quàm tragicum choragiũ uidentur esse, ad usum temporariæ scenæ à fortuna accommodatum. Quid enim esse dicas aliud uitam administratiuã, & in publico rerum actu positam, quàm scenam quandam hominum personatorum, operam suam & in

Pythius Bithynius.

Diuitias eleuat.

& industriam populo ostentantium, ludos (ut ita dicãm) edente diuina prouidentia? Hoc igitur choragio, si rectè atq; ordine actum quisq; suum peragãt. Sin secus eueniat, futurũ esse dico ut malè ac damnose cum eis fortuna egisse uideatur, quæ ut choragus temerarius & præposterus, eam ipsis personã imposuit, uel impegit potius, cui ferendæ non erant. Eorum igitur qui honestiores personas gerunt, cum plurimos in actu suo conturbare uideamus (ut apposito uerbo utar) eorum tandẽ errata nedum reliquamenta præstent necesse est ij uelut fortunæ ac temeritatis ministri, qui nulla publicæ charitatis ratione ducti, quum eos promouerent, fide sua etiam ipsos esse iusserunt. Sic enim fert ratio suprem̃i ac posthumi ratiocinij, etiam si iure moribus constituto fide eorum esse non solent apud homines. Tandem autem appello non seculum unum & alterum, sed lustrum unum fortasse aut summùm triã. Vita enim in potentatu diuturna esse non solet. Tandem igitur ratio cuiusque functionis & actus à Christo summo diuinitatis (ut ita dicam) institore, & generis humani creditore atque etiam fœneratore centesimario reposcetur. Etiam si Galliæ moribus (proh misera populi conditio) omnia atriensium errata, conturbamenta, reliqua, atque secus admissa, & quæcunque promi condi præmordent, suffurantur, compilant & interuertunt, mediastini luunt. Nam quum sint ipsi ad omnia mandata non modò exposiți, sed etiam dicto audientes, quicquid actores uel uicarij, promi uel suppromi non modò delirarint uel conturbarint, sed etiam quicquid acciderint, circunciderint, suppilauerint, tametsi respublica ab ipsis actoribus idoneis & locupletibus suum seruare posit, tamen præstare solent. Et si peculium non habent (ò morem

De magistratibus, & ijs qui indignos promouent.

iniquißimum) nexum ſtatim ineunt. ſic magnis reis apud nos licet ob noxam plebẽ dedere, & alijs ſuper alias pecunijs imperatis ſuccidaneã culpæ ſuæ ſubdere. Expeditius enim id eſſe uiſum eſt, quàm aut reos iſtos cothurnatos, aut eorum fortunas pignerari: qui ſi crimen fateri aut culpã agnoſcere cogerentur, ſacra utiq; opertanea in uulgus efferrentur, quibus nemo nõ initiatus eſſe ſolet eorum qui nutu oculi ſumma quæq; circumagũt, quiq; linguis fauere norunt in articulo, aut diris obſtrepere ijs quibus collibuit. Quæ cauſa fuit ut nonnulli aliquãdo inter reos recepti, patronos potẽtes inuenerint, à quibus impendenti ſupplicio & penè præſenti erepti, quæſitores etiã ipſos ſubinde fortunis euerterũt. O magnam, ò beatã, ò memorabilem gloriã illius Briarei, qui non modò legibus reos, & populi uotis, ſed etiã Ioui & ſummæ curiæ raptim potuit excutere. Ob id (credo) facinus rectè manes eius conditos exiſtimare debemus. Is ille fuit cui nullum unquam fortuna præter ſummũ & ultimum obſequium negauit, quem Quæſtorũ ærarij natio ut deum Aeſculanũ ſumma ueneratione coluit. Eius enim præſentiſſimo numine ſeruati ſunt non pridẽ mancipes argentariam facilitantium, quum ob repentinas quorundam diuitias opulẽtiſſima factio inuidia ſumma flagraret. Vt autẽ luculentius potentiæ ſuæ ſpecimen ederet, reis primùm ampliatis, mox codicillos ueniales nouo exẽplo inuito ac frementi principi extudiſſe dicitur, atq; ita formulã temperaſſe, ut nec deprehenſi rei crimen agnoſcere cogerentur, & iudices rei compertæ & cõuictæ, ſummi illius Curionis amicos, inter reos in poſterum recipere uetarentur. Quo uelut euerriculo omnium delationũ atq; animaduerſionũ, tantam impunitatis fiduciã feroci hominũ generi inſtaurauit, ut legibus

bus hodie non teneri ea factio exiſtimetur, cui princeps omnia concredidit, ut pro qua ſponſor ſemel & probitatis expromiſſor interuenit petaſatus ille Curio. Iure igitur moribus noſtris conſtituto, non modo magnis reis ſed etiã ſceleratißimis licet ſordes ſuas in caput populi & in oculos ordinũ excutere, atq; eo amplius feras in plebẽ immittere, ſi carũ fremitũ in cauea ſuſtinere nequeant: quo nullum unquã atrocius ſcelus Nero dicitur excogitaſſe, nec tamẽ peregiſſe. Quid enim eſt aliud feras in plebem immittere, quàm Volones profligatißimos, nullo ſtipendio ſed fide tantũ auctoratos, per rura palanteis, bacchanteis, graſſanteis, plebeculam tributis exhauſtam obterenteis, circumagere? niſi uerò eos circũagere non uidentur, qui ſtipẽdio fraudatis (ô ſcelus ter capitale) liberum permittũt diripiendi arbitriũ. At uerò iure perpetui edicti, quo edicto ad ſummũ tribunal propediem ius dicetur, noxa caput ſequetur. certè ordinũ ductores qui cauſas rerũ male geſtarum haud ita pridẽ dederunt, non modo addicti fortaſſe, ſed etiã uincti dabũtur ſtygijs lictoribus, Gordijq; nodo cõſtricti, id eſt, eo ſcelere quod ante diẽ extremum ſoluendũ non curauerint. Hi ſunt enim ipſi qui noxam luculentã nociuiſſe noſcũtur, quos nũc plebis ſuſpirãtis miſereſcere non ſubit. qui, ſi leges ualerent in aulicos, actus utiq; eorum quos potẽtiæ ſuæ ampliandæ præficiũt inſtitores, aut quos trãſuerſi ipſi acti propinquitatis amore promouẽt, noxis omnibus ſolutos liberoſq; præſtare cogerentur. Nunc quum impune id faciunt potẽtiæ ſuæ blandiuntur, nec quantũuis in rebus ſecularibus conſiderati, uidere hoc mentis oculis hebetibus & noctuinis queunt, uerſuram ſe facere ingenti diſpendio. Deus enim fortunatis hilaritatẽ ſæpe, conſceleratis & impijs impunitatẽ ſæ-

pissimè fœneratur. Hoc est cur gaudeãt, cur felicitate & potentia sua fruantur maximi curiones Franciæ, quãobrem sese sortẽq; suam illam splendidã admirentur, & nos ciuili iure uiuenteis, atq; in ordinẽ redactos, ex edito ipsi loco & legibus inaccesso despiciãt. Quid'ni enim sibi placeant, quibus diuinitus datũ est ut boni iuxta ac mali meriti homines quos uisum sit in illas Macaron insulas euocent quasi in coloniã suã, quas ipsi beatorũ putant sedem esse perpetuã? Insulas istas ego actus primarũ & secundarum partiũ in rerũ publicarũ administratione esse censeo, insalo & iactatione ambitionis & cupiditatis sitas. Hac enim ratione tãtum hominum beatores esse possunt, ut Fauonio inconsulti fauoris quos uelint uel homines uel familias ex obscuris natalibus in locum illustrem situatis uelis prouehant: contraq; quos oderint, aut qui corũ placitis & institutis incõmodi esse uideantur, aquilone quodã transuerso procul ab emporio honorum desijciant, aut omni aura efferentis sese famæ suppressa, in uadis destitutos consenescere sinant: & uerò si maior aliqua eos transuersos egerit offensio, insigni aliquo naufragio fortunis omnibus ut euertant. Dicta ta sunt istã aulicæ iurisprudentiæ, quã curia illa profitetur, nõ summo iure, non ex æquo & bono iudicãs, sed iure moribus illis constituto, atq; ciuili aduerso ex diametro: cuius tamẽ interpretes sunt maximi curiones & coryphæi, ad quorum mores & placita aulici quidam recocti iuris illius cõsultissimi responsa sua temperant. Huius curiæ illud esse institutum dicitur, ut de rebus omnibus sacris, profanis, bellicis ac pacatis referatur, de paucis ex cõsilij sentẽtia statuatur: ut in maximorũ curionum nõ modò sententiã, sed etiã nutum ac uoluntatem eatur: nec pedibus tantum transeatur, ut olim fieri

Ius aulę moribus constitutũ.

In auctores cõcilij Gallici.

fieri solebat in Romano Senatu, sed & manibus & uultu assensioni atq; etiã assentationi scitè asseruiatur. Illud sanè memorabile post aliquot hosce annos contigisse dicũt, ut quum ferè omnia decreta per discessionẽ facta sint de rebus quidem arduis, nullum tamẽ per dissensionẽ aut diuisionẽ sententiarũ factũ sit. usq; adeo uel pedarij in sententiam principũ transilire didicerunt, uel ipsi potius sententiarum principes censendi ansam consultis præciderunt. Quo minus miremur tam claros exitus rerum nostrarũ extitisse, quas in superos & mortales mirificè suscepimus. Superi boni, quàm erit illustre, quàm splendidũ, quàm memorabile ad posteritatis opinionem, rebus bene consultis à quibusdam qui sese utriusq; uertices iuris existimari uolebãt, factũ esse, ut liberi parentẽ, inofficiosum quidem, sed parentem tamẽ, & gens pietatis amantissima, summam arcẽ sedemq; religionis inuaderent! ob idq; piaculum maiestatẽ clarissimæ prouinciæ, pristinosq; spiritus, subitò dei numine decidisse, ut Galli absterſa præsentis animi crista, lepores esse sibi galeati uiderentur, plusq; in calcaribus spei quàm in ensibus ponerẽt! Equidẽ haud libens summũ in rerum administratione locũ mereri uelim, si tantum ipse munus quoquo modo obire possim, ut simile aliquod dedecus aut portentũ auspicijs meis accidisse aliquando proderetur. Præstare enim arbitror nomen uiri probi & honesti memoriæ prorsus eximi, quàm malè & incommodè posteris innotescere. En propter quod ciuilis uitæ tranquillitatem, studiorum amœnitatem, & deniq; uitæ æternæ cõtemplationem posthabere debeas, ut in oculis uel auribus unius prouinciæ, per theatrum aulicum, cum strepitu comitum clientum'que transuehare, aduersis sæpissimè cuneis, gradibus, & orchestra

De conditione in aula præpotentium.

Per cuneos populus, per gradus equites, per orchestrã Senatus intelligendus.

chestra. tametsi ut maximè secundo populo te ostentes, tamen si transeuntis gloriæ spectes celeritatẽ, hoc quid nam est aliud, quàm ueluti plausum inanem per transennã mereri? Nam ut illud mittam, quòd grandi plerunq; ætate, quòd uersatili scena, quòd lubrico ac præcipiti ferè proscenio prodeunt, certè quum alij actores recenti gratia flagrantes subierũt, necesse est exacti ueteres ut facessant in cuneos aut in ordines, aut inter theatricũ ministerium turpiter ut subseruiant. At istis de cœlo sic deturbatis, confestim tartarus ipse

Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub umbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.

Etenim quum latinè loquentiũ cõsuetudo eos olim in cœlo esse diceret, qui omniũ ore celebrarẽtur præ potentia, uel rerũ egregiè gestarũ gloria: ego quidẽ tragicos istos reges & temporarios, quum ex flagrantissimæ gratiæ præcipitio deciderunt, in tantum frigus delabi uideo, ut penè exemptos ex memoria credas, è numerisq; expunctos hominum nominatorum. Ita fit ut in tartarum rigentissimum ruisse uideantur, cũ ij qui nullo iam famæ plausu excipiuntur, latinè frigere dicãtur. Quanta est autẽ eorum sublimitas, quanta eorũ admiratio, quantusq; omniũ suspectus, quum uelut fortuna succollante tollũtur! altero tanto maior est deorsum altitudo, quum ab eadẽ ipsa destituti, insultantium oculorũ coniectu (sic enim euenire ijs assolet) uelut quodam fascino exarescere uidentur. Tot enim miseros homines oculorum radijs lancinari necesse est, quot in hominum ipsi aspectus obuiam incurrerint, dum quisq; ob præteritam obseruantiam non liberam sed obnoxiam, pœnas sibi deberi insolentiæ putat. Sed fateamur sanè, ut sunt humana, eos esse felices: tantũmodo hoc exig

Frigere in aula.

exigamus, ut actus ipsi suos rectè ac decorè peragãt, & quisq; eorum uideat quid sui sit muneris, quam personam sustineat, quantum ab ea oneretur. Nunc autẽ cum ita mores inclinatos esse uideamus, partim ut ambitio & cupiditas, partim dissoluta disciplina grauitatem & honestatem è medio sustulerint, quis eos felices existimare possit? Nam quomodo non miser esse potest, qui in cothurno uel prætexta uel comitis personam uel supparasitãtis induit, ut latus cingere maximi curionis, & officiosus esse potẽtibus uideatur? At hoc factitari ab ornatissimo quoq; uidemus, ut qui id non faciat, is aut absurdè uerecũdus esse, aut refractarius, aut aduersis placitis prouidentiæ natus existimetur. Quid qui in pontificio cultu, & sacrosanctæ dignationis habitu scurrileis actus imitãtur, & uelut in tragico amictu mimos & planipedes actitant? (nam id ita usitatũ est, ut qui paulo modestiores sunt, & decori retinentes, ij & alijs inuisi sint, & magnam laudẽ à nobis hac una uirtute mereantur) num etiã illos felices esse dicemus? Neq; uerò alienam ipsi personã, ab illoq; suo fastigio abhorrentem libentes & cupidi induunt, & eos sortis suæ ornatusq; non pudet: neq; nõ eos sortis suæ aut pœnitet aut pudet, & nõ sunt planè miseri. Et hi sunt, quos hodie propemodum solos diuites esse diximus. Ita patet quid sequatur, si paulo argutiores esse pergamus. Linguis enim fauere necesse est cum ad sacrosanctos uentum est. Quare multo mihi fortunatius esse eorũ institutũ uidetur, qui literis se totos, quàm qui opibus dederunt conparãdis, dum taxat quibus Solomonis uoti liceat esse cõpotes, ut nec malesuada egestate eousq; urgeãtur, quò secus de uirtute atq; honestate iudicẽt: nec rursus diuitijs redũdantibus in cogitationes uanescant erraticas aut impias.

De ijs qui se totos studijs literarum dederunt.

Nam

Nam quum literarũ peritia ad oblectationẽ frui, & uitæ per uirtutẽ ac decus agendæ tanquã instrumento uti solent: tum eo amplius post huius uitæ cursum memoriã sui in æuum prorogare hac eadẽ facultate possunt. Quãquã hæc fortasse naucifacienda ducerem, nisi etiam præstantis doctrinæ adminiculis uti bonos & graueis uiros ita existimarem, ut contra temerarios casus celsi semper & recti esse pergerent, & aduersus fortunæ infestioris impetus animo præsentiore cõfirmarentur, sicut ad humanas iniquitates eosdem ita se cõpositos collectosq; tenere par est, ut quicquid obuenerit, uelut decretũ prouidẽtiæ æqui boni faciant. Est autẽ is tenor studiorũ mea sentẽtia tenẽdus, ut à carceribus discendi per spatiosum illud stadium disciplinarũ quæ liberales dicũtur, ad metam secularium literarũ perueniãt, & in flexu ne cõmittant, ut aut acquiescendum esse, aut diutius hærẽdum putent, sed quò curriculum totum peragant, rursus à meta ad carceres & ad emissariũ, denuo aliud spatiũ non currãt, sed ingrediantur & incedant: quod pronũ iam ipsum est, & spei bonæ plenũ, salubrisq; uoluptatis. etenim cũ in eo est spatio exhausti iã laboris orbicularis fructus præsentarius, quum uelut indagine cinctam ueritatẽ tenebũt, tũ etiam multo maius præmiũ futurũ æternũq; speratur. Est enim ea demũ uera ratio philosophãdi, non fallacẽ studiorũ amœnitatem, non inane nomen beatitudinis persequẽs, sed recta & honesta uia uerã & solidam gloriã haud inauspicatò petessens. Hanc uiã quærendæ doctrinæ summũ illud par amicitiæ Gregorius & Basilius Græci, & eorum ætati suppares Hieronymus & Augustinus cũ tenuissent, & ante eos omnes Cyprianus & Lactantius, & deinde Hilarius, aliíq; multi antesignani partium Christianarum, maior

Quis tenor studiorum tenendus sit.

Basilius & Naziãzenus & alij Christianarũ partiũ antesignani.

maiorumq; gẽtium theologi, quorum hodie responsis ad interpretationẽ diuini iuris utimur, ad extremum iudicio iam solido ad sancrosanctũ ipsi studium sapientiæ, quasi ad buleæ Themidis oracula uenerunt, quã consiliatricem latinè appellare possumus. Scire enim auebant homines ingeniosi quo modo uiã inire possent ad propositũ finem, quasi in patriam ferentem, quam ciuitatẽ amplissimã esse constat nomine Vranopolin, superis hominibusq; communem, duntaxat qui nihil in se impiè aut perfidè admiserint. In ea porrò regiã esse sapientiæ, quam prouidẽtiam antiqui Latini, ut Græci pronœam uocitare uoluerũt: in qua numeris omnibus scientiæ atq; intelligentiæ beatissimæ animi humani simul cum omni ministerio & stipatu diuinitatis fruuntur, cum ordinibus illis scilicet cælestibus inenarrabili ratione descriptis. Hos Esaias prophetiæ decus, argentũ & aurũ suum ad Christi obsequiũ cultumq; testatur attulisse: quo uerbo tum rerũ intelligentiã nullo errore concretam, sed ad puritatẽ excoctam, tũ eloquentiæ nitorẽ splendorẽq; significat. Has enim illi prisci opulentas facultates in scribendis eloquendisq; rerũ diuinarum enarrationibus cõsumpserũt. Verùm hoc ijs probare non possumus, qui ignorantiæ patrocinantes, eloquentiam ut curiosam, à sacrisq; studijs alienã, recusant, ob id semper inusam inertiæ, quòd forulis omnibus antiquæ bibliothecæ excutiendis, ac diu multumque discendo, nullum ad quæstum ab ingenuis comparatur. At nos philosophiam argentea supellectili sacris operantem, augustius & amplius sapientiæ litare contendimus, quàm si samijs aut plumbeis sacra libamina auspicatur & peregerit. Quis enim in sacris, fictilibus uasis aut stanneis usus est, quũ idem ipse argẽteo instrumento non careret

Bulea Themis.

Prouidẽtia eadem & sapientia dicitur quã Græci pronœã & sophiam appellauerunt.

Eloquentia ignaris tãtum inusa.

Samijs uasis nõ litandum.

careret? Illud uerò rursus summmopere uidendũ, ne quod sanctuario domini usui esse potest, id in simulachra impietatis conflctur, aut in usus uoluptatis, aut alioqui ne inquinetur. Quocirca ego miserabilem eorũ esse sortem cõtenderim, qui quũ magnã iam partẽ laboris exantlauerint, uel in flexu acquiescunt, ut diximus, quasi pensum encyclopædiæ confecerint: uel diutius adhærescunt in humanioribus literis animo iam senescente, nimio utiq; uenustatis eloquentiæ, ac leporis amore capti & irretiti, eorum planè similes, qui apud Homerum in diuerticulo uiæ ad patriam ferentis, aut Lotophagorũ sodalitate, aut Sirenũ cantu deliniti, patriæ meminisse non possunt. Nam quid est aliud socios nauim in patriã tendentẽ egressos, Vlyxis in patriã festinantis, & uiæ peragẽdæ semper instantis, reminisci noluisse, quàm in uita huius seculi uoluptatem illectricem saluti prætulisse? Vlyxes autẽ nobis quidam fuerunt, ij quos ante diximus, orthodoxæ persuasionis, id est, collimantis philosophiæ uindices, non palliati illi quidem Vlyxes, sed pastophori, qui multa & uaria eruditione, ut tẽporibus quisq; suis, imbuti, quũ omnia penè genera philosophandi partim pererrassent, partim præterijssent, salutẽ suam tandẽ anxie sociorumq; perquirebãt: quæ nihil est aliud quàm aditus in patriam. Talis enim statim Vlyxes ille decantatus describitur à poëta. Atq; ut ille uir heroici spiritus, & polytropus ab eodem Homero dictus, id est, multifaria ingenij dote multiplici morum cognitione, uersatiliq; solertia præditus, inferos adijsse dicitur: sic qui in cœlum mente scãdere, ad plenãq; contemplationẽ diuinarũ rerum euadere cogitat, cõmodius mihi facturus esse uidetur si uenienteis annos in rerũ humanarũ intelligẽtia bona ex parte contriuerit, & maturo

Ad Lotophagos hærere.

Vlyxes.

Pastophori sunt sacerdotes sacris gestaminibus induti.

Polytropus.

turo iam sacris disciplinis ingenio, ad uerã philosophiam se cũ omni cõmentãdi apparatu contulerit. Quod mihi perinde esse uidetur, atq; si quis ex Floraliũ spectaculo ad Eleusinia mysteria transeat, & ueluti immigret. Quicquid enim à uetustate sacrorũ nostrorũ exorte discimus, id ego prægredientẽ ac præcurrentẽ disciplinam esse iudico, ad uerã & theologicã philosophiam nos deducẽtẽ. Et eam ob rem à Græcis propædeumata dicta, id est ea documẽta q uæ præscisce re nos oportet priusquam accedamus ad rerũ grandiorũ arcanarumq; cognitionem. Hoc porrò labore exhausto, uelut cõfecto sex dierũ labore, tum demũ sabbatismum domino dicare moribus Christianis conuenit, & sanctuariũ sapientiæ iam feriatos adire. Ibi uidere est historiam mirificam, euentus uarios, carmina plusquã heroica & cothurnata, conciones panegyricas, orationẽ figuratam ac uersicolorẽ, tropis distinctam, & formis sententiarũ, omninoq; locutionem humano captu augustiorẽ atq; sublimiorẽ. Adde symbola Pythagoricis multo argutiora, dicteria sentẽtiosa scotinis inuolucris sensuum implicata, ut profanas aures fugiant, ambagesq; omne genus multipliciter inuolutas. Quid dicam omnẽ rerũ naturã non humano sed diuino ingenio indicatã & apertã? omneis hominũ mores, omneis sensus humanos brutosq; explicitos? res omnino capaces præstãtissimarũ mentiũ, dignasq; quibus nõ modò toto (ut dicitur) pectore incũbere, sed etiã quibus illiquescere toto corpore atq; intabescere debeamus. Huius ultimæ & summæ cõmentationis maiestati, poëtica & oratoria oratio, copiaq; omnis disserẽdi, eloquẽdiq; ratio, cõcedat necesse est, ut humami captus altitudo ingenij faces diuinis summittat monumẽtis et oraculis. Et quidem

Propædeumata.

Lectio sacrosancta.

ita se fecisse uir summæ doctrinæ Gregorius Nazianzenus clara uoce testatur: cuius auctoris exẽplum imitari percupidè debemus, ne literarum cognitione secularium quasi bacillo arundineo nixi, in ueritatis cognitione & uiæ philosophicæ progressu grauiter concidamus. Sed citetur testimonium locupletißimi auctoris ueritatis, & in literis secularibus in primis eruditi: qui uelut in literis diu multumq; negociatus et feliciter, inuento tandem unione, & summi boni tessera, peragrandi finem facere constituit, eumq; liceri fluxarum rerum contemptu, atque in eo uno postea acquiescere. Sic autem ille ait,

Gregorius Nazianzenus.

Μοῦνον ἐμοὶ φίλον ἔσκε λόγον κλέος, ὃυς συνάγειραν
Αυτολίη δύσις τε καὶ ἑλλάδος εὖχος ἀθῆναι.
Τοῖς ἔπι πολλ' ἐμόγησα πολὸν χρόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Πρηνέας ἐν δαπέδῳ χριστοῦ προπάροιθεν ἔθηκα.
Εἴξαντας μεγάλοιο θεοῦ λόγῳ, ὅς ῥα καλύπτει
Πάντα φρενὸς βροτέης στρεπτὸν πολυειδέα μῦθον.

Sola fuit cordi nobis facundia, quantam
Orbis eoa manus simul, occiduusq; coëgit
Tractus, & illustres Græcorum gloria Athenæ:
Sed simul ac tandem multo peperisse labore
Contigit, ante pedes Christi afflictam ipse reliqui.
Cedit enim summi sermoni numinis omne
Humanæ mentis uarium ac uersatile uerbum.

Quibus uerbis intelligimus uirũ illum summo ingenio præditũ, summè studio literarũ deditũ, multã ac diuturnam operã eloquẽtiæ & poëticæ dedisse: ad quarum rerum amorẽ tota mente ferebatur: sed quũ tandẽ uenisset ad studiũ sacræ philosophiæ, & sacramẽtũ salutis humanæ intelligere cœpisset, cuius fuit unus Christus interpres & antistes, illico ipsum illa omnia literarum ornamenta in cõspectũ domini abiecisse, uidelicet agnoscẽtem

et animaduertẽtẽ, quicquid in literis græcæ philosophiæ ac philologiæ uidisset, longè id abesse à diuinis oraculis, atq; à sermone ipsius diuinæ sapiẽtiæ. Sacra enim scripta omnẽ haud dubiè elocutionẽ mentis humanæ uincere intellexit, quãlibetq; figuris distinctã orationẽ, ac multiplici eloquio elaboratã, tamen præ diuini sermonis ui ac fulgore obscurari atq; elanguescere. Ego quidẽ certè in ea sum opinione, ut existimẽ tropos oratorios multo sublimiores efficacioresq; in sacra lectione inueniri, quàm in priscorũ Græcorũ Latinorũ uemonumẽtis: posseq; oratoriã phrasim fieri ea lectione multo locupletiorem. Sed id persuaderi ijs uix potest, qui humanorũ scriptorum lepôre ac suauitate capti, horridi statim & refractarij styli lectiõe deterrẽtur. Neq; uerò cõcinnitatẽ eloquẽtiæ in sacrosanctis libris requirere, sed uim sublimitatẽq; sententiarũ cõsectari debemus: etiamsi haustos inde sensus, in scripta uenustiora transferre, & pigmentis externis reddere floridiores, nec ius nec fas prohibet. Præstantißimæ enim gẽmæ, argẽto potius craßiusculo quàm auro includũtur obryzo, ne thecæ nitẽtis aspectus, quoquomodo pertinere aut accedere ad æstimationẽ tam preciosæ rei uideatur. Et alioqui deus arcere profanos uoluit ab oraculis suis, qui orationis pigmẽta, & elegãtiæ lenocinia, nõ sensus arcani & mystici nucleũ eliciẽdũ putãt. Hic autem existit illa Theophrasti querela de breuitate uitæ, quæ uelut in tyrocinio philosophiæ sanctioris flagrantes animos destituit. Iamprimum Talthybius ille cælestis Esaias præconio urbano & elegãti, ac figuris illuminato, aduẽtantis sapientiæ & ueritatis sacramẽtum uociferans, sacrisq; (ut ita dicam) leporibus diuinisq; salibus conditus & iucũdus, à quo tandẽ satis explicari per

De sacrosanctis scriptis.

Quare verborum phucũ respuant res sacræ.

Esaias.

totam uitam poteſt? Hunc ſequitur (ut ita appellẽ) Idæus, Troiæ captiuitatem fatidico præconio atq; lamentabili municipibus ſuis pronunciãs: cuius explicatio mirificam quandam enarrationẽ cõmentationemq; poſcit. Hos duos ſequitur numeroſa turba uatũ (quos ſalutigeros proprie appellare poßumus) res cœleſtes entheis rapſodijs effata humano captu omnino maioribus. Horũ enim uocibus altiloquis quidem & canoris, ſed parũ in hoc mundi ſtrepitu exauditis, humanæ cõditionis ſacramẽtum prouidẽtia in omne æuum deprædicauit. In uniuerſum autem ſacros illos uates camœnas quaſdam altiores eſſe dixerim, arcana cœleſtia per ſatyrã cantitãtes, eorumq; uaticinia eodem pertinẽtia, citharã quandam auguſtã eſſe & cœleſtem, paracleti plectro uarios in modos numeroſq; pulſatam, cuius pſalmata percipere eorũ eſt demum, qui aures à cantu profano feriatas, quod rarũ eſt, ſacriſq; carminibus initiatas habẽt atq; dicatas. Iam uerò ipſe trimegiſtus (ſic Solomonẽ uoco) antiſtes ſapientiæ, germanæq; philoſophiæ parens, nonne tribus libris cum eo qui ſapientia Solomonis inſcribitur, omnia philoſophiæ placita figuratè cõplexus eſt? Ita philoſophum ab incunabulis inſtituẽs, ut affectibus ad obſequiũ redactis, mentẽ tãdem in arce Mineruæ, & in ipſius (ut ita dicam) contubernio ſapiẽtiæ iam ſeſe indulgẽtis benignius collocet. Id eſt aũt ſummũ bonũ, quod annos plus mille humana philoſophia omnibus indagans naturæ ueſtigijs, non antè, quàm ſeſe indicãte ſapiẽtia & prodẽte inuenire potuit. Sed parentem eius penè omiſi lyricũ illum uatẽ omni quãlibet heroico uate longè ſublimiorẽ: cuius poẽmata humanarum diuinarumq; rerũ deſcriptione argumẽtoſa, ipſum (ut ita dicam) Mercuriũ interpretẽ poſtulãt: quẽ ego Chriſtum interu

Hieremias.

Quid ſit per Satyram dicere, exPeſto intelligi poteſt.

Solomon trimegiſtus.

Mercurius eſt Chriſtus.

interuentorem diuinæ atq; humanæ naturæ propriè eſſe cenſeo, cœlitus ipſum ad genus hoc mortale delapſum, mãdataq; cœleſtia deferentẽ humanitatis habitu. Hic eſt enim ſermo, hoc uerbũ, hæc ratio, quibus diuinitatis principium ſummũ, arcana ſacramẽta mortalibus enarrauit: quo etiam ipſo antè uſus erat idem pater uniuerſi architecto, naturæq; cõditore: ob idq; à ſummo Euãgeliſta logos Græco uerbo uocatus eſt. Ecce tibi in ſermone (ut aiunt) ipſa ſapiẽtia, quæ genus humanũ næuo illo primæuo inuſtũ, purifico rore uelut aquula ſmeclica, id eſt emaculatoria, lauit, atq; è cõditione obnoxia, Orciq; adeò longo nexu & mancipio exẽptum, natalibus reſtituit. Hæc libris quatuor didaſcalicis (quæ Euãgelia uocãtur) bona ex parte figuratis, philoſophiã quã olim Socrates è cœlo in terrã deuocarat, è terra rurſus in cœlũ ſupraq; cœlos omneis erigit. Et enim quæ ille ſymbolicus cõcionator ambagiosè & allegoricè de ſapiẽtia dixerat, ipſa de ſeſe ſapiẽtia proloquitur apertè & luculenter, tametſi griphos illa quidem interim ex cœleſti ſympoſio allatos mortalibus propoſuit, cæterũ nectar ambroſiãq; magno pere redolẽteis. Atq; ut olim Prometheus ignẽ æthereũ è cœlo Mineruæ uſus conſilio rapuiſſe dicitur, hominibusq; dediſſe: ſic dei ſapientia ignẽ æternũ charitatis humano generi cõmunicauit, cuius ſcintillas quaſdã pſeudophiloſophia in diſputationũ ſuarũ fomitibus aſſeruabat, è Iudæa utiq; quaſi è ciuitate cœleſti quoquo modo petitas. Hunc ignẽ æternũ noſtra ætas extinctum atque etiã oppreſſum penè uidit, ædituorũ ſanctuarij non tantùm negligẽtia, ſed etiã uecordia. Chriſtus autẽ, id eſt ueritas & ſapiẽtia, uelut Ianus quidã geminus, utriuſq; naturæ particeps, utrunq; teſtamentum diuinitatis, inſtirum

Logos, filius Dei.

Baptiſma ſignificat, quo nota originalis eluitur.

Chriſtus Ianus geminus.

strumentumq; utrunq; indagandi summi boni cõiunxit, finem æui prisci cũ principio renouati mundi cõnectẽs, dierumq; ipse antiquorum instaurator, innocẽtiæ fermè priscæ mortales restituit. Iam uerò sapientiam sequitur è uestigio suus ille hypophetes Paulus, uir ad unguẽ diuinæ manus factus, atq; inter omnes ueritatis emissarios lectissimus, eius fani sapientiæ architectus, cuius formam symbolica graphide antistes ille sapiẽtiæ Solomon quondam delinearat. Idemq; sacra sapiẽtiæ ijs gẽtibus impertiuit, quæ antiqssimo decreto mysterijs arcebãtur ut indignæ ac profanæ. Hic est qui classico prædicãdæ ueritatis edictũ alterius natalis in Asia & Græcia tam strenuè & sublimiter, quàm clare atq; exaudibiliter promulgauit, ut qui mundi aut dæmonis mancipio hæreditario tenebãtur, uelut altero matris enixu ingenui nascerentur, priscaq; noxa soluti. Quid ille liber unus Euãgelij Iohãnis? nõne sacrariũ penè totũ ueritatis cõtinet? Hic est ille seruus domini receptitius, qui sapiẽtiæ ipsi super cœnam incũbens, hausſam diuino numine sapiẽtiam, inenarrabili libello posteritati tradidit. Eiusdem Apocalypsin, id est annales rerũ nõdum gestarũ, quid aliud quàm Parcarũ cõmentaria esse censeas? Illic enim effusa uaticinia omnẽ seriem fatorũ, omnia prouidẽtiæ calendaria in posterum continẽt, etiam si Oedipo (ut aiunt) coniectore indigent. Iob autẽ alumnus ille sapiẽtiæ, institutionẽ sacrorũ continet athletarum: qui liber unus dramaticus ueluti spectaculum quoddã uisendum est, philosophus consummatus, & absolutus edens specimẽ sui. In eo fortuna plagis multiplicibus sæuiens, æquanimitas nusquã instanti urgentiq; aduersariæ manus dans ac succumbens, uelut in cãpo tolerantiæ & aduersitatis, infestissimè committũtur. Quo

Templum a Solomone condi tũ typus fuit ecclesiæ constituendæ.

ex agone tandem æquus animus uelut hieronices, certaminis uictor uerè sacri: agonothetæ dei iudicio meruisse præmium pronũtiatur. Iam libri quinq; Mosis (ut rem à capite, quod dicitur, arcessamus) cùm sapientiæ architecturam, atq; opificis naturæ primordia, temporis incunabula, uitæ tyrocinijũ cõtinẽt, rursus lustrationẽ orbis, sacrorum cerimoniarumq; ritus, religioni q; natales & pietatis mirificè descriptos: iuris etiam gẽtium elemẽta, legumq; fundamẽta complectũtur, quibus humani mores diuinitus conformati sunt: tum uerò in illis prouidẽtiam planè est agnoscere, ex altissimo sinu diuinitatis se proferentem, summi etiã boni adipiscendi rationẽ humano generi indulgentissimè exordientẽ. Certè quidẽ Geneseos liber historiam quãdam admirabilẽ refert, & ænigmaticam pollicitationẽ prouidentiæ, augustioris cuiusdã fastigij natalem hominibus, immortalitatemq; beatissimã mortalibus parturientis. In his autẽ libris res arcanæ, à profanisq; mentibus abhorrẽtes, ita proditæ sunt diuina solertia, ut ad prosopopœiarũ uarietatẽ, figurarum nouitatem, affectuum mirificã expressionẽ, accederet sublimitas sentẽtiarum atq; sensuum gemina tergeminaq;, diuinis ingenijs interpretũ emolumẽta. Super omnia uerò est beatæ iamiam futuræ uitæ, si sapimus, securitatisq; sempiternæ, & summo bono acquisturæ æstimatio, mirificè illa quidẽ in ijsdẽ multifariamq;, sed è medio sumpto sermone adumbrata. Tanta spe interim animos tamq; certa perfundens ac pignerãs, dũtaxat fide bona lectitantium, res omneis ut temporarias calcare tantisper despicereq; cogat. His alijsq; sacrosanctæ disciplinæ monumẽtis (nõnulla enim præterco prudens) uidere est per nebulam captus humani ingenij, quæ præmia eos maneant, qui calca

tis fortunis temporarijs & caducis, in expectationẽ ſummi boni ſpes omneis rationes q; contulerũt. Sed quum tot anſas certißimæ doctrinæ nobis dederit prouidẽtia, mirum eſt quòd ſapientiã tenere quaſi lubricã, fluxam, euanidam, non poſſumus. Quid igitur in cauſa eſſe dicamus? utrum quòd ſpes præferuida in diẽ longiorẽ ſibi ſtipulari nequit, at ſapientia labores & moleſtias repræſentans, præmia & lætitiam in futurũ pollicetur? an potius quòd acreis ſenſus ad ſenſu percepta & concreta, hebetes ad intelligibilia & abſtracta nobis natura dedit? Primum hoc dico, ſtudij ſapientiæ fructum etiam non aſpernandum in hac uita repræſentari. Deinde ſummi boni expectationi non magis annos quàm annum, nec dies quàm diem, nec horas quàm horam cedere, ut uiceuerſa (ò præcipitem & abruptum uitæ ſitum) ſummi mali timori atque horrori. Semper etiam nos excubare ipſa ſapientia iußit, & ad omne momentũ diei & noctis, accerſentis nos fati præſtolari uadimonium. Vt autem his copijs doctrinæ ſacræ in corde hominis inſtructis, & tanquam in procinctu ſtantibus, nõ regna, nõ poteſtates, non diuitiæ comparantur aut adminiſtrantur: ſic omnes animi ſenſus ſuapte natura petulantes & contumaces ita ad obſequium rationis rediguntur, ut homo pacem & conſtantiam ſecum ſeruare poßit, quod ſummum ipſum eſſe bonũ, quũ philoſophia priſca in uniuerſum cenſuit, tum uerò Chriſtus ſapiẽtiæ auctor, parẽs & cõſtitutor, extremũ elogiũ cõdens, legati loco q̃ ampliſſimi comitatui ſuo reliquit. Quanta igitur animi alacritate, quàm ſtrenuè, quàm cõſtãter incũbere ad ſupradictorũ librorũ lectionẽ debemus, et eo amplius ed eorũ philoſophorũ, qui amplis ſuis diſertis q; cõmẽtationibus, res figurarũ inuolucr

Trãquillitas animi.

lucris conditas, in lucem eruere pijs enarrationibus ſcriptionibus q; contenderũt? Nam quicquid laboris in literis et ſtudijs ſecularibus cõſumpſerimus, eius laboris largiſſimum fructũ in illa lectione demetemus, ſi quidẽ defecato (ut dicitur) ingenio, ſi perpurgata mẽte, ſi lotis deniq; pedibus ad id ſtudium acceſſerimus. Illud enim literarum ſtudium, ut rudimentũ diſcendi exiſtimare debemus, hoc ut progreſſum & faſtigium. Et quidem ex hoc ſcientiæ fonte perenni atq; inexhauſto, quanuis magnifica, quanuis copioſa, quanlibet ſublimis manare poteſt oratio, ſi modò nobis ſtipendia quidẽ implere in utroq; eorũ ſtudio contigerit, in hoc uerò demũ præmia ſperare operæ nauatæ & emeritæ. Quid autẽ gentilitia ſcripta ad intelligentiam ſacroſanctæ doctrinæ conferant, malo quũ alijs, tum diuo Hieronymo credi ad magnũ tunc oratorẽ Romanum ſcribenti, quàm mihi hoc arrogare, ut demõſtrare nitar. Tum primum autem peruenißе nos ad illam euthymiã, philoſophiæ antiquæ ut decantatã ſic incognitam ſentiemus, animos (ut ipſi aiebant) humanos beata undiq; ſecuritate imbuentẽ, quum fiducia cõpertæ ueritatis, laborũ omnium rationẽ conſtare nobis intelligemus. Hanc euthymiã Eſaias uates eleganti metaphora fiduciæ contubernium appellauit, in quo animus humanus à rerum humanarũ lectione & commentatione emeritus, rerum cæleſtiũ et æternarũ contẽplatione paſcitur, delectatur, fruitur. Sed ſcilicet tot tantaſq; res non capiunt anguſtiæ cordis humani, niſi curis turbulentis uacui, nec alias res agentis. Quantũ eſt autẽ in ea meditatione intelligere, philoſopiam ante Chriſti aduentũ uelut planũ quendam fuiſſe, uel præſtigiatorẽ ingenijs humanis uariè illudentem, cuius Dædalea cõmenta atheos et uoluptarios, aliaq;

Euthymia. Vide Eſaiã ca. 32.

portenta sectarum excitauerunt! id quod Paulus ille ura nognomon assertorq; orthodoxiæ, testatus est ad Colossẽ ses scribens. Nos igitur germanã philosophiam religiosè adire uenerabundiq; debemus, ut quum à lectione gentilitiorum scriptorum quasi à uoluptarijs fabularum argumentis ad sapientiæ & ueritatis fanum semel accesserimus, ueluti studio iam serioso uernantes, senectutem priscæ ignorantiæ paulatim exuamus, ac nouum quendam & instauratitium hominem libẽtes induamus. Hæc enim una est disciplina humanæ naturæ magistra, quæ hominis gubernacula exculpere stolidis sensibus potest, & intellectui ac menti tenenda porrigere & moderanda, etiam si naturæ ui atq; imperio appetitus est proreta. Quare homines qui non bonis tantum externis, sed etiam æternis student, hoc uidere etiam atq; etiã oportet, ut quod nautæ prudentiores facere dicuntur, ut sacram quandam anchoram ad extremum salutis subsidium habeant: hoc ipsi imitari cõtendant, contraq; turbidiorũ affectuum æstus, et iactationes fortunæ, lectione sacra uelut ancora passim ac semper utantur. Hoc enim retinaculo, ac rationis subsidio, sæuiente tempestate ita nos firmare conuenit, ne transuersi in scopulos noxiæ alicuius offensæ, aut in uada curarum externarum uento quodam cupiditatis repentè rapiamur. Proh deus immortalis, est'ne aliquis tam aduersis placitis prouidentiæ natus, duntaxat eorũ qui Paladis sacramento bona fide dixere, qui quum hæc animo accuratè reputauerit, desultoriamq; fortunæ uicissitudinẽ perpenderit, ac uitæ humanæ breuitatẽ: nõ Crœsi & Midæ diuitias, Tantaliq; (ut aiunt) talenta pro nihilo ducenda præ solida philosophantium felicitate iudicet? & eos qui opum externarũ possessione in medio posita, quasi cp inter

De cõtemnendis diuitijs præ studio sapientiæ.

inter homines cupiditate & auaritia præditos cõtrouersa, ad ultimũ uitæ diẽ fortuna disceptante contendũt, non dico de precaria possessione rerum, atq; infortunæ mancipio ditioneq; posita, sed de asini (quod Græci dicũt) umbra, uel litigare uel laborare, uel sese miserè affligere? Ego uerò etiã (id quod ijdem Græci in prouerbio dicũt) omnes istos thesauros non in cellulis cordis, sed in promptuarijs Fortis fortunæ & temeritatis conditos, carbones tandem rectè existimanti uisum iri contenderim. In quibus enim bonis maximè mẽs humana nimia sui diffidẽtia imbuta, iure gentium & ciuili contra naturam recepto, parare sibi præsidium subsidiumq; consueuit, eorum bonorum affluentium ope non tam adiuuari diuites plerunque, quàm aduri quis non uidet? Num quis hoc nescire potest, quosdam aliquando uaesana stimulãte cupiditate per fas nefasq; cẽsus suos auxisse? cuius ordinis esse dicuntur, quos exẽteratores reipub. uocant: & eos ipsos tamen, ut fuit aliquando Reipub. nostræ constitutio, religiosè adiri oportebat, si quid æqui boniq; à principe (ò summam indignitatem) impetrandũ haberes. Hoc genus exagitat hiantis auaritiæ peruigil & inquies cogitatio quæsitis iã semper aliquid acquirẽdi: ob quod eã prisci poẽtæ Aelio uocauerunt, nomine sanè apposito & cõgruenti, furiarum unã esse dicitantes, quas inter ministeriũ Orci dedicauerũt. et ego beatos eos putẽ, quos cõsceleratis animis ditatos esse sciã? Sed sint uel fuerint tã hominũ felicissimi, quã omniũ fortunatissimi atq; opulentissimi esse uel fuisse noscũtur: num ideo eorũ illi sortẽ suspicere & æmulari debent, qui à philosophia dicerint, ijs tandẽ cũ Orco rationem esse habendam? Mitto nunc spintrias aulicos (ut ita appellem) improbè ingeniosos, ex genere æruscatorum:

qui

qui rerum noxiarum inuentores, acuti & solertes uideri populari pauperie non uerentur, dummodũ in aula innotescant, nihil pensi habentes. Iam uerò Sisyphidas illos quàm beatos esse dicemus, qui ethelodulię mancipati (sic enim appellatur spõtanea seruitus) saxũ illud ambitionis irrequieto labore subuoluunt, non modò humeris & ceruice, sed etiã præcordijs & uertice? Saxũ inquam illud prægraue & asperũ, quod interdum ab aulæ summo gradu in medium relabitur, & nonnunquam ad ultimum, tã præpostera plerunq; fortunæ improbitate, ut in illa schola ima summis ingenia non modò permixta uideamus, sed etiam superposita. Miseram uitæ sortem, atq; ut cætera suauem esse fateare, eo quidem certè grauẽ ingenuis animis, & propemodum enecantem, quòd ambientiũ natio, quasi ex histrionio genere oriunda, semper personata uideatur & gesticulatrix esse. Hæc autẽ molestia ambitus comes, sensus etiam degeneres & obnoxij, actusq; per omnia illiberalissimi, introspicienti patent: ijs qui primorem rerum aspectu acquiescunt, non item patent. Siquidem ut aulicæ potentiæ strepitus & fastu & comitatu frequenti beatus, uibranti quodam fulgore oculos cõtuenteis præstringit, et præ admiratione sui coronas circunfusas summouere specie luculenta uidetur: sic si trans splendorem inanis tectorij perspicere possis, uel liberos eorum actus intra scenam populo iam non seruientes uidere, ibi tũ ibi tristia omnia, ac lurida anxietate scatentia apparent, prorsus ut tetri ergastuli speciem illic uideas ingenuis & candidis moribus inaccessi. Verùm (ô lubricũ ambitionis errorem) quid illud esse dicã, quòd cordati alioquin uiri, nec cupiditate transuersi, quũ id quod diximus, & dicat & sentiant, uinculaq; ergastuli excipulosa prouideant: fit tamen,

fit tamen, si propius adire detur, in ea se scientes prudentesq; ut induãt, quũ tamẽ id ipsi maxime fugitare uideantur? Vtrum quòd immemores in re præsenti fiunt? an potius insinuantes in locũ illecebrosum, oculis & sensibus & mente capiuntur? utrũ stulta fiducia freti, quasi exuendi nexus rationẽ tencant, periculum facere incognitæ rei uolũt? et eas plagas inire, quæ mihi tenaciores Vulcanijs illis uidentur, quæ Martis Veneriscq; stuprum irretiuisse dicuntur? quas Homerus in Odissea tradidit nec oculis perceptas, nec solutiles, nec ui quãtalibet fuisse eluctabiles. Scilicet ille est error æternus mentis humanæ, quæ carceres ambitionis transiliens, non percipit ita pronum esse id stadiũ ad mediũ usq; spatiũ, & inde ad metam sensim arduũ, ut illic nullo sufflamine procurrentes bigæ contineri, hic urgeri ad metam nulla cõtentione possint. tum demum aurigans altior iam spiritus sera intelligentia docetur nullum modũ aut finem ambitionis esse, quum semel rationis frenos momorderũt cupiditas et elatio præceps, quasi Aethon & Podargus equi duo iugales. His enim bigis Genius ille lucifugus (quẽ appositissimo, nisi fallor, nomine Laoplanũ appello, quasi mundi totius populare impostorem) sapientes multos huius seculi per theatrum Reip. administrãdæ plausibili specie transuehit, & sæpe transuersos rapit. Sed ut apud Homerũ Vulcanus Martẽ & Venerem irretitos, omniũ deorũ oculis subiecisse narratur, ut de ijs quisq; superũm sententiã ludicram & cauillatoriam ferret, illiq; in rebus Venereis deprehẽsi, pœnas stupri penderent, in complexu obscœno & pudendo omnium dicacibus oribus expositi: sic in cæcis illis interdum laqueis uidemus homines antea existimatissimos, nõ modo Satyricorũ iocis ludibrio haberi, sed etiã bonorũ grau

Vide Homerũ in Octauo Odysseæ.

grauiumq; uiroram calculum atrum mereri. Etenim quì ad honores assumpti, quos obnixè ambiuisse noscuntur, nihil iam pensi habere manifestò reuincuntur, quàm sibi constanter factisq; suis congruenter loquãtur: aut ita se in pleriscq; rebus agendis gerũt, nihil ut quicquam laborare uideantur, quàm conuenienter pristinæ uitæ degant, quæ magnopere antea probabantur: quid aliud quàm fateri atq; etiã profiteri uidentur, se quæ olim rectè, quæ grauiter, quæ cõstanter egerũt, nõ uirtuti & probitati, sed ambitioni perditæ & cupiditati dedisse? An etiã fortassis secundæ res acrioribus (ut ita dicã) specillis explorãt mentes hominũ, & inde ortũ illud dictũ, Magistratus ostendet uirum, ut inquit Aristoteles? O sensus inops plerũq; humana prudentia, quũ eo se abundare maximè arbitretur! Visendum uerò spectaculum, Pseudocatones irretitos uidere uel Roscios aulicos aduerso omniũ cuneorum graduumq; rumore se in dies magis ac magis in maculas implicanteis, quũ interim tristeis frontes atterentes dictẽt summopere ijs plagis extricare se cupere, planis illis triuialibus omnino improbiores humi decumbẽtibus, quiritatu subdolo uiatores ludificari solent, fidẽ hominũ implorantes ut manũ sibi porrigant. Itaq; illud iam priscum nũc omnium ore in istos usurpatur, Tollat eum qui non nouit. Ego quidẽ certè in ergastulo piratico ad scalmum alligatus esse malim, quàm in illis plagis deprehensus, omnium ordinum probra impudenter obaudire. Sed præclarum illud, quòd ibidem uidimus, Cynicos & Mimos triduo Harpocrates factos. tanta uis est medicati calicis quem Circe illa Dædala curionũ magistra, ijs aliquando propinat, quos ad sacra sua opertanea intromittendos censuit. At uerò modesti & graues, ut apes exarmatæ, aspernabiles, uirtute tantum & probitate macti hactenus iussi sunt esse. Itaq; ualeãt isti: omnesq; in Aristippea schola philosophantes, quos ego non philosophos, sed sophophilos uoco, non amorẽ aut morũ aut sapientiæ, sed scitã quandam uaframq; amicitiã profitentes: quorum est illa cyria (ut dicitur) doxa, id est placitũ in primis ratum approbatumq;, amicitiã citra aduersam fortunam ultra aras colendam esse, qualem illam fuisse Theseiã fabulantur ad inferos usq; cum fortuna sequacem. Docti enim & probi istorũ uitã offensatricẽ esse intelligẽtes, execrari et auersari debent: alioquin philosophiæ fructũ quo'nã modo spectare possunt, qui gratuitã sibi operã & statariam poscit? Qui autem in castris ambitionis & cupiditatis indecorè stipendia æraq; merent, non statiuis illi mansionibus, sed Nomadum moribus gaudent. Quomodo autem tranquillitate animi gaudere, aut omnino rationẽ quandam certã & probabilẽ sequi possunt, id est humanã uitam agere, quos immodicis affectibus obsequentes, nunquã secum (ut dicitur) uiuere, nunquã apud se esse nouimus? Age quando eorum sensus uacare rationis postulatis credemus, eiusq; monitis auscultare, qui in ea officina opificiũ exercent, in qua festo profestoq;, noctu et interdiu nõ cessatur? Nuncubi autem securi & alacres animo sunt, qui nullum portum tutum, atq; à iactatione & tempestate curarum remotũ respiciunt? Hoc quum in omneis ualet ambitione perditos, tũ uerò exitiabile propè est ijs quorũ uitæ insitutam secessum ac secretũ sibi poscit, quales sunt qui aris adscripti, ab aula non abnoctant. Iã primùm aulicæ ambitionis comites sunt, necessitas colendi eorũ qui primos curionum ordines ducũt, & studiũ sese illis uenditandi per omnia obsequia. Has sequitur timor offendẽdi eorum qui gradu

Ex Horatio sumptum: Nec semel irrisus triumphis attollere curat frater. Actu re planũ. epist. lib. 1.

Cyriæ doxæ Epicuri apud Ciceronẽ in Finib. est mẽtio.

Nomades certas sedes non habent, pastoritiã uitã semper agentes.

gradu aut ſtatu dimouere ac deijcere poſſunt, aut ad maiora ſenſim aſpirãtes deturbare et percellere. At hæ ſunt remoræ quædam tenaciſſimæ omniũ actionũ à ſeueritate atq; integritate proficiſcentium, Eadẽq; officij fungendi auocamẽta in eos quoq; ualent, qui procul ab aula ciuileis ordines regentes, fauonio quodã aulico impleri actionum ſuarũ uela & proceſſuũ cupiunt: id quod nullo nõ tẽpore factitari à ſolertiſſimo quoq; ambientiũ cõſtat, ex quo ſordere cœperunt & faſtidiri mores planè ciuiles & urbici. Hoc genus iã olim ſeueritatis aciẽ obtudit in omni parte adminiſtrandarũ rerũ, atq; in omni ordine ferè maieſtatẽ integritatis imminuit. Neq; enim aliter incorruptus honos integritatis et officij unicuiq; uel curiæ uel ordini conſtabit, quàm ſi inter hos & illos erũt cõmercia dirempta. O uenefica beneficia, quæ à præpotentibus manãt! adeò nõnullos uideas pridie ferociter probos, mãdataq; potentiæ aulicæ ingenuè abnuenteis, poſtridie ita in obſequium compoſitos, ut in naſſam curionum beneficentiæ ceruices prius inflexas inſeruiſſe non dubiè iudices. Certè nulli crimini uirtus adũbrata minus inficiando eſſe poteſt. Quis enim non intelligat eos inter metum ab illis, & pudorem ab his atq; ab honeſtate, uerſare ſententias, & in omneis partes uacillabundè torquere, ne in alterã partem magis uergant, quàm uel ambitioni inſtitutæ uel honeſtati conuenit? Solenne eſt autem rerum potentibus, cuiuſq; ordinis decus uel aulici uel ciuilis, uno uel altero auctoramento ita ſibi obſtringere, ut in omni parte Reipu. uirtus libero motu uel habitu uerſare ſe nequeat. uſqueadeo adminiſtratuæ uitæ et prætextatæ ratio, moribus hominum iniquè comparata eſt, niſi uirtus ſibi ſemper inſtans, aduerſus inſidias eiuſcemodi excubet. Ita fit, ut toga

Hoc dictũ eſt in magiſtratꝰ urbanos qui aulicis ſe venditant.

Arduũ eſt hodie integritatem ſeruare in adminiſtratiua uita.

ut toga ciuilis in uniuerſum, modũ ſuũ uel claſſem ſupergreſſa, & alienæ culpæ contagione uel imbuta uel aſperſa, maieſtatẽ retinere ſui honoris uix putetur. Hæc cauſa uiros cætera egregios, in offenſionem ſæpe iudicij popularis primorumq; impegit. Hi autẽ & huiuſcemodi errores ſunt eorum hominũ, qui Mineruam ſapientiæ præſidem potentemq;, nõ in Athenæo (ut ita dicam) Sed in Lario uenerantur & colunt. Nam Athenæũ, id eſt, ædem Mineruæ, ego inſtrumentum utrumq; fidei noſtræ eſſe puto, in quo nos ſapientiam quærere oportet, & uenerari repertam: non ut ij homines faciunt, qui ſenſu humano freti, omnia ſibi conſulta domi, id eſt, in ſuopte ſenſu eſſe confidunt, quos erroris luculẽti freno ſe & alios ſæpe rexiſſe compertum eſt. Vt igitur uiris prudentibus & doctis ad rerum publicarum adminiſtrationẽ accedere, & honores magiſtratuſq; gerere ac petere interdum laudabile eſt & magnificum, contraq;, hæc omnino repudiare & auerſari, inertis fortaſſe aut ignaui animi iure exiſtimetur eſſe (id enim fert omnino ratio diſciplinarũ ciuilium) ſic toto (quod aiunt) cœlo (ut appoſitè loquar) errare mihi uidentur, qui ſe ambitioni uecordi quaſi equo effreni furentiq; uehendos permiſerũt. ij ſunt autem qui nullo certo uitæ degẽdæ atq; inſtituendæ conſilio ferũtur, ſed quò eos cunq; impetus tulit, & quà fortunæ temeritas aditum præbuit et tranſitũ, incõſulto feruore rapiũtur. Atqui huiuſcemodi nubigenas illos fuiſſe crediderim, quos poëticæ fabulæ Centauros nominauerũt, homines quoſdã ſemiferos, in equos deſinẽteis. Quo figmento quid aliud quàm eos homines ſignificari putemus, qui ex humanis ac cõpoſitis ſenſibus in ferociã tandẽ equinã degenerãt? cuiuſmodi illos eſſe uidemus, qui rebus ſecundis inſoleſcẽtes, mox

Minerua in Athenæo non in lario colẽda.

Centauri.

è potestate rationis exeunt sensibus moderãtis. Tum ciuilitatis ac pristinæ sortis obliti, eos qui in suo ordine sese continẽt, aut qui moribus municipalibus æquo animo uiuunt, & eo acquiescunt quod sors ciuilis tulit, & natalium modus, aspernantur, & uelut à se propulsant ferimo calcitratu. Hos stimulat non calcar æmulæ uirtutis ad decus aliquod eximiũ secundo rumore comparandũ (quod incitamentum esse solet generosis mentibus ad publica munera capessenda, aut ad suscipienda magna egregiaq; facinora) sed inanis quædã aura uel popularis uel aulica, qua processus sui uela sinuari futiles homines gaudent atque triumphant: ob id fortasse Centauri appellati, quasi inani aura instincti, nec solidam ipsi nec ueram gloriã consectantes. Quin & ipsis parentẽ esse aiunt euanidam quandam nubem, eorũ (ut interpretor) indicẽ uanitatis, ipsam pro Iunone Ixioni eorũ genitori suppositam ludibrio memorabili. Iuno. Est enim Iuno dea præses (ut antiqui uoluerũt) legitimi ueriq; potentatus atque honoris. Proinde ualeant isti Ixionidæ literarum studij & philosophiæ derisores, & in amplexus se effundant uitæ sibi deamatæ. Nos enim literarum amore præoccupati, riuales eorum esse nequimus, ut imaginario rerũ secundarũ fructu certissima bona mutemus, quæ à philosophiæ amœnissimo studio manare didicimus. Vt autẽ hedera procerissimã quãq; arborẽ complexa, non antè eã dimittit, quàm sensim exuctam & uiuido humore exhaustam ad tabem necemq; perduxit nexu tenacissimo: sic ingenia præclarissima quæ sese prorsus ambitioni dederunt, non antè, quàm aliquid eis secus accidit, ab eius contubernio lento tenaciq; explicãtur. Id adeò facilè est ex euentu iudicare. Quem enim unquam istorũ urbana officia reducẽ habuerũt libero ultro citroq; comm

Ambitionis tenacissimus amplexus.

commeatu? Quis'nam autem uestibulo istius ambitionis aliquo casu exactus, ita postliminio in ciuilem uitam redijsse uisus est unquam, ut non exulare magis in urbe, quàm aulica prouincia decessisse uulgò existimaretur? Solenne tamen illis esse constat, qui mordicus postes aulæ, fibulasq; prætorij omni ope retentant, uota clara identidem Laribus in reditũ nuncupare, quasi urbanæ uitæ desiderium ultrà ferre non possint. Scilicet hic regibus labor est, aut ea uoluntariorũ comitũ inopia premuntur, ut inuitos istos promissis ingentibus aut precibus retentent! Videlicet Gallia tam inops est uirorum, aut reges nostri nõ habẽt unde præmia sequacibus sui persoluant, ut unus & alter muneris obeundi in sanctiore consilio aut in senatu castrensi & uiatorio necessitate teneantur? O' uanissima semper ambitio, in mendacijs tam apertis fidem tuã labefactas! Sumptum ex Horatio, lib. 1. Epist. ad Scæuam. Equis est hodie tam in rebus aulicis peregrinus, aut omnino in moribus hominum iudicandis tam minimè malus, tam hebes, tã corydon, tam stupidus, quin statim querulis istorũ uerbis illud prouerbiale reclamet, Quære peregrinũ? Est enim clarior istorũ Callipidarũ frustratio, quàm ut quenquam nõ rusticum fallere queat, aut quoquo pacto latere. Num eos quotidie pedatim discedentes inde uidemus, quò singultim ipsos festinare uideramus? Quòd si per detrectationẽ stationibus suis uel sacris uel profanis non absunt, quî cõuenit, quũ quotidie cõmeatũ flagitare se dicitent, nunquã impetrare eos posse? uel quũ in dies ampliora munera sibi suisq; impetrare nescantur, nõ summa eos animi æquitate muneribus aulicis asseruire? De ijs, ut arbitror, silẽdũ est (ne sacrosanctã existimationẽ lædamus) qui augustã illã causiã non uitæ sanctitate, non illæsæ famæ commendatione, non probabili

aliquo consilio mereri, sed aulici ambitus decennali seruitute, sed ampliſsimi honoris ſugillata reuerētia, ſed faſtus & inſolentiæ ſpiritu inſtigāte aliquādo uiſi ſunt. O rem præclaram, & Chriſtianis inſtituiis congruentem, honorem ſacrificū aulicis officijs mereri. Abſit autem ut id aut dicā aut ſentiā, quod quidā incōmodè faceti cauillantur, aulam ſolere Gallicā ſcurras albatos raſoſq; circūferre, qui etiā ludibrio haberi ſe nec ignorēt, nec ægrè ferant. Illud certè præterire nequeo, quod uidimus, nondum planè cōploratis pōtificibus epitaphios illis agonas in aula quaſi parentalia certamina ab iſtis excitari, nō ludicros, ſed capitales, tam aduerſo rumore, ut puderet nos audire. Vtinā autem huius culpæ rei arceſſerētur, qui in omni uitæ parte uitium aut peccandi licentiā profitētur. Sed quid illis futurū eſt, qui frontem præ ſeueritate obducere non deſinunt, & turpiū facinorū exempla prodere nō erubeſcunt? & poſt hæc etiā ſimulatio fallere nos ſperabit? Mitto nunc ſectoriam eorū improbitatem, qui exuias ſacras nō modò uiuentiū ſed etiam ſtantium ambulantiumq; petunt, quandoquidē magnorū uirorū auctoritas huic crimini ut alijs obtenditur. Reuertar ad illos puræ cādidatos, qui obſcuris ſæpe natalibus orti, & nullo ingenij ornamento præditi, regibus æquales uideri, eorumq; amici maximi uocitari cupiunt. Quid enim eſt quod tantopere iā admiremur beatulas illas cauſſas, quæ ſordere in Francia præ multitudine geſtantium, eorumq; leuitate uidentur, qui ne in ſacroſanctis quidem & uiſendis geſtaminibus auguſti uel uenerandi eſſe poſſunt? Pridem id decus, ut eximiū & opimū, regalibus tantū extis promitti uidebatur, ut decebat: nunc minorū etiā honorū auſpicijs & plebeiæ fortunæ nō negari uidetur, ex quo

In cōpetitores ſacerdotiorū factioſe dimicantes.

In eos qui ſaeras ſibi prouincias petunt ante tēpus deceſſionis.

De galeris purpureis.

inaura

inauratis cornibus hoſtiæ paſſim litare cœperunt. Quis enim hos iam magnopere ſuſpiciat, qui haud ita pridem unum uiderit dibapha purpura ferocem æmula candoris beatiſsimi, quum cohortē ipſe purpuratam quocunq; poſt ſe traheret, inter eos tam eminens, quàm inter galeritas upupa? Species igitur nunc cadē & dignatio, auctoritas ad populum non cadē. Neq; uerò in uniuerſum honoribus auctoritas ſua reſtituetur & maieſtas, priuſquam ſordidis aut puſillis ingeniis ſummæ decora uirtutis petere fas eſſe deſierit, & ſacroſanctos ampliſsimoſq; ordines rerū noſtrarum ſumma nundinari, capitale eſſe cœperit: quod utrunq; nobis uidere utinā mox contingat. Summa autem diſputationis eò pertinet, ut intelligatur eorū gloriā qui ſummum bonū in loculis conditū eſſe putant, uel faſcibus aut infulis maiorū auſpiciorū adhærere, mortuis illis ſuperſtitem eſſe non poſſe, ijſdemq; ſæpe morientibus, aut gradu potentiæ deiectis (quod mortis inſtar ciuilis putatur eſſe) pro ſperata gloria infamiam agnaſci, aut certè perpetuam ignominiā. Eius rei quū innumera ſunt antiquitatis documenta, tum uerò recentia proferre nūc exēpla poſſemus, ſi id ad rem pertineret. Quotū enim quēq; uidimus aut meminimus iſtorū integra perſona atq; integro ſtatu deceßiſſe (ut iuris uerbo loquar) qui nihil nō uiuentes honori tribuerūt? Porrò autē ut fugaciſsimus ſemper ſplendor eſt gloriæ pigmentis adumbratæ: ſic ueræ, eminentis & expreſſæ claritas, nulla carie nullo ſitu uetuſtatis exoleſcit. Et eſt eiuſmodi gloria non in æs aut in auro inciſa, ut illorū: ſed ſtylo exacuto & ſplendēti impreſſa cedrinis in tabulis, quæ carie non intereunt, & quæ reſtibili traducum natura prodātur in omne æuum. Atqui huiuſmodi eſt gloria, non opum congeſtarum, non

Victimas inauratas ſignificare puto pretiū tanti honoris cū uenalis eſſe cœpit.

Integri ſtatus non decedit, cui poſt mortem crimina obiiciūtur. Vera gloria & expreſſa.

uitæ per summos honores indecorè transactæ, sed rerum egregiè uel gestarũ uel scriptarũ quæ in alios aliosq; traduces propaganda, æternitati dedicata quodãmodo uidetur. Porrò autẽ ut sine aqua & igni sacrificiũ aut consecratio non rite peragitur: sic sine stylo & eloquẽtia, nullius aut principis aut populi gesta ad posteros inclarescere possunt, æternæq; memoriæ cõmendari & consecrari. Proinde etsi antehac memoria nostra quidã homines, officinæ magistratuum honorumq; præfecti, cupidè fecisse nosc̃untur, ut uiri tum studiosi & literati, tũ innocentia modestiaq; præditi, parũ plausibile nomen in adytis aulicis habuerint, quasi ab actu rerũ reiectanei: contraq; imperiti & procaces, & in tenebris perspicaces, uel earũ rerũ emaces quæ in commercio proborũ pudentiumq; nunquã fuerũt, pleraq; Reip. partes nominũ suorum fama, læta, tristi, ancipiti, cuariante replerent: nõ ideo relanguescere studiosorũ hominũ ingenua contentio debet, aut philosophantium. Est enim, est abundè philosophis, geminos illos fructus sperare, Euthymiã & Euthanasiã, res duas quam maximè mortali expetẽdas. Illã scilicet beatam & constantem numeris omnibus securitatem, dumtaxat quod ad bona corporis & fortunæ pertinet: hanc hilarem animi, ac spe bona perfusam in morte æquitatem. Illis autem perditè ambitiosis, quod'nam esse maius supplicium potest in uita per aulicam gesticulationẽ agenda, quàm hominem in corde conditũ, qui non nisi ueritati seruire potest, ab homine externo cõspicuoq; dissidere, qui scenæ tantum ipse ac populo se ostẽtat, ad oculosq; theatri quasi ad speculum nõ afformat, sed affingit? Quis enim istos Chamæleontes ignorat, reconcinnantes sese identidem ad mores aulicæ potentiæ, ut tabulas olim suas clarissimus ille

Eloquentia publice necessaria.

Contra simulationem aulicã.

ille pictor Apelles reformare solebat ad uulgi iudicium? Est autem id natura comparatum, mentem malè sibi conscium, cũ homine externo ac multuoso dissidere, hominẽq; etiam hominis pudere, quum ui ueritatis cæca intus tormenta admouentis, fateri quisq; cogitur apud acta rogitantis conscientiæ suæ, se non cũ esse hominẽ, quem uultus profitetur. Atqui isti quos solertes aulicos & ueteratores appellari uidemus, quum per omneis uitæ actus personati ludiorum more uideantur, non intelligo quid'nam affirmare possint seriò se in Repub. aut bona fide egisse. Certè in ijs quæ ad uerum fiunt, locus præstigijs nullus est: & ut bona fides se ad manum aspiciendam & cõtrectandam præbet, ita simulatio se multuũ inuolucris multiplicibus occulit, & uersicoloribus. Pròh superi immortales, quid est, si hæc impostura & fallacia nõ est? Si enim compositi istorũ multus cũ cordis motu turbulẽto dissidẽt, quo'nam tandẽ modo insontes esse possunt? Atqui hoc poscit ueritas, quam nobis Christus non modò in terris agẽs præiuit, sed etiã lege promulgata præscripsit, ut quando natura sympathiã esse inter mẽtẽ & frontẽ eius indicẽ cẽ suisset, summopere id uideremus, ne homo qui in frõte emi net, & toto se promit aspectu: simul is sermo q in ore uersatur, & in aures se insinuat: ab eo homine eoq; sermone dissidẽrẽt, qui extra præcordia caput nõ exerẽtes, interiores uocãtur. Quid autẽ totos dies precamur & à deo petimus, nisi ut fiat uolũtas eius in cœlo et in terra? Atid qd aliud significat, nisi nos docet, & hortatur, ut corpus cũ animo cõgruat? materia à forma nõ discrepet? homo ipse interior & exterior idẽ sit? Quid igitur ijs hominibus facias? quid cũ ijs disseras, qui aulicarũ cerimoniarũ antisti tes esse uolũt, & simul probitatis opinionẽ atq; etiã sanctitatis

Sermo interior & exterior ponit ab Aristotele.

ctitatis aucupari? Proinde qui utilitatis aut potentiæ assequendæ nimium studiosi, ad istorũ mores se afformare cõtendunt, ut summis curionibus industriam suam probent: ij non modò literis & honestati salutem, sed etiã Christo & ueritati ut dicãt necesse est. Ita sequitur, si Stoicis confectarijs eos urgere pergas, ut hanc ab inuitis confessionẽ exprimas, ad gloriã se & beatã uitam cõparandã non supernate uia, ærumnosa quidem ipsa & confragosa, sed infernate plaustraria & militari progredi. Et hanc autẽ & illam ineuntibus uiam, uadimoniũ tandẽ ad summum tribunal obeundum est, quod in incertũ diem cõstitutum, nullis nec opibus nec fascibus cõperendinari potest. Quãdo igitur tandem ipsi aliud semper agentes (ut dicitur) causam sibi dicendam meditari uidentur? qui aduentante sæpe summi & ultimi imperij uiatore, & interdũ lictore, diem uel perendinũ uel crastinũ iamiam dicturo, consilia de ineundis (ô cæca mẽs hominũ) honoribus nouis agitant? En cur disciplinarũ cultum, cur literarum elegantiam, humanitatẽ, lepôrem, amœnitatẽ homines abijcere debeãt, & philosophiã deniq; ipsam floccipendere, rerũ humanarũ diuinarumq; interpretẽ, trãquillitatis ac securitatis parentem, quod summũ in hac uita bonum est: ex qua non opes uulgares & aspernabiles sperare & parare, sed uelut ex cornu Amaltheæ summa omnia possunt haurire & copiosa. Quid enim nõ inuenias in pandectis illis germanæ philosophiæ? Sed scilicet hæc homines in terrã ĩ eiusq; uiscera cernui et intẽti, Alcinoi (ut dicitur) apologũ esse credũt, aut arimaspea carmina, res illa quidẽ uisendas, sed à nullo uisas enarrãtia: eosq; Phæacas esse putãt, q animi bonis capti, eò spes omneis suas referãt, quò nemo uiuus accesserit, & unde nemo redijt. Sic plagiarius ille

Alcinoi apologus apud Homerum.

dæmon

dæmonarches lucifugis emissarijs animos humanos solicitans, à doctrina philosophiæ abducit, & uelut ex Iouis quondam liberatoris præsidijs, sic à præceptis Christi deductos & abstractos, aulico nexu adstringit, ut omni religione liberet. Inde illa præclara axiomata aulicacademiæ, In eos semper mores uergere, in quos aula prona sit. Corpore & anima aulicæ potẽtiæ asseruiendũ esse ei quidẽ, qui aliquo in numero esse uelit. Fortunatos magis quàm probos obseruãdos atq; colendos esse. Eum demum rectè in officina aulica perpolitũ esse, qui omneis numeros simulationis teneat. Impudentiã & dissimulationem præsentissima duo numina uiris acribus et industrijs esse. Odia & simultates in loco ponendas esse, uicissimq; resumẽdas. Nunquã offensionẽ condonandam nisi fortunatis esse. Inimicos in articulo oppressos ad internecionẽ proculcare. Tum illa plutacademica in æde Plutonis inter oracula cõsecrata, Qui rem facere uelint, diuinis præceptis aliquantisper obaudiendũ esse. Tanti esse unumquenque, quantum possidere uideatur. Qui pauperiem fugere per fas nefasq; nesciant, ijs superos non dubiè iratos atq; aduersos esse. Malè de se hæredibusq; mereri, qui religiosè rem ampliat. Strenuissimi cuiusq; hominis atque ingeniosissimi esse, penates suæ gentis architectari uel promouere quàm potest amplissimè, in eisque rem augere quàm cumulatissimè. Qui in hac uita inter armentarios censi sint, in futura etiã subulcos fore. Primarũ enim classium homines in altissimo quoq; ordine cælitũ pro portione beatos ac diuos fore credunt. His & huiuscemodi proloquijs & enunciationibus homines in Plutonis porticu philosophantes, dogmata mirifica adstruũt, in quorũ assiduis cõmentationibus ego nullã erroris intercapedinẽ & uacat

uocationem esse puto. Etenim quum timor domini auctor nobis esse debeat omniũ rerum expetendarũ atq; fugiendarum (nam absq; eo digitum tantũ exere, & peccabis, ut inquit ille) quònam modo rationis habenis reguntur, qui plus fortunæ & temeritati casuũ, quàm ueritati atq; pietati tribuunt? in quos inuehens Esaias sacrorũ uatum facilè princeps, fortunæ eos mensam apposuisse testatur, ac super eam libasse. Aut quì conuenit eam uitam hallucinatricẽ non esse atq; offensatricem, quæ per densissimam caliginẽ rerum humanarũ ingrediens (quam uitam anilem esse dico) nulla prælucẽte face sapientiæ nec doctrinæ salubris, rapidè promouetur? Atqui sapientiæ præcepta & monita nemo satis sine oraculis nouit: & eorũ oraculorũ antistes est philosophia. Ita patet sine philosophis aut sine philosophia uitam rectè institui ac commodè non posse. Quum enim mens humana, quæ principatũ animæ tenet, iudicium rerum facere sine sensibus corporeis emissarijs suis nequeat: illi autẽ partim suapte stoliditate hallucinãtes, partim ab noxio genio, circulatore ipso & archiplano solertissimo, circumuenti, rerum sensiliũ species falsò ad eundẽ principatũ deferant: fit ut mens in arce humani corporis sedens, nec cauendas res nec admittendas iudicare probè, sciteq; posit agnoscere. Accedit, quòd prouidentia, quos in album illud suũ atq; æternũ retulit, eos fortunis interdũ euersos, alioqui quoq; malè mulctatos exercet, & per tolerantiã insontem & inculpatã ex sententia sua probat: istos autẽ fortunatos, & temeritatis alumnos, arbitrio suo ipsorũ & prudentiæ permittit, cui nimiũ ipsi cõfidunt. Quos genius ille impostor excipiẽs, præstigijsq; allectos sibi mancipans, ideo quietos à molestijs, & sarctos (ut dicitur) & tectos ab omnibus tuetur incom

Memorabile dictum Esaiæ. Esaiæ cap. 65.

Philosophiam homini esse necessariam.

Relati in albũ æternæ prouidentiæ, prædestinati.

incommodis, incautiores ut eos securitate inoffensa in dies efficiat. Scit enim in huiusce modi homines liberã sibi cum uolet manuũ iniectionẽ fore. Inde ille stupor humani iudicij euentus rerum admirantis, atq; in errorẽ sæpe eorum reuoluti & implicati, qui negãt prouidentiã. Superi, uestram fidẽ: adeó ne erroris perpetui nebula nos offudit tenebrarũ ille præses, ueritatẽ rerum ut cernere ne sole quidem illustrissimo possimus? Adeó ne Geryones ille tergeminus, superbia cupiditas & uoluptas (tres aduersariæ potestates è terra & inferis enatæ) infestus est ætati nostræ, ut sapientiæ præcepta toties inculcata, memoria fideli cõplecti, & compressis (ut dicitur) manibus retinere nequeamus? Nonne omnia quæ uidemus, à deo prædicta sunt? An alterũ tandem Herculem expectamus post Christum Alexicacum, qui monstra hæc è terra atq; ab inferis ad hominũ perniciẽ emissa, conficiat? An ut iterũ ad Troiam magnus mittatur Achilles? & iterũ Christus humanitatis decus redeat, oculisq; nostris cõspicuus occurrat? O cæli & terræ omniumq; animorũ conditor optime ac maxime, omniũ seculorũ illustrator & insignitor, omniũ errorũ explosor, & morũ emendator: qui regnis & prouincijs præstites genios & cõsiliatores, eorũq; rectoribus prouidè statuisti, quiq; principũ mentes freno tuæ prouidẽtiæ regẽs, flexanimo sæpe numine à studio rerũ noxiarũ & exitiabiliũ, ad honestissimũ quodq; propositũ saluberrimũq; detorques: erit ne seculo nostro tẽpus, quando homines suo magis ac proprio cẽsu, & dotibus à te profectis, q̃ fortuita possessione rerũ fluxaq; publicè cẽsebũtur? Neq; enim ante id tẽpus futurũ uidetur ut solidæ germanæq; uirtutes in Frãcia eluescãt, quã tu in delicijs habere existimaris. Atqui antehac raras prodeũteis in publi-

Ex epistola Iohannis cap. 2. Omne qđ est in mundo, &c.

Christus uere fuit Hercules Alexicacus.

Exclamatio cõtra iniquitatẽ temporum.

cum

cum uidere nobis licuit: etiam si in umbraculis secessus & priuatæ uitæ latuisse credimus. unde factũ hisce paucis annis, ut per omneis ordines illa quæ dicũtur catorthomata, apud nos requirerẽtur, id est præclara quædã uirtutis exempla, numeris omnib. officij publici absoluta, quasi officia in administrãda Repub. ad amußim uirtutis directa & emẽdata. Nam cum in paucis familijs seminariũ beatorum haberemus atq; copiosorũ. quid mirũ est si inuisa publicè uirtus, ab ijsq; è proscenio exacta, qui choragiũ nostrũ in potestate sua improbè tenuerunt, post scenã latere uoluit: aut in cuneos se stipare promiscuè sesßitantiũ? quando nec ei stare in medio licebat per temporũ iniquitatem, nec in ordinibus sedere promptum erat per sordes omnia nundinantiũ. Falsò igitur literarũ studiosos nonnulli criminantur ut umbratili uita marcentes, ut in luce atq; celebritate torpentes, ut rebus gerendis honoribusq; inutiles. Nam qui in solẽ prodire, & aulã interuisere sine contemptu sui literarumq; suggillatione nequibãt, non inuiti faciebant fortasse, ut in exhedras et porticus, & in omnia uirtutis & philologiæ diuersoria se conferrent, quasi in præsidia quædã philosophiæ amœnißima. Neq; enim tum innocenter actuosum esse, nec gratuitò licebat, integraq; existimatione in publicũ prodire, ut quidẽ erat hominum opinio. At uerò ijdem ipsi si mox fortasse edictũ principis exierit (pauliſper enim ariolari iuuat) ut homines iam non prædijs, non supellectili, non alijs pignoribus obnoxijs fortunæ, sed cultu atq; ornamento ingenij, & mundo (ut ita dicam) non muliebri, sed uirili censeantur, in quibus nihil licet fortunæ pignerari: ijdem inquam ipsi caput illico prolaturi sunt non abiectum, non abditũ, non demißum, sed aduersus fortunæ & temporũ iniquitatẽ ut conditum,

ditum, sic erectũ, quos nonnulli opinione falsa ducti, gaudere nunc putant blattarum contubernio: & qui tum non nescij eorũ improbitatis qui fatorũ uim modumq; in Francia temperabant, boni tamen consulebant studio se literarum, auocamẽto Reipub. amœnißimo, distineri: ij si aditus publicos patere uirtuti senserint in posterũ, ad professionẽ sui non inter proletarios, sed inter mente cordeq; censos continuò coibunt, omniq; instrumento uitæ ciuilis per uirtutẽ agendæ: tumq; illi claßici fortasse ludibrio habebuntur, qui nullum testem locupletẽ aut fide dignũ esse credunt, qui non idem copiosus sit, opibusq; circunfluens. Neque uerò philosophia lucifuga est, neq; iners, neq; ocij gaudens ueterno, neq; desidiosè sellularia, ut multi criminantur: neq; non ipsa rebus gerẽdis uacare potest, & forensia induere, prætextataq; uideri, cum tempus ita tulit, & decus eam ad id prouocat: sed dißimulationẽ, sed fœdam assentationem, sed desultorias amicitias, anniuersariasq; morum mutationes auersatur: nec sub comico uultu tragicas simultates occulit: quibus rebus nostro tẽpore in aula maximè quæsita est auctoritas, & retenta. Quẽadmodum autẽ Socrates olim philosophiam è cœlo in urbes deuocauit, & coẽgit de rebus ad ciuilitatẽ pertinentibus disputare, sic philosophos quosdã rebus gerẽdis idoneos, in forum ingredi aliquando & in publicũ prodire decet, industriamq; suã approbare in Repub. egregiè ac strenuè administranda. Quòd si interdũ studiosi homines in celebritatẽ uel ciuilem uel aulicã non prodeunt, non ob id delitescunt, sed uelut ex conspicilio honesti secessus iactationes atq; æstus ambitionis obseruant, & in eos homines perspicaci æstimatione inquirunt, quos fortuna famaq; omnium oculis auribusq; exposuit. Quis enim eo tempore libens

Philosophi rei publi. administrandæ non inepti, & gerẽdis magistratibus accommodati.

Insignis indignitas in aulicis rerum actibus.

libens in rerum actu uersaretur, cum quidã ob redundanteis opes, nec innocẽter quæsitas, nec sine publica calamitate, beati & primarij homines atq; etiam summæ sortis haberentur: qui si nunc ad calculum seuerè reuocarẽtur, talentũ unum auri puri, probi, fui (ut fuit olim in sermone) demonstrare nequirent? quũ uiri ingeniosi, & cultu doctrinæ elegantis perpoliti, aut quacũq; eximia facultate cõmendabiles, à comitijs aulicis explosi, & tanquã sexagenarij de ponte deiecti esse dicerentur? quum fœcunda uirorum bonorũ doctrina fugeretur, totoq; orbe acerseretur quod priuatim fructuosum, in uniuersum luctuosum esse ab omnibus cernebatur? quum re nulla magis homines crescere, quàm cothurnatis facinoribus tragicisq; ausis cœpissent, non legum constitutionumq; conniuentia (quas multas sanè & præclaras habemus) sed præpotentium hominũ coitione, qui omnia præsidia reip. constituendæ occupauerant? quum in sinus priuatos & exiguos amplissima respublica clarissimaq; cessisset, quæ in capite

Redimitũ hic diadematũ intelligendũ puto.

redimito, grandi quidẽ illo & augusto, sed infirmo, iamq; nutanti, sedere nõ poterat? quum inopes repentè facti diuites, mutationẽ fortunæ fastu & improbitate sermonis profiterentur? quum ij ferè soli opima decora ab optimo principe ferrent, quos nobis malorũ omnium sementem fecisse nobilitas nõ obscurè ferebat, & populus obmurmurabat? quũ summæ cupiditatis & licentiæ omni lege pudoreq; solutæ uirus, lenta cõtagione manans, omneis penè bonos mores & honestos paulatim imbuisset? deniq; cũ in ea quæ à cura rerũ humanarũ diuinarumq; curia (ut opinor) appellata est, ita sibi quisq; gentilibusq; curaret, & solicitus esset, ut maximus quisque curio maxima incuria maiestatis publicæ ac diuinæ teneri crederetur? ij q; maximè

ximè negotia reipublicæ populoq; facesserẽt, quos caput & fortunas opponere pro populo decebat, ac uitæ etiã dispendio intercedere ne quid grauius aut turpius in rẽp. decerneretur? Hæc enim omnia cũ nostra ætas & meminit & uidit, tum uerò aliàs plerunq; imperij nostri felicitati incõmoda fuerunt. Cumulus autem indignitatis fuit, quũ iam eò uentũ esset, ut nauclerus tantæ nauis fatali incuria, uel fiducia potius incõsulta, nec in prora, nec in puppi sederet: ac ne impẽdẽte quidẽ tẽpestate nautarũ officia uicesq; recognosceret: nec qui ad clauũ sedebãt, rerũ communiũ iacturã ad se pertinere magnopere arbitrarẽtur, docti iam olim ex naufragio fragmentũ arripere: certũq; etiã nauclero ipsi esset extremã potius necessitatẽ expectare, quàm nouo supplemẽto prorã puppimq; propemodũ iam inanes explere. Quũ charitate frigẽte, hiante maximè auaritia, ardẽte inuidia & simultate, languẽte pietate, exolescẽte sceptrorũ pristina maiestate, iam nec superi nec mortales extrema deformitatis exẽpla ferre possent. Hæc & huiusmodi alia ideo frequẽtius in hoc opere meminisse mihi subijt, quòd homines ipse queribũdos idẽtidẽ meminerã, eas res ætate nostra Frãciæ cõtigisse, quæ gentẽ bello paceq; clarissimã, in ordinẽ degenerũ socordiumq; populorũ coẽgisse uidebantur: siue id culpa unius contigit, siue fatali inclinatione rerum. Atqui maior esse nulla potuit indignitas, q̃ summa nobilitate & doctrina à gubernaculis inclytæ gentis deiectis, quasi flosculis regiæ coronæ decussis, homines haud clara sorte natalitũ ortos, summa infima & media in potestate habere, q̃ nec ius nec fas nec æquũ bonũq; noßẽt, nec bonis æquisq; omnino bene cuperẽt, triaq; tantũ illa uerba fari possent, do, dico, addico: quum regni opulentißimi bona, quibus collibitum esset

Nouissima tẽpora regis Ludouici significantur.

ita

ita dilargirẽtur, ut sibi necessitudinibusq; suis bellissimum quicq; reciperent, reliqua præcerperẽt. Vnde contigisse uidemus, ut in gurgustijs quidã nati educatiq;, domos ac stirpes architectati sint grandiorum penatium æmulas: quæ triduo excitatæ, publicoq; dispendio expolitæ, haud scio an mox collapsuræ sint, si summus tandem Iupiter in membranas cælestes respexerit, ut est in Græcorũ prouerbio, id est, si merita cuiusq; ex actis diuinitatis & cõmentarijs supernis recognouerit. Nuper autẽ quũ res nostræ in eo ferè statu essent, proh suprema prouidentia, quódnã nobis documentũ tuæ potentiæ, fluxæq; felicitatis dedisti? Nam quum hæc postrema simul scriberentur à nobis, simul liber sub prælis impressorũ supra dimidiam partem exactus esset, ecce calendis Ianuarijs sublato rege Ludouico (cuius utinã cum manibus deus gratiosè & clementer egerit) tanta uno die mutatio rerũ facta, ut qui prius digito cœlũ attingere posse sperabãt, protinus humi serpere, demissoq; animo uiderẽtur, nec funebribus lachrymis (ut assolet) sed ueris & intus obortis lugere & deplorare. usqueadeo occasus ille multis salubris (ut quidẽ nunc spes est uniuersorũ) paucis esse maleficus & noxius uisus est. sideratos esse diceres, qui ante triduũ omnia ad se cum fortuna trahebãt, ut ferè est solẽne in uicissitudine huiuscemodi rerũ. In uniuersum autẽ is erat habitus animorũ & uultuũ, diuturnas ut sordes reipub. excussas esse crederes, ut in luctu hilaria sanè festiua celebrare uideremur. Secutus est unus & alter dies per munificentiã & benignitatẽ transactis iam diu desuetas, quum rex nouus idem primusq; Franciscus, sed regere iam diu eruditus, ac populo charissimus, tyrociniũ regni faciẽs, ingenij sui specimen ordinibus præberet salutatũ coëuntibus. In quo sceptr

Iuppiter in mẽbranas suas respicit.

Mors regis Ludouici duodecimi.

sceptrorum auspicatu, quum ipse intentissimè obseruarẽ, uerba multa audiui feliciter ominosa, signaq; adnotaui: quæ si ratum nobis auspiciũ non faciant ad id quod publica uice optamus & speramus, nõ uideo quid posthac mentes humanæ augurari debeant, aut quando nobiscũ prouidentia in gratiam reditura sit. Certè in funere tripudium solistimũ fuit, & festa frons Reipub. quicquid inde præsagiendum fuit. Nam & ante triduum fulmen læuum per totam propè Franciam extiterat, quod antè nemo meminerat eo tempore ne in uno quidem loco accidisse: omninoq; ea tũc hominũ constãs erat opinio, hactenus expiata nostra esse peccata, Franciciq; regni maiestatẽ suo genio restitutam. Post id prodigiũ una & altera nox intercesserat: uenit ad me homo mihi & affinitate cõiunctus, & amicitia summa deuinctus, Franciscus Deloinus, regius consiliator in prima & honoratissima decuria curiæ centenariæ, inter primos Iurisconsultorum his & literis & studijs maximè & fauens & incumbẽs. Is quũ me in hoc opere ualde intentũ offendisset, cuius finẽ urgebã, ne impressores opus accelerantes mihi anteuerterent, institit mecũ hac de re cõtendere, non tã quòd à me ea de re dissentiret, ut postea intellexi, quàm ut mecũ differendo, abnimia me auocaret scribendi cõtentione. incaluerat enim mihi animus præsentiũ tunc rerũ indignitate meditanda. tum uelut proludens, quũ ponè stans uidisset quæ scribebam, Ohe (inquit) odiosè facis atq; refractariè, qui tẽpori & fortunæ animũ accommodare nõ labores. Quid enim tantopere studium hoc sapientiæ aut liberalis omnino doctrinæ exosculare, quod frigere nũc in aula tu quereris, ignorantiæ patrona? Inania enim nunc nomina uidemus doctrinæ & uirtutis algere, & studia literarũ damnosa

Prodigiosum fulmen.

Franciscus Deloinus.

amantibus sui esse. Quid mirum? inquam, quũ & ea quæ de superis inferisq; traduntur, quæq; tot sacris monumentis, tot oraculis, tot sanctarũ animarum elogijs contestata sunt, uix tertius quisq; istorũ non argumẽta tantũ dramatica esse putet, si quidẽ hominũ mentes ex habitu gestuq; serioso, non ex sermone tantũ specioso æstimentur: tantũ abest ut huius tẽporis aula doctrinæ & uirtutis amore teneatur. Tum ille, Quin igitur Budæe utilitati consulis? eorumq; exemplis admoneris, qui magno ætatis oleiq; dispẽdio ingeniũ atq; animũ literarũ studio excolendũ cen
Hellanodicæ. suerũt? præsertim quũ tu ipse clamites Gallica ingenia stare in hac scena non posse, nisi alios hellanodicas (sic enim, ut arbitror, appellatis ingeniorũ iudices) Francia nostra nacta sit. An tu aliter censes, inquã, qui scias quosdã rerũ arbitros, nostratiũ hominũ ingenia laudare nõ solere nisi more fascinantiũ? à quibus cũ beneficij loco peteretur ut linguis tantum fauerent, ut quondã solebat in sacris Harpocrates: non satis illi quidẽ habuerunt, quos meritos non nescirent, testimonio suo fraudasse, nisi etiam eos premerent apertissimè. Quando igitur (inquit) inanis studiorũ
Flos frugiperdus. messis hactenus ferè decoxit in Francia, & nunc maximè ingeniorum flos esse tibi frugiperdus uidetur, quin aliud interim consilium ipse capis è re natã? & à studiorũ cultu damnosaq; obseruantia ad colendos mores huic ætati placenteis contentionẽ istam animi cum omni instrumẽto atq; ornamento eius transfers? Sanè uerò, inquam, quasi liberum sit & integrum animo Mineruæ auctorato iam quinq; & uiginti stipendijs, abrupto nũc mentis impetu, & penè præcipiti, ad Iunonis transire præsidia, positaq; doctrinæ & philologorum candida, in candida protinus ambitus & petitorum uideri: hoc'ne est decori & honestatis

statis rationem habere? etiam si eo cultu permultos omni arte ac facultate liberali defectos, ad horreа usq; summa uidemus copiosos esse factos.

Quid ni est? inquit ille, Serò Phryges sapiunt:

Omnis Aristippum decuit status, & color, & res.

Valeant, inquam, ista inter eos qui ad rem faciendã attentiores esse solent, magisq; quàm nos, solertes: ego Aristippeos istos uersicolores non probo. Quotus enim quisque honestatis & constantiæ studiosorũ faceret, ut in quibus partibus consectandis militareis annos, & uenientẽ uitæ partem uigentemq; contriuisset, earũ postea partiũ causam, hominũ aut temporũ iniquitate damnaret? Quid si igitur in his statiuis diuinum numen uersari libẽtius atq; præsentius existimaret, num etiam tum ille cũ fortuna in diuersa præsidia transiret? Atenim Fors fortuna humanarum rerũ arbitra, maiora illic supplementa & uberiores cõmeatus suggerit: & suggerat sanè, num ideo tu malis,
Autolyci solertes. aut quiuis bonorũ & grauium, inter Autolycos illos centuriari, qui comitũ turba cliẽtumq; lautorum stipatu nos summouent, quàm inter destitutos Aristides censeri, qui cõpositæ & insonti fortunæ acquiescũt? Equidem quod ad me attinet, nec Aristippeum placitum uersabilis philosophiæ probo, ut alium atq; alium utilitatis causa subinde me faciã, nisi si salua tueri id modestia possim & constantia: quod quemadmodum fieri possit, non uideo, nec Pythagoricam illam metempsychosin agnosco, ut repentè alium me quàm literarũ amantem esse uelim: aut nunc anthropolatres esse possim, qui prius phileleutherus fuerim. Nec enim Vertũno tam benigno natus sum, ut ab hoc uitæ instituto, quod certa ratione ac meditata probaui, ad aliud ab eo diuersissimũ transeam: nec si maximè cupiã,

liberum esse id mihi sinent ij qui sciunt summis illis Aristippeis Democritum Gelasinũ me semper esse uoluisse. Sed uide(inquit)ut ita rationẽ istam tuam subducas retinendi literarũ amoris,ne ad manticã (quod aiũt)res tibi reditura sit. Ad manticam autẽ? An putas prouidentiam tantum de philosophia permisisse fortunæ,quam uitæ instituendæ atq; degendæ magistram nobis dedit,ut ad inopiam subsidiorũ utæ redigere eam posit? Nihil agis mi Frãciscæ,etiã si magna tua apud omneis auctoritas,apud me maxima semper fuit. Neq; enim quod tibi in consilijs grauissimi uiri ijdemq; doctissimi facilitãt,ut in tuam sæpe sententiã transeant,doctrinæ id eximiæ et existimationi tribuentes,id ego nunc imitabor in hac cõtrouersia, quæ in meo magis foro quàm in tuo disceptatur. Iamprimũ nõ semper ijsdẽ præcentoribus hortamẽta canentur in Francia,ut omnem spem in posterũ uectores abijcere debeãt, aut iacturam studiosi facere exanclati iam laboris. adest tempus fortasse,quod multi non prouident, quũ in studia literarum incubuisse laudis summæ loco ponetur. quare etsi aura fauoris istorum Aeolorũ nos prorsus destituit, non cõtinuò est cur uela processus huius literarij sinamus ipsi reflaccescere,quæ Fauonio spei bonæ in portũ quendam certũ & hospitalem cõsilij fixi ac meditati ferũtur: deinde (id quod rei caput est) cum omneis opes nostras, omneis spes & copias non in ædem Saturni,sed in arcem Mineruæ congesisse nos meminerimus,quid est quamobrem magnopere angamur ne in dispendiũ tandem locularium studiorũ cursus exeat? mirum uerò quin in compendium quæstũq; luculentũ. Atqui ego præclarũ esse puto, ne strigmẽta quidẽ clarissimi certaminis seruare uoluisse, nedum oleum & operã nos doleã in eo perdidisse: tantũ abest

Aeoli in aula.

abest ut locularia ista commoda respiciam, & est diuina benignitate unde studiosam ætatẽ tolerare possimus, non modò ex horto,sed etiã è macello. Sed fac esse improbiorem fortunã,quid tum? subsidiũ rei familiaris à parsimonia non sordida aut pudenda,sed honesta & liberali petemus. hoc enim præstabilius esse putamus, quã ut fortunatorũ fastui philosophiæ nũc alumni lenocinari sustineãt. Equidem ex literarũ studio didici philosophiã suffugiũ esse tutissimũ atq; amœnissimũ inter optimam cõscientiã destitutis, & iniquissimam fortunam. habet enim habet inquam illa tolerantiam æquanimitate conditam pro anodyno calamitatũ. Hic amor,hæc amœna nobis mãsio,hoc studium iucundissimũ,quàm prudenter à nobis susceptũ, nunc nõ disputo,quandò istis lucripetis approbare id nequeo,constanter quidẽ certè & obnixè retentũ. Mirum uerò(ut nunc ex æquo tecum procul ab arbitris & familiariter agã)nisi tu aliquo ambitionis illicio captus es,qui hoc mihi consiliũ serum & indecorũ afferas, quanquam aliud fert fortasse uitæ tuæ ratio, quæ in celebritate summorum uirorũ uersans,& ostentationi necessariò subseruiens,libera prorsus esse & intacta ab ambitione nõ potest: ad quam alioquin quoq; procliuũ esse te animaduertisse uideor,natura magis quã iudicio. quare mea quidem causa licet de hoc negotio in utrãq;(ut aiunt)ut conquiescas: facilior autẽ hac de re ratio est cum ijs qui doctrinã literarũ peritiam quæstui passim habendam esse censent. nam ego à studio philosophiæ honorariũ fortasse esse petendum,non idẽ operæpreciũ duco,si tamen ipsa per sese non satis putatur esse. Est enim,est huiuscemodi philosophia,multa ut in ea plerunq; desiderentur,sed pauca flagitentur. In quo uitæ instituto,minimo iure fortunæ bona

nostra possidemus, & decessionis diem cessisse è prouincia à deo nobis iniuncta nunquã non existimamus: æquitas autem animi, & mens paucis contenta, reliquiq; affectus animi comites philosophiæ, in quo alio uitæ genere æquè inueniuntur? Super omnia est obfirmata semper ratio aduersus supremã necessitatẽ, animq; præsentia excubans ad obeundũ æquanimiter uadimonium mortis. Philosophiam semper uocamus non uanã, non tumidã, non disputationibus rerum naturalium elatam cõmentatricem, non mantica & squallore insignem, ac sese populo uenditantem: sed sapientiæ illum amorẽ quem Græci uranoscopum dicũt, quasi in cœlum semper arrectũ, earum rerum indagatorem, quæ non persuasione gentium à maioribus tradita, non cõmentis & speculaminibus humanarũ mentium constant, sed quæ elogijs diuinis & oraculis testata sunt, humanũ captũ excedentibus. Vt autem qui peregre proficiscuntur, quum ad urbes aliquas sermone hominum celebratas uenerũt, eos quos appellant xenagogos adhibent, qui eos ad loca urbiũ earum memorabilia deducãt, resq; uisendas cuiusq; loci demonstrent, quo modo hodie Venetijs urbe inclyta facilitari uidemus (quotus enim quisq; id non facit eorũ peregrinorum qui cognitionis cupidi, succisiuas horas rebus agendis detrahunt?) sic homines in hac uita peregrinantes, studio literarum uti decet quasi quodam xenagogo, si ijs quidem ipsi natalibus orti sint, aut aliàs idonei qui eas res uisant et speculẽtur, quæ cognitu quammaximè dignæ existimantur. Quanquam huiusmodi institutio, quam antiqui liberalem ideo appellauerunt, quòd & ciues ciuiliores, & homines humaniores facit, ad uitam istam ualet quasi peregrè transigendã hilarius & commodius. philosophia autẽ illa sublimi et

Philosophia proprie appellata.

Memorabilis locus.

Liberales artes cur dictæ sint.

(quam ob id docti & pij uiri uranophrontẽ uocauerunt) nõ modò xenagogos, sed etiam eo amplius psychagogos Christianis esse solet. eius enim studium animas à cogitatione rerum sub censum cadentium concretarumq; abducas, ad sublimium & cœlestium rerum speculationem subuehit, mirificisq; eius studij illectamentis eò tandẽ perducit, quò animæ suapte nutura & conditione uergunt. Hoc unum studiũ soli deo se probat, nec ut alia studia literarum, populo se uenditat. Agedũ Franciscæ, cõpone nũc cum hac tranquillitate uitæ aulicã turbulentiã, istorumq; beatorum obnoxiã obseruantiã, ad quam tu me hortaris: & aude quamuis argutus & disertus, unũ ultrà uerbũ addere. Iam primũ (quandoquidẽ tu mihi, ut dicitur, bilẽ concalefecisti) in illa conuenarum ciuitate, uel apolidum potius, qui sine lare, sine sedibus uiuunt: quo'nam tandem pacto rectè uita institui potest? Nisi uerò cõponi rite penates possũt, et uitæ ratio rectè atq; ordine in eo loco constitui, ubi colluuies ambitionis, cupiditatis, simulationis, impostura, curiositatis delatoriæ, fraudis ueteratoriæ, inuidiæ fascinatoriæ, superbiæ titanicæ, fastus deniq; & impotentissimæ insolẽtiæ, diuersoriũ habet, & cõmune conuenticulum: ubi nunquã supremis curis locus est, nunquã rebus ultimis consulere uacat, in æternũq; prospicere. Visendus uerò cõuentus, in quo stropharũ opifices, noxiarũ rerum (ut uocantur) spintriæ, nec dicendi censendiq; artifices, nec iusti iniustiq; prudentes, primas sæpe & secundas summa indignitate ferunt. Hic est enim aulicarũ rerũ status, aut certè fuit memoria nostra, ut est opinio constãs inter prudentiores: qui quandiu futurus sit, in manu est prouidentiæ. Ecquis est autem honestatis amãs, & cõpositæ uitæ, qui non modò sine molestia, sed etiã sine rubore

Conuenæ & Apolides in aula. Apolides nullius ciuitatis sunt. Elogium uitæ aulicæ.

Crimina aulici conuentus.

poßit in eo comitatu uideri, in quo omnium ſententijs iri moris eſt in potentiorũ laudem, dignorũ iuxtà indignorum q; ? in quo rumorũ aucupes, criminũ cõſarcinatores, auræ temerariæ captatores, aſſentandi artifices, blanditiarum magis quã eloquentiæ gnari, in omnẽ obſequendi neceßitatẽ ſeſe induſtriam q; ſuam potentiæ uenditantes, diuini cultus uel neſcij uel negligẽtes, hominũ uiuentium inter diuos relatores: officioſi & comes, atq; etiã elegantes acres q; eſſe dicuntur: ueritatis autẽ tenaces, curã honeſtatis atq; integritatis antiquißimam habentes, liberalioris inſtitutionis retinẽtes, pudori in primis conſulendũ eſſe atq; exiſtimationi ducentes, aut ruſtici aut tardi aut ſocordes iudicantur? Quis enim aut edictorũ cœleſtium prudens, aut interdictorũ metuens, non prorſus ineptire inter aulicos ſemper uiſus eſt, aut etiã delirare? Quare in eo licẽtiæ & erroris gurgite demerſi, nec in cœlũ poſtea ſuſpiciunt, nec unquam inde ita exiſtunt, ut emerſiſſe uideãtur. id qd' clariſſimis quotidie exẽplis ĩnoteſcit. Prorſus quidẽ (inquit ille) ſi ita in ambitũ & faſtum ſeſe ingurgitarint, ut regreſſus ipſis ad uitam ciuilem poſtea liber non ſit, aut ſui obliti ſint: cuiuſmodi nonnullos helluones honoris & pecuniæ nouimus, quorũ hiãs perditaq; cupiditas quærẽdo intẽditur. At uerò liberaliter homines inſtituti, & literarũ ſtudio perpoliti, certos cuiuſq; rei numeros eſſe ſciũt, intra quos tantum moueri modeſtia dictante didicerunt. Tibi uerò Gulielme eo facilius anſam cupiditatis atq; ambitionis porrigo, quòd te in reſerè nulla immodicũ animaduerti, præterquãin literarũ ſtudio, à quo nec rei unquam familiaris iactura reuocari, nec ualetudinis incommodæ tædio potuiſti. Vidi enim te & miſertus ſum annos plus ſeptem ita infirma ualetudine, ut uelut

uelut Dioſcuri alternis uiuus mortuuſq; uiderere. Itaq; libẽtius te in eũ (ut ita dicã) campũ immitto, in quo te longius latiusq; nõ exſpatiaturũ ſcio, idq; maximè ut iſtam Philologiam amicã tuã & ſedulã cõtubernalẽ crimine magno liberes. Scio enim medicos amicoſq; mulctam ſæpe tibi capitalẽ interminatos, niſi eius amore prope dixerim inſano, interdiceres tibi primo quoq; tempore, qui te lenta tabe exugere exeſſeq; compertus eſt. Quandiu enim quæſo hanc fœminæ mihi affinis & dilectæ pellicem in thalamo et geniali interdũ lecto retines? Quã uſque adeo deperire uideris ô cõiugum omniũ uirorũq; ingratißime atq; inuenuſtißime, ut nõ uxoris blãditijs, nõ ſuauijs eam unquam poſt habueris: etſi tot te illa pignoribus perquam tibi charis uinctũ tenet & obſtrictum, quippe quæ bis trium te liberorũ iure decẽnio reddiderit & auctum & ornatũ, cum etiã alioqui tibi ſit è ſententia. Illi uerò tibi ſæpe commentanti aures obtundunt iucũdo quiritatu, unica cum ſorore luſitãtes, pueriliterq; ſupplo ſitantes tripudio quodam ueluti ſoliſtimo. Quid ſi igitur (inquam) moderationis frenos in illa uitæ licentia mo morderim, atq; inter indomitos illos hominum affectus, philoſophiæ iugum proteruè excuſſerim, num tu præſtò eris auriga cum uoles, qui mihi moderere? Sed fac me tecum ſentire, & in hac re quoq; auctore te: ut in pleriſq; alijs, uti uelle: quî fieri tandem id poſſe putas, ut qui moribus municipalibus nõ modò imbutus eſt, ſed etiã in ijs ita callum obduxit, adeò cõtraxit habitũ, planè ut fingi denuo aut reformari nõ poßit, quinetiã, ut in prouerbio eſt uernaculo, iam maduit, & contractus eſt: is ut ad aulicos ritus nũc afformare ſeſe, aut certè aſſimulare emẽtiriq; aulicũ hominẽ poßit? Hoc enim perinde eſſe puto,

Dioſcuri Caſtor & Pollux.

atq; si me natura uerecũdum, iubeas exuto statim pudore frontẽ acriter perfricare ad summã impudẽtiam. quod quẽadmodum tueri possis, ipse certè nõ uideo, præsertim qui me à teneris (quod aiũt) unguiculis noueris, Verùm esto, frontẽ quoquo modo perfricare poteroz etiam ne sermonẽ ita affingere, ut fronti iam duriori sermo quoq; adulterinus, cõmentitiusq; subseruiat? Hæc alijs quàm prona sint nescio, mihi certe habitus illos gestusq; & flexus corporis sermonisq; non tenenti, nec alioquin etiã gnaro figuratæ istius aulicæq; urbanitatis, si quando inter illos Logodædalos loquor aut flexiloquos, identidem solœcismum admittere cõtingit, etiã si lepidus esse aut disertus loquitãdo mediter. nõ enim numeros assequi possum aulicæ istius elegãtiæ, quæ suã quãdã palæstrã habet, anniuersaria mutatione menstruaq; euariantẽ: sine cuius peritia moueri, aut proloqui nemo nõ incõcinnè põt, risumq; (ut opinor) in circulis ciere. Iã uerò uestẽ illam ancipitẽ, aulico utiq; homini penula magis necessariã, an tu habilem esse censes philosophiæ alumnis? Quid? cothurnis illis aulicis quẽadmodũ pares esse possumus? Theramenes illos à te intelligi uolo, qui ita tẽperare officia, ita iura amicitiæ interpretari nouerũt, ut inter simultates exercenteis ipsi utrinq; gratiam summã ineant, cùm neutris plenum germanumq; officium exhibeant. Hæc & alia permulta eius institutionis documenta, quum nec tenere satis possim, ingenij forta sse refractarioli uitio, nec in ore sedeant Romanæ affecto mãcipatoq; facũdiæ, per me licet ut alij natura sciti & elegãtes, & illustreis se & beatos faciãt in uita tenebricosa: me uerò lubentem curia illa nũquam tenebit, quum etiam si maximè cupiam, ne longo quidem usu suum facere & perpetuum possit. Quin & ut imperare

rare mihi possim istos Fortis fortunæ conciliatores colere, stipare, & eorum fastidia perpeti (neq; enim aut turpe esse credo eos homines obseruare, quibus apud principem gratia flagrare splendereq; contigit, si nõ eosdẽ ad populũ & ordines infamia atq; inuidia flagrare uideamus: nec ita me hebeti ingenio esse puto, ut nõ id efficiã, si uelim, quod omnibus obuiũ est, et pronũ) ut igitur istos beatores hominum liberali quadam obseruãtia prosequi possim, nõ tamen corũ riualis esse uelim, ut eam quoq; uitam adamem, quã ipsi consertis (ut dicitur) manibus amplexantur. siquidem ut est hodie & plerunq; aulicarum rerum status & facies, uix tertius quisq; hominũ rationẽ habere futuræ uitæ atq; æternæ uidetur. Vsqueadeo uæsanus ille amor honorũ & diuitiarũ, excordes homines immemoresq; reddit. Prorsus certè (inquit ille) si quidẽ est ninius. tibi enim hac de re assentior, ut memmisti sæpe me tecum disputare solitũ. etenim cùm in corde hominis religioni nostræ auspicatò initiati, persidere amor rerum diuinarum debeat, atq; etiam deus ipse humanæ animæ spõsus quasi in thalamo sic in corde cũ pacta sibi anima acquiescere (hoc enim poscit Christiani hominis sacramentũ in prima lustratione susceptũ) is certè cor habere nõ uidetur, qui mẽtem ad captum rerum cœlestium natam, ac dei consortium, ad cõmoda fortunæ & externa ita transfert, ut nunquã apud deum, ac ne apud hominem quidem ipsum homo esse uideatur, id est sua negotia et propria æternaq; curare, sed alias res agere, de externis ut antiquioribus præcipuè laborare. Etenim scelerati illi spiritus. Orci emissarij, earũ sæpe rerũ sequestres (ut uidetur) atq; interuẽtores, quæ ĩ aula trãsigũtur, ambitionis et cupiditatis affectibus uelut uncinis cardiulcis corda homin

Curia aulica excordes homines facit.

Cardiulcus cor euellens.

hominum etiã doctißimorũ è sede sua euellũt, ut exẽplis luculẽtis post memoriã tuam meamq; cognitũ est. adijciunt enim subdoli instinctores suauitatẽ quærẽdi, & uoluptatẽ honores assequendi, cum quibus uelut catapotijs, quæ anodyna uocãt medici, hamus ille cardiulcus, id est eximendo cordi aptus, nullo sensu uoratur. At uerò philosophia uitæ instituendæ magistra, cordatos homines reddit, humani etiam ipsa alioquin animi excitatrix ad uirtutem capessendã. Istos autẽ aulicæ disciplinæ alumnos, hamo iam deuorato, & pernicie intus grassante, uidemus futuri æui securos, malis suis indormire somnũ Epimenidis: nec antè, quàm uadante in crastinum uiatore mortis, quicquã summæ & ultimæ curæ animo agitare: tunc trepidos illos uideas, uel uerius stupidos, disiecta ua sa sua uelut in tumultu colligẽteis: et ut serò fortasse quoquo modo resipiscẽteis, sic nondũ Adrastiæ legis formulam intelligẽteis, qua formula causam ipsi ad summũ tribunal dicturi sunt. Hæc est enim iustitiæ summæ seueritas, ex bono illa quidẽ atq; æquo iudicãs, sed nequaquam ex iure gẽtium nato, non ex humani sensus placitis, non è principum ordinũ huius seculi respõsis. Cuius interpretationem deus idem & homo sacris quatuor uoluminibus eorumq; appẽdicibus enarrauit, ijs quidẽ qui aures non audiendæ tantũ, sed exaudiẽdæ etiã & hauriendæ æquitati sortiti sunt. Philosophia uerò è contẽplationis specula aduentantẽ mortem prouidẽs, cuius diẽ ceßisse homini iam inde ab auspicatu uiuendi spirãdiq; intelligit, uix unquam opprimi aut occupari morte nec opinata potest. Compositos enim penates illa suos seruans, in procinctu semper excubat, quasi nunquã nõ illo imminente tumultu, quem in horã incertã prædixit is imperator, qui pro uigiliar

Anodyna catapotia.

Philosophia cordatos facit.

Vadari quid sit, docuit Budæus in Annotationibus.

Vigilate, inqt dominus, q uia nescitis diẽ neque horam.

uigiliarum tessera Herculis ærũnas militibus suis dedit. Ipse enim Christus uerus fuit Hercules, qui per uitã ærumnosam omnia mõstra superauit et edomuit. Hæc & alia huiusce modi philosophiæ dicta mihi excidisse putas, qui me inescatũ illicijs aulicorũ cauillaris? Cuius rei suspicionẽ ita à me abesse uelim, ut tamẽ hanc esse sententiam meam intelligas, aulicã uitam sapienti non statim ut Sphingem quandã exitialiter ambagiosam, præsumpta in uniuersum atq; in omne tẽpus opinione, fugiendã esse aut auersandã: sed eam instituẽdæ uitæ rationem uel ætate hominis, uel sorte oblata, uel necessitate tẽporis temperari, uel cõmoditate debere. Atq; ut tanquam obsignatis iam literis tecum agã, qui modò philosophiam nec inertem ad res gerẽdas esse dicebas, nec solifugam: nunc ipse pedem efferre eam extra pomœria uetas, atq; adeò propemodum extra limen ædium priuatarũ, uidelicet quasi ad solem & puluerẽ caligaturam, aut quasi conuenarum illum sermonem aspectumq; nõ laturã. Vide igitur ut cõstanter hæc tibi & congruẽter dixeris. Mihi quidẽ multa ferre uidetur ciuilis et humanioris institutionis ratio, multa temporũ conditio, multa ingenium cuiusq; & captus, & naturæ dexterioris aptitudo ad hoc ad illud genus uitæ uersatilis, quũ res hoc familiaris postulauerit. quæ omnia obseruare debẽt (ut opinor) literarũ studiosi, ne studium ipsi ignauum, animi tantũ & uoluptatis instituisse causa, nõ etiam ad subsidium uitæ accõmodasse uideantur. Hoc quum Cato, cum Brutus ille Ciceroni probatus, cum Seneca, cum alij permulti literarũ eruditione præditi facilitarũt, ut à studiorum secessu ad celebritatem rerum administrandarum transirẽt: tum etiam publicarum hodie rerum interest magnopere: quin & ad priu

Christus uerus Hercules ait, Qui uult post me uenire, & reliqua.

Philosophia loco & tempore ad res gerẽdas prodire ex umbraculis debet.

priuatarum imaginũ claritatẽ, & nominis cuiusq; gentilitij illustrationem, id ipsum suapte ui maximè ualere solet: etiam si nunc friget temporum iniquitate, ut tu antea questus es ipse. Proinde ut Crassus orator ille nobilitatus elogijs Ciceronis, in eiusdem auctoris dialogis inquit, se quum honores antiquo more prehẽsandi singulorũ peteret (sic enim tũ ferebat ambiẽdi ratio) solitũ esse à se Scæuolam socerũ suum iurisconsultum grauissimũ dimittere, cum ei ita diceret, se aliquantisper esse uelle ineptũ: sic si olim aut ppediẽ tẽpus existat, cũ uiri doctrina elegãti politi, inter aulicos agere honestè ac cõmodè possint, cur non etiam libẽtes faciãt, ut quod moribus ciuilibus cõuenit, pace philosophiæ ad aliquot annos uerecundè suscipiant, ad aliudq; institutum uitæ non migrent, sed commeent? id quod si fieri per occasionẽ oblatã bona philosophiæ uenia nequit, quid causæ est tandẽ quin literarum studiosi, ut caudices marcidi, tantũ in tenebris fulgeant? Enimuero Budæe, ut philosophiæ studiosi circũferre philosophiam mãsionatim nequeũt: sic ab literarũ ipsi amore quasi quodã Lysania comite nunquã derelinquuntur, qui molestias omneis insuetæ uitæ discutit. Peractis autẽ stipendijs honestæ ambitionis, quæ nullo ipsa certo numero præsiniuntur, sed alia quadã ratione modũ suum sortiuntur: tum demũ philosophia receptui canẽs, iterũ sibi reddit homines, quasiq; natalibus, sic ingenio restituit, quos aut ambitio ciuilis, aut cupiditas non improbata in claris ingenijs, liberali seruituti ac temporariæ mãcipauerant. Quòd si refractaria illa uitæq; infensa philosophia uiri gaudentes studiosi, inexpiabili odio dissidere cum ratione ciuili aulicaque perseuerarint, quid aliud quàm in mantica Crateris (ut aiunt) extremũ fati uadimonium

Lysanias comes, tristitiæ discussor.

In mantica Cratetis philosophari.

nium expectare dicentur? Hæc est mea hac de tota disputatione sententia, quam tu fusius ipse (ut opinor) atq; eloquẽtius dixisses: ego censentis more & deliberãtis, ut in curia summa solemus, nõ exornantis more dixi. Quasi uerò (inquam) tu leuiter hanc artem dicẽdi attigeris, in qua tibi iam par esse nõ possum, ut uideor: ut nisi te studiũ istud iuris nimiopere teneret, in quo tu matutinas horas pomeridianasq; collocas (nec immeritò, ferè enim primarij uiri eo studio inclaruerũt) scribendi nobis occasionem facilè prærepturus fueris. Vnus tu autẽ à regno hoc condito inuẽtus es, qui modum in ea re tenere possis, quæ modum nullum nouit, annos & dies ut præstituas stipendijs cupiditatis æra in comitatu principali merẽtis: et rursus cum emeritã ipsam quoquo modo senseris, uelut causariæ aut ueteranæ missionẽ à ratione ut imperatrice postules. Quis uerò post hominũ memoriam missionẽ antè ab aula postulauit, quam uno ipse aut altero stipẽdio ære dirutus fuit? quasi uerò ratio ambitionem & cupiditatem exauctorare possit, quas liberum arbitrium sacramento ita obstrinxit, ut non milites illæ quidem, sed deuotæ potius dici debeant. Cedo nunc unum igitur quẽ uel in præcipiti canitie missionem impetrasse fateamur: nam multos numeris expunctos ipsi nouimus, qui nunc falso inter causarios uoluntariosq; profitentur, periti autem rerum nouerunt missionẽ eos detrectanteis exauctoratos esse, quibus frustra fucum ipsi facilitare nituntur. Proinde Deloine aut tu ex sententia animi nõ loqueris, aut parum nosse uidere naturam & pellaciam eius belluæ, quam uulgus hominum Curiã, perspicaciores autem Androsphingem uocitant, cuius ambages dissoluere si aulicarum rerum homines consultissimi nequeunt (quotus enim quisq; ut dixi

Contra aulicos qui rationem & honestatẽ receptui canentem non audiunt.

Androsphinx.

dixi, explicare semel ab eis se potuit?) quo modo temerarium nõ est eam rẽ arbitrij nostri futurã existimare? Mitto nũc quòd si eius uitæ dies atros ac cãdidos numeres, multis partibus maiorẽ illorũ numerũ inuenies, etiã si eos tãtũ spectes, qui potẽtiæ successu obseruãtiã omniũ ad se trahũt, nedum si unũ è multis cõsideres, quibus angustè & incõmode tentoriũ habere in castris tumultuarijs illis nõ statiuis necesse est, in quorum manipulis similes nostri si sacramẽto adacti sint, centuriari solẽt. Atqui (inquit) sic existimo, uirũ literarũ uerè studiosum, honestatis amantẽ, & dei metuentẽ, nunquã ita deprehẽsum, ita indagine quãlibet apta, nexa, arctaq; cinctũ esse, quin liberũ arbitrium à philosophia uindice hominũ & asserere, cõmonefactum & excitatũ, eas plagas (ut aiunt) ipsi summissurũ sit, quibus nõnulli perditè ambitiosi circunclusos esse se fingunt, nullo interlapsu exituq; relicto. Hic etiam tu autẽ delicias facies, & fortuita hospitia angustaq; causabere, homo credo uitæ uagæ et peregrinæ insolens? ceu uerò nescià Italiã te & urbẽ Romã non semel adijsse difficilimo tempore, partim animi causa, partim cum potestate, cũ tu liberã legationẽ suscepisse dicere uisendæ Italiæ gratia, quã tu admirabare: tum in ipso etiam aulæ Francicæ comitatu pridẽ munia obiuisse. Sed rursus quòd me illico aliquo inescatũ esse dicebas, qui soles omnia concitatius in huiusce modi eloqui, num tandem tibi uideor aut grauitatẽ magistratus mei imminuisse, aut antcactæ uitæ opinionem, qualis est cunq; de me, cuiuis homini aut causæ aduerso rumore addixisse? Addidisti etiam, me tibi esse uisum ad ambitionem pronum, non tam proposito quàm ingenio. Nam etsi ambitionẽ honestam claris ferè ingenijs aut cognatam esse uideo, aut agnatam,

Liberum arbitrium.

Agnatum est, quod post natum est.

tam, gestientis tamen ambitionis culpam, quam turpem semper esse censui, haud libenter agnoscam: & tamen iocularí hac tua reprehensione admonitus, uereor ne quid imprudens in ea re admiserim, ut est humana cõditio, aut ex statu cõstantiæ & grauitatis alicubi excíderim, ut imminuisse aut maiestatẽ aut dignitatem huius magistratus atq; ordinis uidear. Amabo te mi Budæe, si quid in me tale animaduertisti, obiurgato me strenuè, ac pro ea amicitia quam iam tot annos colimus. nosti enim me nihil unquam antiquius bonorum & grauium existimatione habuisse, duntaxat secundũ rectam conscientiã, cuius deus unus & solus explorator est. Cum autẽ iudicium tuum nunquam aspernatus sim: tum uerò maximè intelligo tibi me notũ esse, utpote cui in usu familiarissimo indicare me quàm simplicissimè soleã. simul illud memini, sæpe te mecũ ita esse collocutũ, nihil ut commodius esse posse diceres uiro in magistratu cõstituto, ad magnosq; honores aspiranti, quàm si amicum sibi unum delectum ac probatũ, adhiberet castigatorem, aut certe emissarium & subauscultatorem, qui ad se uelut iure suo referret cuiusmodi esset populi de moribus eius actibusq; iudiciũ: quæ actio eius motusq;, cuneorũ plausum frigusue, quæ aduersum rumorem ordinum, quæ bonorũ & grauium calculum mereri uideretur. sic enim futurum esse ut iure improbari non posset, qui omnium propè arbitratu sese emendauisset. Hoc autem cum pauci animaduerterent, hactenus factum esse ut egregij sæpe uiri summos statim honores adepti, ad populum (ut dicitur) & ordines offenderent, suarum scilicet ipsi inconcinnitatum ignari, quæ per ora tot hominũ magno strepitu peruulgantur. Quod uerò ad me attinet: ut ambitionis suspicione uindicare me non admodũ laboro,

Locus animaduertendus.

sic hoc deprecari peruelim, ne me cupiditas transuersum egisse, aut extra numeros probitatis & honestatis extulisse uideatur. Nec enim mei obliuiscì ipse possũ, nec personæ quam mihi cum literarũ studium flagrantißimum, tum uerò collegium grauissimũ amplißimumq; imposuit, in quod non pœnitendis (ut opinor) auspicijs ipse adoptatus sum. Sed quid ego hæc tecũ nequicquam? qui me propemodum ab incunabulis & crepundijs nouisti, & cui me iam tot annos explorandũ bona fide ad manumq; aspiciendum præbui: ut notiores animi mei sensus omnes ei sacerdoti esse non possint quẽ à confessionibus religiosis habeo, quàm tibi Budæe mens mea pernotuit. Ibi tum ego renidens, Equidem (inquam) Deloine uideor te non leuiter cõmouisse: cuius rei indices sunt malæ istæ tuæ pleniores, insolito rubore suffusæ: id quod nisi ut facerẽ, in mentem mihi uenisset, nunquã isti facundiæ utiq; par esse potuissem. Etenim quis tibi hoc concedat, ut mihi te semper Scæuolam, & quum uoles etiã, ut subinde Crassum præbeas? Vt enim si quid in fõro tuo possim (tuum autẽ uoco, in quo primaria esse auctoritate te dicũt homines doctissimi) sed ut siquid ad intelligentiam enarrationemq; iuris uestri ciuilis comminisci aliquando & afferre in medium possim, quod ex ea penu promserim quæ uobis iurisprudentibus usualis esse non solet (cuiusmodi nõnulla in Annotationibus nostris scripsimus in Pandectas editis, & iterum fortasse scribemus, siquando eò animum retulerimus) id totum iudicio tuo tuiq; similium submitto: sic te uicißim decebat amicitiæ saltem iure, doctrinæ mihi fasces in ea re summittere, qua in re non ætatulam quidẽ (quod uehementer dolco) sed ætatis bonam partem te stimulante contriui, etiam si ui maiore ingenij tu in eadem ipsa re nos

nos superare uideare. quippe ius hoc poscere amicitiæ nostri, ut inter disserendum simulata interim & affectata uel infantia uel insciti a, ab amico uinci te patiare: cum si nihil de contentione remittas, possis animũ eius ægritudine non leuiter sauciare. Itaq; quandò te nihil mihi (ut uidebam) condonaturũ, uincere alia ratione non poteram, non inuitus ipse feci ut acriore altercandi uelitatione te è statu peruicacis facundiæ depellerem: quæ copiosius ipsa mihi semper uidetur atque compositius uerba uobis iurisconsultis non usitata fundere, quàm ut è libris tantũ iuris haustam esse quis eam credat. Quanquã haud admodum lubens facio ut eam tibi facultatẽ tantam concedam, homini in alijs studijs occupatißimo, quam omniũ difficillimè artiũ comparari cõtendere tecum soleo. Sed enim id penè muto quod nuper de te affirmauerã. Ambitiosum esse te natura dicebam, non proposito: nunc natura ab ambitione abhorrere te, uel uerius ab ambitu, dico, non item fortasse proposito. Nemo est enim omnium quos noui ingenio & doctrina præditos, qui minus te prehensare homines, aut colere potẽtes, & omnino numeros implere ambitus iusti atque efficacis aptus sit. siquidem oportet eos qui hoc scitè facere uolunt, quo iure quaq; iniuria morigeros se spondere postulantibus, ad festinosque iultus semper esse fictos & compositos, etiam si probi uiri esse animo obfirmauerint. Alioquin frustrari nemo potest aut deuorare molestiam adeuntium, æqua, iniqua, expedita, perplexa, improbè postulantium, quorum in odium & iurgium etiam incidas necesse est. quasi que in campo & inter comitia offendas atque impingas si quid æqui boniq; non obsequiose dixeris. Ita qui ritus eius disciplinæ tenere uelit, hunc necesse est duplicem quam uocant philoso-

Alludit ad exotericam disciplinã & acroamaticam cuius meminit Cicero in quinto de Finibus, & Gel. lib. undecimo.

losophiam & ancipitem nosse, ut exotericus ipse sit & esotericus, nec idem intestinus homo sit & externus. Sermo tantũ speciosus & urbanus, ac uultus blandus & festiuus inter se non discrepent. Ad hanc autẽ disciplinam, & alias quas homines ambituros percallere oportet, cum parum te docilem semper animaduerterim, miror cur tibi in mentẽ uenerit Aristippi meminisse, quem omnis (ut inquis ipse) decuit status & color & res: quasi uersabile mihi sit, & tibi cum uoles futurũ sit ad ista ingeniũ. Quo modo autẽ tu non ineptam sententiam hanc tueris contra tuum institutũ, qui quum non ignores illic hominum iudicia atq; etiam proposita ferè esse corruptissima, eis tamen suadeas in eo cõuentu esse uiuendũ, qui in simplicitate & candore morũ spes omnes suas repositas habeant? Neque enim mihi ludibũdi sunt oculi, quibus in occursu & in circulis isti uenustuli gratiosi esse didicerũt: nec lepores illos urbanitatis aulicæ noui, quibus pro illecebris logodædali ad aucupandã famam scitæ comitatis & emerẽdam utuntur. Quum ille rursus sermonẽ excepisset, egoq; non defuturus sententiæ meæ mihi uiderer, amucoq; in eo non cessurus: ecce tibi nuncius regiæ mortis, qui disputationẽ nostram abrupit consternatione subita. Post aliquot autem dies cum eum domi offendissẽ ociosum (interuisere enim sæpe inuicem solebamus) continuò ut assedimus, Ecquid (inquit) Budæe aliud tibi in mentẽ uenit de disputatione nostra? an in sententia permanes? Vides enim triduo eam mutationẽ rerum factam, ut iam alius omnino sensus publicæ mentis existat, diuersiq; mores esse inolituri putentur, ut ferè omnia circumagit & plurima inuertit regni noui exortus. Certè uox famæ publicæ iucundissima ad aures omnium ferme ordinum uenit natali huius regni.

Atqui

Atqui eò (inquam) penè euasimus, ut non facũdia tantum tibi huius disputationis palmam, sed etiam rerum cuentus fortasse daturus sit. nam si festis huius principatus auspicijs, rerum gerendarũ progressus responderit, erit utiq; cur uirtus & doctrina exeant ex umbraculis, et ferre solem, ut dicitur, pulueremq; non renuant. Id adeò licet ex præteriti & præsentis temporis contentione æstimare. Quum enim antè orba respublica summis magistratibus esset, maximaq; munia partim uicarijs operis obirentur, partim omnino non obirẽtur, primùm nihil nec rectè satis nec ordine (id quod necesse erat euenire) fiebat, deinde uelut abdicatis uel abrogatis magistratibus, informis ac destituta Respub. iniurijs intestinis externisq; exposita & obuia iacebat. Cuius indignitatis causam nunc magnopere non inquiro. id tantũ dicam quod fama circunfert, in duas ipsa sentẽtias diuisa: Partim hominũ culpam à uertice ipso arcessebãt, qui bona magis uolũtate, quàm strenua & cordata solertia fuisse à multis existimatur. Partim ad actores ipsos rerũ, dispensatoresq; copiarũ, summum crimen referebant, qui hebetes iam oculos domini non uerentes, nec ab auribus eius magnopere metuẽtes, quas obfirmatæ obaudientiæ cera obstructas esse confidebant, in libera administratione summæ rerũ remissi fuisse dicuntur, & in tumultu securi (sic enim homines tum sobrij loquebantur) aut nimium sese in arduis consulentes, ut prudentes dictitabant. Commune autẽ utriq; crimen ab hominũ sermone illud erat, quòd orbæ rerũ summæ tutores ut suspecti postulari nõ poterãt, cum honorarij ex diadematico genere adhibiti nulli essent, qui custodes saltẽ administrantiũ in speciẽ esse uiderẽtur. Ex qua rerũ deformitate (ut parcissimè loquar) secuta est ea Frãcici nomi-

nis suggillatio, quæ sine insigni mutatione rerum discuti non poterat. Affuit igitur precibus non publicis, sed populi duntaxat, ut speramus, tutelare numẽ Frãciæ, quum Calendis Ianuarijs Rex socer fato functus Franciscũ nobis Regem æquo animo reliquit, ut filiam quoque suam Reginam relinqueret. Pròh superi immortales, quid hic primum, quid postremũ exequar? Iampridẽ Calendæ Ianuariæ quid non polliceri ad instaurandã rei Francicæ fòrmam ac dignitatẽ uidentur? quo die strenæ uice, aurea (ut antiquo uerbo loquar) fortuna ad eum regem transiit, qui & corpore & animo implere uices summi imperatoris posśit, ut si quis unquam maiorũ. Deinde nominis eius omen nonne certam spem præmonstrat illustrãdæ gloriæ nostræ, cum à condito hoc imperio Franci nunc primùm de suo uocabulo denominatum habere regem cœperint? Iam uerò manus illæ cinctrices summorũ magistratuum, nonne militum mentes afflictas insolita ignominia, humiq; propemodum serpentes ordinum omnium animos, triduo ita erexerunt, ut altiores etiam pristinis eorũ spiritus excitarint? prorsus ut magnificũ quoddam atq; amplũ huius regni principium fuerit hoc maximè nomine. Nullũ enim auspicatius esse poterat (ut quidem est hominũ iudicium) quàm ut pacis belliq; artes, longo summorum magistratuum interregno consopitæ, statim uelut è somno diuturno expergiscerentur. Quare Cancellario primo quoque tempore dicto, uiro eximiæ doctrinæ & industriæ, cum in purpura summa probatæ, tum aliàs principi ipsi spectatæ & cognitæ, quid aliud quàm ueluti iustitium diuturnum solutum esse uisum est? Est enim ille magistratus inter togatos summus: cuius domus (quod Nomophylacium dicitur uerbo prisco) iuris custodia, legum ac constitut

Franciscus Calend. Ianuarij Rex appellatur.

Cancellarius Franciæ.

Nomophylacium.

stitutionum præsidium, oppressorum asylum, flagitiosorum scopulus, æquitatis officina, ara supplicum, & iure summo lapsorum adminiculum esse debet. Atqui (inquit ille) cum de eo magistratu in Annotationibus tuis loquerere, originemq; eius à Minois tempore repeteres, nullis propè finibus munia eius circunscripsisti, quasi unus ille honor ad se summam omnium rerum munerumq; traheret, cum principis uices propemodum impleret, præsertim ut est hodie ratio gerendi eius honoris. nunc, ut uideo, partes eius magistratus tanquam nomophylacis tantùm exequeris, quasiq; antistitis cuiusdam æqui & boni, & uiuæ legis indulgentiæ, cuius interpretationem à benignitate principali postulaturi, nomophylacium uelut oraculum quoddam clementiæ principalis suppliciter adeunt. quem magistratum quandiu desiderauimus, tamdiu æqui boniq; oraculũ obmutuisse creditur. quod nunc quum luculento aditu princeps patefecerit, & alias quoq; partes inaneis in Rep. constituenda repleuerit, utiq; imperium iuri & legibus, & dignitatẽ suam imperio, & regnũ deniq; ipsum sibi, restituisse dicetur, si tamen prouidẽtia expectationi nostræ subscripserit. Sed perge porrò. Omnia enim hæc quæ nũc dicis, in causam meam uertã, quasi non tibi aqua, sed mihi iam soli fluat. Quid mea refert? inquã, quum iamiam tibi hærbam porrecturus sim, quod ad controuersiam quidem ipsam, non quod ad me pertinet. Iuuat etiam me uictum à te in publica lætitia fateri. ita te superiorẽ fecit non tua tantùm facundia, aut mea mala causa, sed euentus felicior: cuius utinam expectatio ita nobis satisfaciat, ne tibi rursum huius rei quam coniectura iudicauimus, cõtrouersiam olim ipse referre posśim. Equidem (inquit) nõ uideo Budæe quid ultrà causaturus sis: omnia

nunc uides ex sententia animi tui cõtigisse. Cancellarius is est factus, quẽ tu maximè exoptabas, nõ tua magis causa, quàm omniũ qui in literarũ studiũ spes suas cõtulissent. Is est Antonius à Prato, uir nõ modò literarũ amore captus sed etiam literarũ amantissimus: qui cũ doctis in uniuersum & ingeniosis, nimirum fautorẽ se præbebit, & apud hunc nostrum Augustum, alterum Mœcenatẽ: tum uerò proprius et æternus tibi erit suffragator, utpote qui iamdiu (ut nosti) omnia tua causa cupiat. id quod etsi tibi auditum compertumq; esse nõ dubito, ipse tamen tibi fidem facere uberiorẽ debeo, qui cum ille pridem dudumq; familiarius sermonẽ his de rebus facitauit. de quo hoc tibi tantum dicam, quoniam parcus esse soleo (ut nosti) in laudibus hominum uiuentium. Hunc (nisi fallor) habebis imitatorem, & (quod maius est) æmulum Guidonis à Rupeforti, summi illius uiri, cuius tu memoriam (ut arbitror) illustrissimã apud posteros reddes clarissimo aliquo elogio, ut quidem te semper affici erga illius manes uideo, siquando in sermone mẽtio eius incidit. Prorsus (inquam) rectè opinaris, si quidem ipse aliquid possim dicendi facultate. neq; enim est aut fuit unquam hominum quisquam cui secundum parentes plus me debere existimarem, etiam si nihil est aut fuit quod ei acceptũ referre possem, ut qui eo tẽpore mortuus sit, quo mihi absenti & propemodũ inuito optimè cupere ac magnificè cœperat. Ita fortuna, cui nihil adhuc præter otium literarium debeo, obstitit ne illius beneficia calendarium meum implerent uel augerẽt. Tu enim nosti frustra me ab eo nuncijs & literis eius chirographis accersitum, cum ego quidem ualetudinem tum mihi incommodissimam excusarem, ille autem existimaret per detrectationem ualetudinarium me esse, & falsò causar

Antonius à Prato Cãcellarius.

Guido a Rupeforti.

causarium, & iterum me admonens ægrè ferret ignauo me literarum studio animum maioris fortunæ despõdisse. Eo me ille maximè nomine increpitans (ô uirum summa laude dignum) quòd eam ignominiæ notam & literis & suo tempori inurerem, quasi docti homines neglecti tum uiderentur & abiecti, cum tamen eo tempore nulla arte homines memorabili præditi, opima interdũ decora opinione doctrinæ temeraria ferrent. Gratum est autem mihi quòd eius uiri nunc memoriã refricas, nunquam nõ uiris bonis iucundissimã: cuius utinã tam uerè imitatorem hunc Antonium spoponderis, quàm ego libenter hanc stipulationem ab eodem ipso fecerim, si liceat. ad quod etiam eũ suapte sponte animatum esse fama est. id quidẽ certè decet. In utroq; enim eorum ingenij ac fortunæ partes ita æquæ fuerunt, ut utri plus debuerit ille, hic nunc debeat, uix cõstituere possis. Ille summo magistratu honorificentissimè delato nõ petẽti, accersitus, statim eò euasit, unde altius subuehi non poterat. hic nihil non facilè & scansim assecutus est, quò togæ prætextæ aspirare ius fuerit. uerum ille præstantissimi ingenij ornamentis instructus, & fortunæ adminiculis erectus, quum fato concessisset, memoriam sui magistratus clarissimam reliquit atq; testatissimam: hic eãdem sortem adeptus, quid in extremo eodemq; summo uitæ actu sit gesturus, quod fastigiũ laudis anteactis uitæ partibus additurus, adhuc in expectatione est. Quare (quod est in prouerbio priscо) hic magistratuũ uertex, qualis sit ipse uir, mox ostenderit. Nunc quoniam tu tantopere me urges, causam haud dico quin doctrinæ & uirtuti ex secessu prodeũdum sit, & generosa ambitione documentum sui dandum, uel in atrio regiæ, uel in aula interiore, si pateant eis aditus: non etiam si

inter miscellaneam turbam posint quouis modo irrũpere aut arrepere. Hoc tamen exigã, ut doccas, cæteris in partibus rempublicam ita esse cõstitutam, ut illis uelut matronis quibusdam pudicis & honestis, tutò & sine pudoris suggillatione sese proferre liceat in publicum. Scilicet (inquit) ab armatis istis metuis, qui nescio qua fama excitati, primas & secundas parteis suas hoc rege sperant fore. Ego autẽ accinctos uiros ita rerũ potituros arbitror, si non plus armis quàm consilio tribuant. cuius rei argumentum duco ab ipso loricatorũ uertice, quẽ omnium uotis expetitũ princeps rei summæ militari præfecit. Nempe ducem (inquam) Borbonianum dicis? Illum ipsum (inquit) superi boni quẽ uirũ, quantum principem, quàm magnum futurum ductorem, si numini diuino (ut speramus) res Franciæ cordi fuerint! Atqui (inquam) memini quum auspicando regno princeps Cancellario statim creato, hunc Magistrum equitum absentem tum dixisset, ut uotis hominum & famæ flagitanti satisfaceret: quãta omniũ lætitia, quàm certa spes, quãq; magnifica expectatio per omne genus hominũ excitata sit. Quis enim rei summæ constitutionem non speraret, qui censuram militarẽ, magistratum desitũ & penè obliteratum, reuocatam uideret? Deinde cuius prudentiæ fuit, quàm rectæ uoluntatis, regem ut primo quoq; tempore, sic nõ tumultuariè, non propere, eum ducem ense quidem illũ dictatorio, uerùm illi hæreditario cingere, quẽ claris documẽtis cognitum, fama iamdudum auguratrix, & prærogatiua uota omniũ ordinum designauerant? Magnum erat per se censuram armorum, quasiq; regimẽ restituisse morum militarium. Nomen enim ipsum eius honoris multum habet reuerentiæ ad disciplinam rei militaris utcunq; retinendam: sed maius

Dux Borbonianus magister equitum.

maius multo fuit ei duci iniungere, qui generis splendore augustus, moribus generosis insuper uenerandus, belli pacisq; artibus æquè pollens, in prætexta, in paludamento uisendus, in consessu, in procinctu cordatus, domi & militiæ, in urbe & sub signis gratiosus, Martis (ut ita dicam) & Palladis suffragia tulisse uidebatur. Atq; equidẽ Deloine nunc in memoriã mihi uenit eius temporis quod hisce annis uidimus, quum tu rebus afflictis mœstus, tanquam præsciscente animo diceres, te uiam primã salutis uidere, si dux Borbonianus summæ rei militaris admoueretur. Nam quum auctoritas multũ, tum morũ maiestas plurimum, in ductoribus exercituũ ualeut: quibus hic dono quodã Palladis præditus est. Eum uerò omneis uirtutes habere dictitabas huius regni tutelares, aut certè præ se ferre: quas esse, pietatem in primis aiebas, & religionis reuerentiã, prudentiam, continentiã, liberalitatẽ, magnanimitatem, & consulendi peritos prudentesq; solertiam, quæ regum maximorumq; ducum summa laus semper fuit. Addebas seuerum simul & clementem esse, eo temperamento, ut nunquam iracundus nisi in animaduertendis indignitatibus aut sceleribus uideretur: & cũ firma ac decora corporis cõstitutione natura præditus esset, ad naturæ cõmoda accessisse educationis disciplinã dicebas sub socru fœmina cordatissima, quæ numeros omneis memoria teneret instituendorum principum: quippe quæ regis filia eadem & soror, regnum olim secũdo rumore administrasset. Itaq; quum eum regem habeamus, qui cum specimen sui tum aliâs, tum in decursione militari, & simulacro splendissimo pugnæ iustæ facitauisset, ad regnum statim assumptus est, & mox magistrum equitum gentilem suum dixit, eum uirum (ut uno uerbo absoluam)

Tutelares regni uirtutes.

uam) quem fata rebus nostris alleuandis debebant: cuius si ætas maior indoli responderit, ne Momus quidem Aesopi inueniet quod in eo reprehendat, eademq; prouidentia princeps reliquas reipublicæ partes cõstituturus esse uideatur: non inuitus faciam ut in tuam tandem sententiã transeam, & uiris studiosis etiam auctor sim ut in spem accingantur capessendæ reipublicæ. Quippe si ad lineamenta præscripta ætatis florentissimæ princeps regni sui cursum uiridem peragere contenderit, haud periculum erit ne uirtus aulicæ superbiæ ut dudum mancipetur. Absit enim ut hoc rege, his proceribus, his consultis, qui rerũ potituri esse existimantur, uirtus & doctrina tam turpiter in aula seruientes, cultuq; indecoro cernantur, quàm olim Hercules in Lydia. Vidimus quam indolem futuræ maiestatis princeps in tyrocinio, id est, nondum Rhemis inauguratus, ostendit, quanto honore, quantis liberalitatibus Cæsarem (ut ita dicam) suum, sororis suæ uirum, ducem optimũ, & regiæ indolis, prosecutus sit, quos uiros summæ rerum secundũ se præfecerit, quanta pietate parẽtem olim indulgentissimã, nunc officiosissimam colere & obseruare instituerit: ut si ad huius auspicatus præscriptũ uniuersam ipse formam principatus delinearit, spondere ausim apocatastasim quandã insignẽ priscæ Francorũ gloriæ extiturã. Francia quidẽ certè tantarum rerum expectatione excitata, animos illos alacreis denuo iam sustulit, quos haud ita dudũ tacta de cœlo abiecerat. Existimãt enim omnes supplicationibus populi cataractas cœli apertas esse, & lucem nobis redditã. Cuius spei cum omẽ haud aspernandum habemus à nomine Francisci Regis ducti, tum uelut repromissore deo acquiescimus: qui signis & ostentis clarissimis lætitiam nobis publicam ratam fecisse exist

existimatur. His tam magnificis, tam regijs rerum administrandarum primordijs si hoc quoq; accesserit, ut literis & doctrinæ honos habeatur à principe & primoribus, haud scio an nihil sit quod addi ad regni amplitudinem possit. Id quidẽ certè fidenter affirmauerim ad posteros memorabile maximè forè, nos ex obsoleta & tristi socordiq; facie regni, nulla aut diurna certè tantum temporis intercapedine in magnificentissimam regni speciẽ atq; alacerrimam transiuisse, unamq; tantum noctem confinium fuisse sceptrorum squallentium atq; nitidissimorum. usqueadeo numen aliquod benignũ repentè nos circumegit, uelut theatro quodam uersatili: quod utinam benignitate diuina faustè & feliciter regi, rectoribus, nobisq; regendis eueniat. Vidimus dudum Gallici nominis Genium antea semper cultum ac nitidum, planipedis habitu in theatrum tot finitimarũ gentiũ sub choragis imperitis & bona ex parte pusillis inductum. Iidẽ (ut spes est) uidebimus propediẽ in cothurnũ pristino altiorem excitatum, si modò qui summam rerũ tenebunt, hoc intelligere, intellectumq; meminisse poterũt, Mineruæ quàm Bellonæ numen maius ac præsentius semper ab Alexandrõ Magno Romanisq; ducibus existimatum esse, qui imperia ipsi maxima ac clarissima omnis æui condiderunt. Vt enim magister equitum dux summus, & Polemarchi creati uiri decora multa militiæ meriti, quasi optiones eius allecti, bellicis in rebus speciem quandam magnificã & tanto imperio dignam præbebunt, rectè atq; ordine constituentes omnia: sic in rebus pacatis consiliarios adhiberi necesse est earũ rerum administrandarũ prudẽtes, quæ procul à classicis transiguntur, aut ipsos bellicarum rerum consultos quasi quosdam Nestores utraq; facultate pollere

pollere: id quod fieri nequit si literatos oderint, aut spreuerint. Magno enim errore regibus olim nostris ac summæ nobilitati persuasum est, Galliæ cãpos naturam, Martis (ut aiunt) orchestram esse nõ etiam Musarũ odeũ uoluisse, in quo regum ac ducum gesta clarissimè celebrantur. Qua de re quoniam multa in præcedentibus libris diximus, non necessariũ hic habeo lõgius rẽ prosequi. Proinde fastigiũ principale nihil generosius instituere, nihil augustius uelle potest, quàm ut rebus bellicis quasi in tumultu constitutis, literarum studiosos excitare quãplurimos contendat, partim à consilijs ei futuros, muneraq; togata ac ciuilia obituros, partim res nostras monumentis literarum illustraturos: id quod Alexander Magnus quũ maximè exoptaret, uix assequi potuit: ob quod Achillem felicẽ identidẽ appellabat, cui cõtigisset ipsi post mortem Homerum præconem rerũ suarũ habere. Reges autẽ nostri ne Chœrilos quidem suarum rerũ scriptores habuerunt, ut qui nihil existimarent literas pertinere ad memoriã sui suorumq; æternitati prodendã. qua temporum incuria factũ, ut res eorũ gestæ, & instituta patria, auctorum silẽtio sepulta sint, uel ita memoriæ prodita, ut auctores pudendos magnarũ rerũ laudare uereamur. Quam gentis nostræ ignominiã si reges & proceres satis æstimare potuissent, præclarè cũ uiris literatis hactenus actũ esset. Verũ enimuero quando ea quæ ad hunc principatũ pertinẽt nunc primùm ineuntẽ, nõ tam in cõmẽdatione ac laude posita sunt, quàm in coniectura atq; expectatione, sustinendũ nobis ulterius iudiciũ ad progressum usq; rerũ magnifico iucũdoq; omine inchoatarũ: ne si quid secus acciderit (quod ominari nolim) aut in rebus secundis atque plausibilibus proceres mãdragorã (ut fit) biberint, præ-

Odeũ locus est choro & symphoniacis destinatus.

prop

properè ipsi occasionẽ res inexploratas laudãdi admirãdiq; arripuisse uideamur. Quod quũ dixissem, & ille annuisset, dirempto hoc colloquio sermonem alium quæsiuimus. Eã autem disputationem nostrã simul animi causa huic operi attexendã esse duximus simul ut monumentũ esset æternũ (ut spero) amicitiæ nostræ. Deloinus enim & Budæus insigne par amicorum in hac urbe existimatur esse.

VOCVM ATQVE LOCVTIONVM QVARVNdam subobscurarum explanatio, per Iod. Badium Ascensium.

Abducere fide militẽ, est ita perpellere, ut in diuersa castra & diuersas partes transeat. Pagina 723

Admissionales, sine quorum beneficio nemo innotescere principi potest. 445

Adrastiæ legis meminit Plato in Phædro, & Plutarchus ἐν τῷ περὶ εἱμαρμένης, lex est ineuitabilis. 796

Adumbrare placita principum ijs quæ paucis placita sunt, hoc significat, cum quid paucis libuit, & utile est, id ut nullo refragãte, aut reclamãte fiat, diplomatibus à principe elicitis, & in omnes regni partes dimissis, edictalem autoritatẽ ei rei accõmodare, ut sub umbra & prætextu regij nominis ipsi animo suo obsequantur, & nullus in eos obloquatur, ne in regem obloqui uideatur. 91

Aedes Saturni, ærarium erat Romæ, quare hic metaphoricè pro lucro & stipendio publico accipitur. 788

Aeolidæ, ab Aeolo uentorũ rege dicti, qui ad omnem temporis mutationem uertuntur & mutantur. 449

Aeruscatores sunt cogendarum undiq; pecuniarũ artific

tifices. 764

Aesculanus deus, & Argentinus, dicti sunt æris & argenti, hoc est, locupletandorum hominum potestatem habentes. 744

Aethon, ardens: Podargus autem à pernicitate dictus est: qui duo, quibus bigas suas iungit Hector apud Homerum, hic metaphoricè pro cupiditate flagrante, & celeritate præcipiti ponuntur. 765

Agnasci est post nasci, & agnascitur hæres defuncto, cum posthumus in lucem editus est. 714

Agones epitaphij dicebantur certamina nouendialia quæ in honorem exequiarum in funeribus fiebant: quod hic transfertur ad competitorum ambitum: & quandam quasi dimicationem eorũ qui exuuias sacras petunt. 772

Aius Locutius, hic famam significat, nullo autore certo emanantem, & uera tamen prodentem. 452

Alastoras, hic intellige dæmones naturæ humanæ infensissimos, & assiduos captatores, et reis & dãnatis infestissimos. Alastores enim sunt pœnæ, & furiæ Stygiæ. 728

Albatos scurras, appellari puto episcopos qui scurrilẽ leuitatem in uerbis & gestu præferunt. Albati enim sunt candida toga induti. In competitores sacerdotiorum factiosè dimicantes. 772

Album est tabula, in qua nomina iudicum in foro Romano proponebantur, qui anno quoq; causas iudicaturi essent. Erant enim plures iudicum decuriæ, uicibus iudicantes. 54

In Album æternæ prouidentiæ relati sunt qui uulgo à theologis prædestinati dicuntur. 713. Ex albo reijcere: uide Reijcere.

Alecto quasi irrequieta & nunquã desinens interpretari

tari potest. 763

Alias res agere, est curam omnem deponere eius rei, quæ instat, nec animum aduertere. 761

Aliptæ unctiores erant, qui athletas certaturos ungebant, & magistri ac præceptores athletarum dicebantur autore Aristotele. 719

Alogistia est cũ necessitas reddendarũ rationũ remittitur à principe. uulgo quittus dicitur uel abolitio. 711

Amare à lenone, antiqua est locutio, & significat amare prostitutam meretricem, non mulierem impudicam quidem, sed delectum tamen amatorum habentem, nec se cuiuis permittentem. 69

Anginarium pyrum hic significare puto summi apicis ambitum & pertinacem petitionem cum certa spe potiundi. 728

Annos ferre uina uetera dicũtur, cũ nondum à uetustate deteriora facta sunt, & adhuc seruari possũt. 714

Anodyna medicamenta, quæ doloris sensum auferunt. pagina 789

Anthropolatres, hominibus honorem diuinum exhibens interpretatur. 787

Antipathiã segetũ miscere, est semina inter se dissidentia simul serere: ut triticũ cũ semestri uel trimestri fruge, Antipathia enim dicitur naturale rerũ dissidiũ. 698

Apocatastasis, restitutio rerum & instauratio periodica in priscum statum. 812

Arbitri oculati rerum sanctiore præiudicio trãsactarum, sunt illi, qui ad speciem tantùm, & prætextum, in consilium adhibentur: ut res non ex paucorum libidine, sed consultò agi uideantur: cùm tamen ipsi in consilium admissi, non censere iubeantur ab ijs qui consilio prin-

cipis præsident: sed uel assentiri ijs, quæ ipsi secretiore consilio statuerunt, uel adesse tantum rebus decernendis: non autem sententiam dicere, utpote cùm ad res iam antea decretas, & præiudicatas uocentur. Arbitrari enim ocularitèr tantum, hoc est spectare, non etiam uocaliter eis datum est. 91

Archiplanus dicitur dæmon planorum omnium impostorumq; caput. 778

Argumenta theatrica sunt fabulæ comicæ & tragicæ. 723

Argyraspides, argenteis scutis insignes sunt milites, quo nomine quæstores & præfecti ærarij significari uidentur hoc in loco. 77.427

Arimaspea carmina. Aristeas Proconnesius poëta antiquior Homero, ut autor est Eusebius in decimo de præparatione euangelicâ, scripsit historiam carmine de Arimaspis hyperboreis, ad quos nemo accessit: sed eius animam creditum est è corpore exire uagariq; solitam, & uicibus in corpus redire: quod ex Herodoto uidetur sumptum lib. IIII. qui Melpomene dicitur. 776

Astes Minerua, dicitur quæ lateri astat, quasi socia & custos sapiẽtis. Præstes, quæ præcedit, quasi dux. Sic Præstites dij homini nascenti assignabantur ab antiquis autoribus, Macrobio, Festo, & Martiano. 62.63

Atrieses serui, sunt q familiæ, et uicarijs præsunt. 444

Athei philosophi quidam dicti sunt, qui omnino esse deum negabant. 761

Augustale dicitur tabernaculum imperatoris in castris. 704

Aulicastri, sunt quos uulgò homines uocant curialibus moribus præditos. 448

Aussp

Auspicia maiora, maiores honores & magistratus significant. nullus enim magistratus inauspicato creabatur. 773

Axiomata dicuntur propositiones maximè ratæ, quæ ita certæ sunt ut demonstrari nequeant: sed ex ijs demonstrentur aliæ. Hæ propositiones principia disciplinarum sunt, & Latine postulata & proloquia dicuntur, uulgò maximæ appellantur. 777

Basilicanas ambulationes uocat, quæ in palatio fiũt ingenti mentiendi licentia, & noua comminiscendi. 59

Blattarum cõtubernium, tenebrosa loca sunt, & nulla luce illustrata: propter quod Vergilius eas lucifugas appellauit. 781

Briareus aulicorum. Briareus est gigas qui Hecatonchir à centum manibus dictus est, habens capita quinquaginta, quasi tantum uiribus pollẽs quantum alij quinquaginta, ut autor est Homerus. 744

Bruta olim fulmina dicebãtur, quæ nihil portẽdere uidebãtur, quasi inania, & nulla ratione naturæ uenientia, ut Plin. inquit. Hic autẽ metaphoricè accipiuntur, & ad interdicta pontificia referuntur, quæ contra ius fasq; decreta esse censebantur, ideoq; contemnenda. 438

Calix erroris hic significare uidetur opinionem pertinacem Italicarum rerum, uel cum certa pernicie regni persequendarum. 728

Callipidæ in aula uasa semper colligẽtes, sed numquã abeũtes. Callipides histrio fuit tragicus, ut autor est Plutar. in apoht. Laconicis: cuius meminit Tranq. in Tyber. & Cic. ad Attic. prouerbialiter, ut hic. 771

Carceres sunt repagula, id est principium curriculi, unde cursores prodeunt signo dato: uel in Circensibus

ludis aurigæ, quibus Prætor signum dabat. 765

Cassius fuit Romæ iudex seuerissimus, unde Cassiana iudicia apud Ciceronem. 712

Catasta obseruantiæ illiberalis, aulica est obseruantia eorum, qui se rerum potientibus uenditant. 79

Catastrophe, exitus est fabulæ, & rerũ cõuersio. 77.

Catonis animo ferre, est mortem sibi consciscere ob iniquum fortunæ arbitrium, & incõmodum summæ rerũ euentum. Ciceronis autem stomacho ferre, est partim tẽpori inseruire, partim in secessum studiorũ se conferre, & incommodarum rerum solatium quærere, ut Cicero post Cæsaris uictoriam fecit. 83

Cauere capite, est cum uades caput & uitã, non solùm bona obligant. His autem uerbis Martyres & Christi Confessores significantur. 712

Causia gestamen capitis regium solis calorem arcens: & plerunq; purpurea erat. hic pro galero purpureo ponitur. 771

Cæleno hîc pro sacrilega nundinatione accipitur. una est Harpyiarum. 704

Celeusma, adhortatio est remigũ & nautarũ quod cani à symphoniacis seruis moris erat apud antiquos. 732

Cercopum, id est, lucripetarum appellatione ij significantur inter aulicos qui in Reipub. administratione priuatum compendium sequũtur, & publicas opes in suum lucrum uertunt: quo nomine Quæstorum & Præfectorum ærarij natio significari uidetur, quorum uersutias & commenta principes & populus uidentes, tamen intelligere nequeunt. Cercopes Latinè lucriones appellati sunt. Inde, ut mihi Budæus ipse indicauit, Cercopon hedra, apud Herodotum in septimo, hoc est, impostorum & luc

& lucripetarum sedes, et inde natum apud Græcos prouerbium. 64

Centuriale aruum fundus est centum iugerum: quo nomine grande sacerdotium significatur. 722

Cernere hæreditatem, est uerbum antiqui iuris, apud Ciceronem tamen frequens significans adire hæreditatẽ iure XII. tabularum. 713

Chamæleon pro homine subinde mutabili ponitur, qa chamæleon paudißimum animal identidem colorẽ mutat & formam, ut autor est Aristot. in IIII. de historia animalium: & sic ipse utitur in I. Ethicorũ, & in IIII. de partibus animalium. Plin. lib. XXVIII. 774

Choragium, instrumentum scenicum. hîc autem metaphoricè pro magistratibus regni ponitur: sine enim magistratibus homines in mediũ, quasi in proscenium, prodire nequeunt, & documentum sui dare. semper enim perstat in metaphora superius suscepta. 780. Suprà uerò pagina 742 accipitur pro bonis fortuitis metaphoricè, cùm fortuna pro chorago, id est, suppeditatore chori intelligatur.

Choragus, chori, hoc est saltãtium, primus est, et dux choreæ: is & Præsul, & Chorostates dicitur, & Choriphæus. Choragi autem pastophori intelliguntur antistites & pontifices res bellicas tractantes. Pastos enim uestis est sacerdotalis, & Præsules dicuntur quasi præsulto res, seu præsaltantes. Indecorum autem esse ostendit, & absonum, sacerdotes choragos esse saltationis armatæ: hoc est in consilijs suscipiendorum bellorum præsidere, & rerum bello gerendarum principatum habere, & ueluti classicum pugnaturis canere. 77

Chorostates, est qui chorum symphoniacũ docet, mo-

deraturq̃. 731

Chrestologi,uerborum comitate frustrantes postulatores. 448

Circe Dedala.id est,aulica curia, 766

De Cœlo detracti dicuntur qui è magna gloria exciderunt:sicut In cœlo esse dicuntur,qui omnium ore celebrantur.Hìc autem appositè ea locutione Budæus usus est. 725

In Cœlo esse,id est,omnium ore in aula celebrari.748

Comperendinari uadimoniũ dicebatur,cùm dies iudicio constitutus in perendinum diem, id est tertium reijciebatur. 775

Confarreare est contrahere & sancire aliquid sacrificio intermedio,à farre uerbum ductum,quo antiqui in sacris utebantur.ad id autem alludit adorea uerbum, quæ gloriam significat,cùm adoreum sit far. 726

Confectaria sunt argumenta Stoicorum quasi perfecta efficaciterq̃;concluſa.argumentatio est captiosa minutatim gradatimq̃;id quod uult efficiens per interrogationes.quare,à Græcis Sorites quasi acerualis uel coaceruata dicitur.ad quod hìc autor alludit in uerbo aceruatos. 741

Confusum uociferatum dicit, quia cùm omnes hoc dicerent,nemo tamen palàm autorem se libertatis ferre uisus est. 466

Conscripti sunt Senatores summæ curiæ, quos super XII.sedes sessuros in iudicio dominus dixit. 714

Conspicilium,non tantùm oculare subsidium significat,sed etiam fenestram clatratam, & minutis cancellis obtectam,unde in uias prospiciũt homines,qui sese è uia uideri nolunt:quasi obseruatoriam fenestram.Hìc autem metaph

metaphoricè pro priuata uita ponitur in secessu acta,unde homo ignotus,uel in publicum rarò prodiens uelut ex occulto res gestas eorum inquirit et adnotat, qui administrationi rerum præfecti sunt. 781

Contenti simus hoc Catone, id est, hac forma Reipublicæ administrandæ,& hoc rerum statu, ne in deteriorem incidamus,si noui homines succedant. 93

Conturbare uerbum est iuris antiqui,& significat pecuniam dissipare,et propriè ad seruos pertinet, qui cum rationibus heri sui paria nõ faciunt,sed reliquamẽta trahunt pecunia peculiari per nequitiam consumpta. 710

Conuentus Galliæ, sunt quos uulgò tres status uocant. 467

Corculus dictus est olim Scipio Nasica ob summam,solidamq̃; prudentiam. 443

Choryphæus,est chori princeps,qui alio nomine chorodidascalus dicitur, quasi chori magister. & quicunq; summus est in aliquo ordine, is coryphæus dicitur. Chorus autem saltantium & cancentiũ cœtus erat. unde Præsules dicti. 719

Cothurnus utrique pedi aptus est:ob id ad hominem transfertur qui se ancipitem inter duas factiones præbet: quo nomine Theramenes Athenienſis dictus est.propter eandem causam Theramenes aulici,qui & cothurni dicuntur. 794

Cothurnus grauitatem ac sublimitatem significat. 813

Cothurnata scelera,dicuntur ea scelera,quæ à principibus committuntur,quæ maiora sunt illis, quæ à priuatis,& popularibus perpetrãtur:in tragœdijs enim personæ regiæ,& grandes inducuntur. 705

In Cothurno,id est,in tragica persona,omnia grauia,

ac sublimia decent. cothurnus hic pro primaria dignitate ponitur. semper enim perstat in ea metaphora, quam initio suscepit persequendam, de choragio, & scena loquens. 749

Critica seueritas, dicitur propter Criticos, id est, poëmatum iudices, qui sibi eam autoritatem sumebant, ut quos uisum esset, in ordinem poëtarum redigerent, uel numero eximerent, & eximium poëtam pronunciarent. 56

Cunei, loca erant, in quibus plebeij nullo ordine sedebant. 452

In Cuneos se stipare, priuatæ uitæ se reddere. 780

Per Cynicos & Momos homines palàm obtrectantes significantur, propemodum conuitium ijs facientes, qui rerum potiuntur: per Harpocrates ij intelliguntur, qui obmutuerunt. Harpocrates enim silentij erat index in sacris. 766

Decus scenæ, proceres uocat, quia cũ gẽtiles regis res gerunt in aula, cohonestant aulæ faciem. 466

Delumbare, est robur, ac uirtutem fortitudinis infringere. 451

Dicere sacramento, est in militiam ascribi. 461.762

Deprehensi dicuntur qui ultrà progredi uel nequeũt, uel non audent. 588

Desultoria amicitia dicitur nec uera, nec constans, sed tempori tantùm seruiens, & ex usu & compẽdio amantis instituta, ob idq; mutabilis & uaria pro conditione temporum. 781

Dies comitiales sunt ea temporis momenta, quibus magistratus conferuntur à principe. 463

Diem manibus dicere, est mortuorũ animas accusare, cum iam non possunt apud uiuentes criminibus obiectis respondere. 663

Diras imprecari dicitur populus sub paucorum regimine uexatus, cum abrupta patientia eorum improbitatem execratur, & eos pœnis æternis deuouet. Verbũ est antiquum, quo infausta & exitialia rerum euenta imprecari significabant. 92.

Donatiua uenialia, dicuntur, quæ uulgò Indulgentiæ uocantur. metaphora à donatiuis imperatorijs sumpta. 71

Echeneis, remora. uide Remora.

Eiurare ueniæ petitionem. est iureiurando promittere se ueniam non petiturum, id est, ei iuri renunciare, ut quidam loquuntur. 787

Emerita stipendia dicuntur, cum ueterani militiæ uacationem impetrant. 586

Ephectici philosophi, sunt qui nihil unquã constituũt, sed semper consultare se dicunt, ob id Sceptici dicti. 448

Ergastulum locus est, in quo mancipia uincta opus faciunt, quod hìc ad aulam appositè transfertur. 764

Ergastulum piraticum, est triremis, in qua uincti remiges sunt. 766

Euerriculum (inquit Cicero) omnium malitiarum iudicium, de dolo malo. Quo exemplo Budæus Euerriculum delationum dixit. 744

Expẽsare, est expẽsum ferre ĩ ratiõibus facilitãdis. 443

Experiri actione, est rẽ controuersam in iudiciũ deducere. Hic autem ancipitem significationem habet. 79

Exolui religione, est ita conscelleratum animum sacra satisfactione expiare, ut ultio diuina amplius impendere non uideatur. Huic opponitur Alligari religione. 721

Extispices, quære Regalia exta.

Feras in populũ immittere, est à Romano more tractũ qui feras in caueis alebãt, quibus interdũ homines damnatos obijciebãt: interdũ homines bestiarios cũ eis depugnaturos cõducebant in amphitheatro ad oblectationẽ populi. Has Nero rebus iã suis desperãs uoluit caueis emittere, & per urbem Romã laxare, ut populũ lacerarent. Hic autem feræ pro populis efferatis metaphoricè ponuntur, qui in Gallos à pontifice Iulio concitati sunt ut Franciam popularentur. Hic autem significare uidentur concilia duo Romanum & Pisanum, studio magis cupiditatis & uindictæ quàm charitatis ac pietatis indicta. 720

Fides auxilium significat, ut, dij uestram fidem, apud comicos. fides etiam persuasio est certa de aliqua re, ut fides catholica. Hic autem alludit ad fidem, id est, pietatem diuorum. 779

Fidem bonam agnoscere, uerbum est iuris, sed hic per allusionem dictum est, eos taxando qui certam persuasionem doctrinæ Euangelicæ non habent. 718

Fide mea esse iubeo, id est, sponsor eius fio, uerbum est Iurisconsultorum priscorum. 743

In fide esse, est quod Feudum uulgò dicitur. 708

Fiducia est, quæ uulgò commenda dicitur. Est enim fiducia uerbum iuris antiqui. 707.715

Figuræ scenicorum, sunt dicta facetа, & allegorica, quibus summos magistratus gerentes à theatricis taxantur, quasi cauillamenta uelata. 453

Fœdera anniuersaria dicuntur, quæ quotannis alia & alia feriuntur. 435

Fomentum hic significare uidetur coniugium Ludouici & Mariæ, quod luculento uulneri Galliæ sanando appositum esse dictitabatur. Præcalidum dicitur, quod uulner

uulneratum urit, dum præpropere, & inexplorate adhibetur. Fomentum autem non sanandi causa uulneris, sed mulcendi admouetur. 460

Formula indulgentior, est ius prætorium, quod plus habet æquitatis, & minus iuris stricti ac rigidi, ut bonorũ possessiones à Prætoribus introductæ præter ius ciuile antiquum. Vtitur hic uerborũ uarietate, qua Iurisconsulti in testamentorum tractatibus usi sunt. 713

Francomastix, dicitur Francorum hominum obtrectator, ut Homeromastix Homeri. 877

Frugiperdæ arbores dicuntur, quarũ flores uanescentes ad fructum non perueniunt. 877

Fucum facere ordinibus, significat ita astutè, et callidè agere in administratione summæ reip. ut proceres, & nobiles, et magistratus oppidani, & populus falli se, & simplicitati suæ impostura fieri non intelligant. 91

Furculæ sunt quibus uiatores pedites sarcinas suas gerunt, alio uocabulo Aerumnæ appellantur à Festo. 714

Graphis lineamenta formarum significat. 758

Hastæ amentatæ, dicũtur quæ ansula, & habenula instructæ sunt. Amentum enim eiusmodi est habenula, qua uelites, id est, leuis armaturæ milites in prima acie stãtes, & antesignanos præcedentes, iacula sua concitabant, pugnamq; hac iaculatione committebant, quod Latinè Velitare dicitur, quasi pugnam irritare, & incipere. Hastas autẽ amẽtatas mutuari, metaphoricè dicitur pro eo quod est dictatas orationes uel sententias à uiris doctis accipere, & pro suis uti, quasi iaculo ab alio sumpto brachium suum accommodare. & digitos amento inserere, est alienis orationibus respondere, nõ sua, sed corrogata Minerua. Perstat autem in metaphora propter uerbũ uelitari, quo

quo paulò antè usus est. 82
Hemimnæon, idem quod selibra. 121
Hercules Alexicacus dictus est malorũ depulsor, quasiq; generis humani protector: quo nomine Christus proprie significatur. 706
Hieroduli sunt monachi sacram seruitutem seruientes. 705
Hilaria festum diẽ significant non absimilẽ illi quẽ pridie quadragenarij ieiunij ineuntis uulgus celebrat. 784
Hoc age, dicebat præco in sacris faciendis, quod significat ad hoc solum animũ aduerte. Autor Plutarchus in Corio. Plau. in Pers. Hoc age, opus'ne est hac tibi empta? Id est, animaduerte & intentus esto in hanc rem. 724
Hortamenta sunt celeusmata nautarum à symphoniacis cani olim solita. 788
Hypophetæ dicebantur qui prophetis & fanorum antistibus subseruiebant, eorum interpretes quæ antistites dixerant. 758
Implere stipendia est tot annos in aliquo studio perstare, quot opus est ad doctrinam assequendam. 761
Indagine cinctæ feræ dicuntur quæ intra seriem arrectarum plagarum inclusæ sunt. alludit autem ad indagationem ueritatis per uestigia Christi, & monumenta sacrorum scriptorum. 750
Indicare rem, idem est quod rem uenalem facere, & ei precium statuere. indicare uenditoris est, ut mercari & liceri emptoris. 707
Inducere sententiam est delere, & irritam facere 468
Inertia terræ pondera. Iliad. x v i i i. Αλλ' ἤμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. 722
In fide esse, est quod Feudum uulgo dicitur. 710

Insul

Insulati, sunt Antistites. 90
Inire nexum, dicebantur olim debitores, qui cum soluendo ære alieno non essent, creditoribus uincti addicebantur lege x i i. tab. 710
Interceßio erat tribunorum, qui intercedere poterant ne comitia haberentur. est enim interceßio quam uulgo oppositionem uocant. 731
Inter diuos relati uulgo canonizati dicuntur. 710
Interpolis humanitas, dicitur natura humana ex carie uetustæ ignorãtiæ & sceleris inueterati renouata, & baptismali aqua nitescens: quo sacramento homines Christi milites fiunt, & mundo ac fastui seculari amicitiã renuntiant, & mancipatu dæmonis eximuntur. 733
Inter cuneos sedere, est inter priuatos esse, & honoribus nõ fungi. In cuneis enim plebs promiscue sedebat & spectabat. 466
Intra pomœria nati, sunt homines rerum intelligẽtes, non rustici, & ignari imposturarum. 451
Isonomia, est æqualis bonorum distributio. 730
Iudicem ferre, est arbitrio alicuius permittere litem, uerbum antiqui iuris. 57
Ius gentium est quod in sensum communem cadit, ex quo commercia manauerunt & impostura. 796
Ixionidæ Centaurorum germani & similes. 770
Lætis auibus renuntiari est felicibus auspicijs pontificem creari. 717
Lanista, est quo moderante digladiantes sese mutuis ictibus impetunt. 435
Laoplanus dæmon, id est popularis impostor 765
Lar, deus est domesticus: itaq; peregrè redeuntes larẽ familiarem statim salutare solebant. 771

Latifund

Latifundium fundus est latè patens: hic pro sacerdotio copioso & opulento ponitur, & episcopatu latè patenti. 722

Laudare autorem est citare, & prodere, uerbo iuris antiquo. 723

Laudare more fascinantium, id est, animo malefico, & uenefica lingua. 786

Linguis fauere est silentium tenere. 749.786

Liticines Sacrosancti, quære Sacrosancti.

Macaron, id est beatorum insulæ (alludit autem ad elysios campos) in quas animas boni meriti antiqui transire existimabant, & beatorum insulas esse dicebant, ut autor est Seruius. 746

Mancipes societatũ, sunt magistri, & capita quarumcunq; factionum: metaphora sumpta à redemptoribus, aut publicanis. 59

Mancipium non tantum hominem seruum, sed etiam mancipatum & possessionem significat. 757

Mediastini serui sunt qbus uiliora ministeria per atriẽses & actores imperãtur, ut plebs pullata in Frãcia. 743

In medio stare, in actu rerum esse inter aulicos. 780

Mercurius institor est quæstus è rebus sacris & nundinatione sacrilega. 704

Metempsychosis est animarum in alia atq; alia corpora transitus. 787

Mimi & planipedes genera sunt comœdiarum, in quibus personæ uiles, & actus ipsi indecori sunt & scurriliter lasciui. 749

Modulos appellat mediocritatem & parsimoniã à priscis institutam, ut quisque sacerdotum uno sacerdotio acquiescat, quod quidem suppeditare necessaria pro dignitate

tate cuiusq; ordinis posit. 720

Motorij actus, dicuntur allusione comœdiarum priscarum. Comœdiæ enim motoriæ dicebantur, quæ turbulentæ erant: quæ autem quietiores, eæ stataríæ uocabantur. Alludit igitur ad Reip. summam, quæ turbulẽtis actibus administrata est, propter tumultuosa bella. 75

Muli Mariani qui sint docet Festus, & Plutarchus in Mario. 714

Multiplex tropus orationis est oratio multiplici schemate, id est significans & repetẽs quod meminisse omnes magnopere oportebat. 726

Musæum, ædes est Musis sacra. 52

Natalibus restitui, uerbum iuris, hic pro innocẽtiæ & puritati primæ restitui dictum est. 733

In nassam. In nassam ingreßi pisces retrocedere nequeunt. Sic homines probi beneficijs aulicorum inescati, & semel autorati, ultrà sui iuris non sunt, sed obsequi ijs coguntur à quibus ornati sunt & adiuti. 768

Nauclerus nauis, Latine nauicularius dicitur, id est nauis dominus, cuius periculo nauis agitur, & cuius est summa potestas. Hoc in regem Ludouicum dictum, qui in demortuorum magistratuum locum plerunq; nullos sufficiebat, nec in eos regia seueritate inquirebat, quos summo rerum actui præfecerat. 783

Nexum inire, est corpus ipsum capi, cùm pignora nulla sunt quæ capiantur. 442

Nexum ineunt plebeij, si indictum tributum non soluerint, id est in carcerem conijciuntur. 744

Ob Noxam dedere, iuris uerbum est: ut noxæ dedere, quod idem est. 744

E Numeris eximãt, Metaphoricè dictum est, uerbum à milit

à malitia tractum. Est enim Eximere è numeris milites, ex manipulis expungere, & reijcere, stipendioq; priuare. licet Eximere numero, aliud significet. 57

Obnuntiare, & uitium obuenire, uerba sunt tracta à more comitiorũ Ro. Obnuntiantes enim Augures, id est affirmantes infaustum aliquod signum è cœlo sese obseruasse, prohibebant ne magistratus eo die crearentur. Vitium autem obuenisse dicebatur, quando ostentũ aliquod creationem uitians apparuerat. Vtitur his uerbis Cicero in secunda Antoniana. Hic autem metaphoricè accipiuntur. Obnuntiare enim eos intelligit, qui nocere ijs uolentes, quos publica fama commendat, clàm eis detrectant, quasi uitia in eis compererint: & sic eos à beneficijs arcent principalibus. 65. 731

Odeũ, locus est choro et symphoniacis destinatus. 814

Offendere ad populum Ciceroni est non populariter agere, nec populi plausum mereri. 801

Officinam ditis intelligendam arbitror eorum hominum ordinem, qui ijs muneribus funguntur, quæ ad rem ærariam pertinent: quorum illa est functio, ut ærarium dispensent: ex ea enim officina repente diuites prodeunt: quanquam etiam alludere uidetur ad orcum, uidelicet taxans id institutum uitæ, quod plerunq; ad orcum deducere creditur. 426

Onocephali homines sunt asinino capite deformes. pagina 462

Optiones, pro adiutoribus, & subministrantibus accipiuntur. Verbum est à militia ductum, quo Plautus in Asinaria utitur. 61

Oraculorum conspicilia sunt interpretamenta arcanorum enarratorum sacræ scripturæ. 711

Ordines

Ordines hic nobilium multitudinem, & eorum, qui in magistratibus sunt, significant: Orchestra, summam curiam: in ea enim Senatus spectabat. 452

In Ordinibus sedere, in magistratu esse municipali, & munere aliquo fungi. 780

Pæon medicus deorũ est: unde Pæonia manus, pro certa, & auxilij præsentarij dicta est. 728

Paludati duces, sunt ad bellum iam accincti, & in expeditionem iam exeuntes. 92

Pastophori sunt sacerdotes sacris gestaminibus induti. 75. 752

Pax genialis dicitur, quæ cõnubio inito inter Francos & Anglos facta est, pronuba diuina prouidentia. 434

Perpetuum edictum eo tẽpore factum est, quo ius prætorium ad certam & fixam formulam redactum est, antea enim quotannis immutabatur. Hic significatur lex euangelica quæ nunquam immutari potest. 711. 745

Phæaces hic pro credulis & stultis ponuntur. Alcinoo enim Corcyræ Regi & eius populis Phæacibus Vlyxes Lestrigonas & Cyclopas & alia monstra à se conficta narrabat, & ijs omnia uera esse persuadebat. unde Iuuenalis, Tam uacui capitis populum Phæaca putauit. 776

Phileleutherus sui iuris retinentißimus, & libertatis amans. 787

Philoplutus, dicitur diuitiarum studiosus. 733

Philosophia uranophrõ psychagogos q;. Vranophron dicitur nisi cœleste meditans: psychagogos quasi deductor animæ dicitur. significat etiam flexanimũ. fuit etiam olim epithetum Mercurij animas ad inferos deducentis. pagina 791

Planipes comœdia argumẽto & actione humilis, nihil

splendoris habens. 613

Plutacademica proloquia. Plutos Græcè opulentiã significat. inde plutacademicam appellat philosophiam cuius fines sint bonorum & malorum diuitiæ & paupertas. Pluto autem id est, diuitiæ. Pluto deus dictus est ut Latinè dis: alludit igitur ad Plutonis fanum, ut significet illius philosophiæ dogmata ad orcum tandem tendere. 777

Podargus, uide Aethon.

Polemarchi sunt quos mareschallos uocant. 813

Posthumæ rationes sunt quæ post mortem redduntur in ratiocinio diuino. 743

Precarius honor est qui ad arbitrium eius admittitur qui donauit. 464

Præterire, uerbum est antiquum. Et Præteriti Senatores dicebantur, quorum nomina tacebantur in recẽsendo Senatu. Et Præteriti candidati, in comitijs apud Ciceronem & Plinium leguntur, quorum ratio in comitijs non habebatur, & qui repulsam tulerant. Hic pro ijs accipiuntur, quorum fama supprimitur ab ijs qui nouerunt eorum merita, & uirtutem. 65

Prærogatiuum suffragium dicitur, ut Prærogatiua tribus. In comitijs enim Romanis Prærogatiua tribus dicebatur, cui sorte obuenerat ut prima rogaretur, hoc est suffragium ferret. Sic Prærogatiuum suffragium dicto loco dicitur eorum hominum sententia, qui primi censere iubentur à principe de unoquoq; præficiendo. 66. 731

Præstes Minerua, uide Astes.

Prætexta insigne est magistratuum: quare prætextati pro magistratibus exaudiuntur. 768

Primæ ceræ, dicuntur quos Iureconsulti primos gradus institutionum uocant. Erant enim ceratæ tabulæ testamen

tamentorum. 714

Primigenia noxa peccatum est primi parentis. 720

Proceßibus suis inimicus homo dicitur, qui eas artes negligit, quibus homines locupletantur, & crescunt 462

Proletarij dicebantur homines inopes, & nullo censu in classes redacti, hic per translationem dicuntur proletarij qui nulla dote animi, nulla ingenij ac ciuilis prudentiæ facultate censentur & commendabiles sunt. 781

Proludere est præludium certaminis alicuius facere, & certamen auspicari. 785

Pronaũ, limen est, & frons tẽpli: Cella autẽ interior, est pars ædis sacræ, in quam ingredi nõ cuiuis licebat. 54

Proreta est qui in prora nauis regit, id est, in primore parte nauis, ut gubernator in puppi clauum tenet. 762

Proscenium, locus est scenæ prominẽs in orchestram, unde Scenici proloquebantur. 452

Pritaneum, domus erat Athenis publica, in qua bene de Republica meriti alebantur sumptu publico: quasi horreum publicum dictum. Alludit autem hic ad dictum Horatij, Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. pagina 444. 462

Pseudocatones uulgò hypocritæ uocantur. 766

Pseudophilosophia est gentilium sapientia. 757

Publica religione consecrati sunt quos canonizatos uocant. 723

Purpura dibapha dicitur, quæ bis tincta est, ut eius intensior ac flagrantior sit color, quæ hic galerum cum legatione significare potest. 773

Purum probum suum aurum dicebant quod sacrorum causa conferebatur. Purũ erat quod spurco actu quæsitũ non fuerat. Probum, quod obryzum. Suũ quod proprium

conferentis esset, non alieno admixtum. 782

Pyrrhica saltatio, est armata. 77

Quæsitores sunt illi qui criminalibus iudicijs præsunt, quasi inquirendi criminis præsides. 744

Quære peregrinũ. Sumptũ ex Horatio, Quære peregrinum uicinia rauca reclamat, id est, quære peregrinos non uicinos quibus fidem facias. nos enim fidẽ tibi non habemus, ut qui te probè nouimus esse planum & impostorem, mendacẽq;. Vide Horatiũ ad Scæuã lib. 1. Epist. 771

Receptitius seruus est quem mulier in dotẽ accedere noluit, sed sibi recepit, & retinuit ne marito subesset. alludit autem hic ad id quod dominus de Ioan. euang. dixit, uelle se illum manere ad reditum suum, quasi à fato communi receptum. 758

Recoctos aulicos uocat in aula ueteratores & cõsummatos, uerbum est Horatianum. 746

Regália exta. Sacrificantes olim exta aspiciebant, ex quibus ij, qui Extispices dicebantur, futura sacrificanti prædicebant. Regalia autem exta dicebantur, ex quibus regnum portendebatur: ad quem morẽ nunc alludit. 772

Reijcere ex albo, significat iudicem ut suspectum, & iniquum recusare, & auersari. 55

Remora piscis est, Echencis Græcè dictus, qui carinis nauium hærens, earũ cursum retinere creditur: quare remora pro impedimento ac retinaculo ponitur. 768

Renunciari magistratus dicebantur in comitijs, dum uoce præconis designati pronuntiabantur. Creari igitur & Renuntiari idem significant. 456

Restibile uinetum est uinea renouata: quæ hic pro constituta ecclesia & moribus atq; institutis reformata ponitur. 722

Riuales

Riuales sunt qui eandem rem amant. 770

Roscij sunt artifices aulicæ simulationis. Roscius enim summus fuit histrio: cuius generis artificium simulatione constat, & alienæ personæ in theatro imitatione. Sic isti qui taxantur, simulatione uultuum bonos & comes sese ostendunt, cum re uera alij sint. 766

Sacrosancti liticines, ecclesiastici principes partium utrarumq; ductores, discordiam alentes. 436

Sacrosanctas ærarij pecunias (quas manubias, quasi pullatæ plebis spolia uocat) ideo literatis esse dicit, quia illas tangere literatis nõ licet, cũ sint in manu imperitorũ, & in potestate quæsturas facientium. 463

Sacramento dicere, est nomen dare militiæ imperatoris Christi. 723

Sanctificum crustulum est eucharistia, quæ animos sanctificat. 724

Satyriscus, diminutiuè à Satyro deriuatur. 766

Sæcularia dicuntur ea, quæ ad corpus & uitæ delicias pertinent, quibus spiritalia opponuntur. 724

Sæculare etiã dicitur quod cẽtũ annorũ intercapedinẽ habet. Lustrale quod quinq; annorum. hic autẽ alludit ad utranq; significationẽ sæcularis: non enim sæcularis propriè (inquit) est factus qui sæpe ad quinquenniũ non protenditur, cum summi honores sæpissimè breues sint. 724

Ad Scalmum alligati, sunt quos dicunt in triremi uinctos esse. 706

Scenæ & populo seruire, est rationem publicæ famæ habere, & captare gratiam populi. 466

Scotina scripta, Heraclíti dicta sunt, quasi tenebrosa, & intellectu difficilima. Huiusmodi autẽ sunt prophetarum oracula, & Solomonis symbola magna ex parte.

Symbola autem sunt dicta mystica. 753

Secare uiam dicuntur ij, qui per locum inuiũ primùm ingrediuntur, quales sunt autores cuiusq; sectæ. 710

Sectores hic appellantur metaphoricè, qui sacerdotia uiuentium ut iamiam morituroru ambiunt. Sectores enim sunt propriè hodie qui confiscationibus ditescunt, quasi prædam sequentes. 772

Selecti olim dij dicti sunt, & selecti iudices, hic selecti patres significantur summi pontificis comites & assessores. 719

Sequestres intra septa, sunt proxenetæ & internuntij emendorum officiorum, qui intra aulæ cancellos ingredientes, quasi intra comitia pecunias pro amicis promittunt suffragatoribus, & numerant nundinantibus. 463

Seruare de cœlo, uerbum est augurale, sed metaphoricè accipitur pro eo quod est ex sententia animi sui homines probare uel improbare, obseruato diuino mãdato: Hoc est rationem cœlestium rerũ habere, nec affectibus inseruire, & amori uel odio obsequi. 65. 731

Sessio, uocabulum est allusionẽ habens ad cõcilia huius ætatis, speciosiora scilicet, quàm religiosiora. 726

Siderati dicuntur qui uelut astro aliquo percussi repente exarescunt, ut arbores, quæ uento noxio afflatæ retorrescunt. 784

Sisyphidæ sunt homines honores ambientes, à Sisypho, qui apud inferos lapidem urgere in montis uerticem dicitur, qui identidem ipse in imum reuoluitur, qua allegoria ambitio significatur. 764

Sophophilus est, qui sapienter amat, non qui sapientes amat, ut philosophus. 767

Sordes dicuntur status reorum: antiqui enim rei criminum

minum facti, sordidam uestem induebant quoad absoluerentur. Alludit igitur hìc ad ambiguam sordium significationem. 745

Specilla sunt, qbus medici explorãt ulcera sinuosa. 766

Spintriæ sunt inuentores rerum nouarum & iniquarum. 763

Statiua habere, est quod uulgò dicunt, Campum tenere, hoc est, castra stataria metari. 59

Statumina sunt adminicula uitium. hic pro sacerdotijs accipiuntur, quæ singulos palmites, id est, sacerdotes alunt & sustentant. 721

Stylo exigere, est scribendo assequi, & Latinè explicare. 61

Stipendia facere Mineruæ, & æra nõ merere, est quæstum non facere ex studio literarum, ut ij faciunt, qui stipendia uel publica accipiunt uel priuata. 585

Sublimipetæ sunt summa honorum fastigia appetentes. 710

Sufflamen, lignum erat, quod per rotas traiectum in locis decliuibus inhibebat currus ne incitatius uoluerẽtur, quàm opus esset. 765

Suffusio oculorum morbus, est humor concretus in loco pupillæ. 711

Summus Atriensis domini est, cuius omnes alij quasi uicarij sunt, hoc est, Pontifex Romanus. 707

Summum ius, est ius diuinum: summũ ius etiam est ius strictũ. Hic autẽ allusio est ad utrunq; significatum. 746

Talthybiadæ, posteritas Talthybij præconis Agamemnonis, quorum meminit Herodotus. 75

Tectorium opus, ut ex Vitruuio & Plinio nouimus, parietũ erat expolitio directuras arenati & marmorati

continens, & super id colores inducebantur. cuius operis ratio tempore nostro omnino exoleuit, & pro eo tantum albarium remansit in usu. accipitur autem Metaphoricè pro splendore rerum superficiario, ut apud Iuuenalem pro fucamento. 764

Teletarches Christus sacrarũ cerimoniarũ autor. 706

Tesseram. Moris fuit apud priscos, ut hospites, id est, externi amici tesseras hospitij seruarent, ut ius hospitij etiã ad posteros transiret. tesseram enim secum ferentes hospitum liberi, agnoscendos se præbebãt. cum autẽ hospitium renuntiare uolebant, tesseras frangebant. 726

Tesseræ ueniales, sunt syngraphæ indulgẽtiarũ. 727

Theatrum, hîc totum regnum Franciæ significat: unde conspicui sunt, qui in aula summæ rerum præfecti sunt. 452

Theoria, status est animi autorem suum quærentis, & contempta humilitate terrenarũ rerum, ad cœlestes semper suspicientis. Verbum à Trismegisto inuẽtum, ut autor est Lactantius. 726

Tibicinibus fulciuntur ædificia ruinã minantia, fibulis autem astringuntur parietes qui ab ædificio distrahũtur, uulgò claues appellant. 720

Togati, sunt qui pacis tantum artes nouerunt. 92

Translatitium, est id quod usitatum iam esse cœpit, & cuius multa sunt exempla. 91

Tripudium solistimum, auspicium erat lætum, quo statim à pullarijs nunciato Consules aciem instruere solebant, ut uidere est apud Liuium libro decimo. significat etiam lætitiam populi pedibus supplodentis, & ueluti saltantis: tripudium enim à terra pauienda, id est, ferienda dicitur. 785

Tympana publicæ famæ pulsare, est ita se in rerũ actu gerere, ut laudem & famam commodam mereantur. 468

Vades locupletes sunt fidciussores idonei in causis criminalibus dati. Hic metaphoricè scripta probata intelliguntur. 663

Vadimonium fati, est mors, cum fatum hominem uadatur, id est, ad certum diem astringit, quo se sistat ad iudicium diuinum. 760

Vcalegon dicitur qui instante periculo remissus est, quasi curam nullam gerens, qualis apud Verg. Vcalegon intelligi debet, ὃν ἀλέγωμεν. 454

Vectores sunt priuati & populares qui officia in naui regenda non obeunt. 788

Velitarij, quære Hastæ amentatæ.

Venditare fumos, est falsò gratiam inire: ut quidam iniqui homines faciunt, qui se suffragatos esse mẽtiuntur, cum uerbum non fecerint. 447

Versuris autorare obæratos, est mutua pecunia ingenti data, obstrictos sibi debitores efficere. 462

Volones sunt milites uoluntarij, quos uulgò Fortunipetas uocant, nullo stipendio certo militantes. 745

Vranogmomon dicitur, qui rerum cœlestium cognitionem habet, ut Paulus in cœlum raptus habuit. 762

Vranopolis, cœlestis ciuitas interpretatur. 451

Vranoscopus amor sapientiæ. 790

Vtraque pagina rationum, significat accepti & expensa. 715

Vultus sordibus excussis ferocem præferentes securitatem. His uerbis ij homines significari uidentur, qui cum aliquando rei peculatus essent, & in summum discrimen adducti propter infamiam interuersæ publicæ pecuniæ,

cùm præpotentis alicuius aulici suffragatione ampliati essent, magis quàm ex reis exempti: languescentibus tamen criminationibus, conniuentia principum & curiæ summæ, uelut absoluti, superbiores solito facti erant. In sordibus enim esse dicebantur olim, qui rei publici criminis erant. 91

Xenagogus, est peregrinorum deductor. 790

INDEX RERVM ET VOCVM INSIGNIVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Abdemonus Tyrius 496
Acacus 35
Academici 440
Accipiter soliuagus prouerbium 70
Accusandi licentia 658
Accursij autoritas 4
eiusdem lapsus 384
Achilles Homericus 62
Acetabuli mensura 550
Actiacæ uictoriæ monumentum 321
Actiacus exercitus 311
Actorum Apostolicorũ locus 632
Actus quadratus 521
Adamãtis gẽmæ preciũ 219
Adespota, albana 297.386
Addicere nummo 106
Adiabene 488
Administrationis publicæ integritas ardua 770
Admißionales 445
Adolescens tristis magis quàm hilaris Aristoni placebat 608
Aduerbia pro noĩbus in numerandi ratione 128
Adytũ in aula quid sit 94
Aedium Romanarum magnificentia 329. & 331
Aedilium munera 170
Aegis poliuchi 409
Aegyptus in prouinciam redacta 319
Aegypti abundantia 507

Aegypti administratio 385
Aegyptiorum opes 505
Aenigmatũ & problematũ inuicẽ ꝓponendorũ apd' antiquos cõsuetudo 495
Aeoli in aula 784
Aeolidæ 448
Aerarium Romanum 381
Aerarium Romanum Cæsar ui perfregit 315
Aerarium Romanũ in æde Saturni erat 788
Aerarij Rom. copiæ 180
Aerarium sanctius à Cæsare expilatum 184
Aes alienum Cæsaris dictatoris 211
Aes auro & argento miscebatur 354
Aes graue 105
Aes quãdo primùm, & qua nota signatum 145.526
Aeris appellatione As intelligitur 146
Aeris dena millia 126.127
Aeris grauis pœna 105
Aeris grauis tempus seu collatio 694
Aeris nota 616
Aeruscatores 764
Aesopus histrio 235
Aesopi diuitiæ 700. quæstus 241
Aesopi duo, pater et fil. 239
Aesopi patina 155.156.168 237.408
Aetheris suma pars, Minerua intelligitur 89
Aethiopiam arma Romanorum penetrarunt 319
Africæ fertil. triticea 675
Agnatum 801
Agri uncia 17
Agricolatio dñi 721.722
Agricolarum ignauia 677
Agrorum cessatio 522
Agrippæ opera in ædilitate 366
Alæ 78
Aleæ lusus immensi precij 405
Albana, quæ ἀδέσποτα 297
Albana, spauaq; 385
Alcinoi apologus 776
Alexandria, emporium locuples 385. & 389
Alexãder polyhistor 484
Alexã. Magnus Homeri et Pindari studiosus 91.198 uinosus 572. eius augustale & prætoriũ castrẽse. 425. eius cõuiuia 293. in nupt

nuptijs luxus 423.& dein. Sustiani thesauri 417. 420. imperium 381. copiæ 380. munificẽtia 423 sublimis animus 428. opes 429
Alexãdrocolaces 423.424
Alphestæ homines dicti 3
Aluus 614. ut sistatur 542
Amasis, qui et Pharao 508
Ambientiũ molestiæ 764
Ambitio, & dimundinatio in pontificibus & cœnobiarchis 702
Ambitio honesta 219
Ambitio tenacissima est 771
Ambitionis cæcitas 711
Ambitiosorũ stultitia 765
Ambitus fœnus intẽdit 343
Ambitus lex 360
Ambitus Romæ ingẽs erat ob magistratuum commoda 347
Amentum 82
Amicorum perfidia 430
Amicorũ locupletator Augustus 354
Amœbei citharœdi quæstus 238
Amor sui, et charitas publica, non bene cõuen. 433
Amphora, eius forma & capacitas 513.545.550. 605.638.663.673.
Amphoteroplus 115
Amymones 218
Ἀνάδυσις 202
Anadyomenæ Apellis 202
Anagnostarum seruorũ pretium 232.237
Anantapodoton 743
Anaphora 31
Anatocismus antiquis usitatus 667
Androsphinx 799
Animæ definitio 37
Animæ humanæ humiliatio 725
Animæ partes duæ, ira & ratio 61
Animam mortalem asserentes 736
Animus & anima differunt 41
Annonæ ratio apud Parisinos 631
Annulus aureus, equestris ordinis indicium 236
Annuli aurei gestandi ius 267 tres ab Hannibale Carthaginẽ annulorum modij missi 550
Antæus 455
Antiochia 488
Antiquos perinde atq; nos errare potuisse 25
Antonius à prato cancellarius 808
Antonius triũuir 232.380 eius copiæ in bello Actiaco 632. facies in nomismate 162
Apamia urbs 475
Apartilogia 289
Apellis præstãtia 202.203 339.& 775
Appellico Teius 339
Aphrodisium 648
Appianus historicus Græcus 212. eius tempora 378
Apitij luxus pditissimi 240
Apion Polyhistor 496
Apirocalia 88
Apocalypsis Ioannis, Parcarum commentariũ 758
Apolides 790
Aquæ chrysulcæ mira uis 262
Ara Lugdunensis 399
Arabiæ felicitas 413
Arabum tributum 376
Arbela uicus 428
Arbitrium, nostri iuris est 737
Arbores in quincuncem digestæ 48
Arces ciuitatum Palladi sacræ 89
Archidicastes 387
Archontius uulnerarius medicus 195
Argenteus quo Christus diuenditus 632
Argentum granallium 263
Argentum impermuxtũ purissimumq; 264
Argentum hominibus Romanis auro celebratius fuit 268.& 353
Argentum in nummo´ne an in supellectile melius habeatur 430
Argentum nõ aurum imperabãt Romani uictis abs se gentibus 267.& 485
Argentum optimũ, Parisinum & cineraceũ 263
Argentum purum 660
Argentum quando signatũ 100.632. eius nota 633
Argẽti ad aurum analogia 265
Argento cælato insignes multi

multi 363
Argentifodinæ memorabiles 390
Argentinus deus 744
Argyranche 530
Argyrocopium 258.399
Arietes talentares 396
Arietũ pretiũ i Bætica 396
Aristides 787
Aristippei 787
Aristoteles Alexãdri præceptor 91
Aristoteles innumera uolumina conscripsit 200
Aristoteles magno paculos libros emit 290.& 338
Aristotelis & Theophrasti libri magno uenditi 338
Armigeri serui pretiũ 156
Arpennũ Latina uox 521
Arpennum Parisinum 522 eius proportio ad iugerum Romanum 524
Arpennorum oblocatio in Francia 523
Artes in pretio olim quædam, quæ nunc euiluerũt 196.201.338
Artes liberales unde dictæ 790
Artium inuentio & absolutio 3.4
Artificia antiqua 355
Arura 489
Aruum 522
Aschematistos oratio 21
Asia 203.310.376. eius fertilitas 387
Asia deuicta, luxuria Romam inuasit 312
Asiæ 20. millia talentûm imperata 303
Asina Reatina 152
Asini Arcadici, & Reatini 153
Aspectus quadrãtalis, nonagenarius &c. 29
Aspectus astronomici 293
Aspendius citharœdus 72
As, qui & Assis, unde dictus 12.& 628
As, libra & pondo idem 12
As & assis dipondius 628
As, libralis nummus 47
As nummulus 104
As nostra moneta 616. eius partes hodiernæ 660
As æreus erat, non argenteus 145
Assis partes 7.660
Assis partes etiam mensuras hausti
hausti in bibendo significant 559
Assis in partes, res omnis facilè diuiditur 23
Asses mille, ualebant aureos decem 360
Asses sextantarij 634
Asses stipendiarij 695
Asses quos Plinius intelligat 149
Asses unciales 695
Assipondium 12
Assyriorum regnũ 484. uetustissimum omnium 496
Ata noxa 589
Atele 545
Athenæi locus 291
Athenienses classiarijs opibus excelluisse 652
Atheniẽsiũ aduersus Aeginætas odium 372
Athenienſium census 527
Athenienſium classes 526
Athenienſium diuitiæ 528
Atheniẽsium prouẽtus 530
Atlantes in columnis 317
Attali hæreditas Romanis inutilis 312
Attegiæ 247
Attribui 382
Auaritia mira 392 eius ardor 763
Aucupatio 99
Auium sermone humano uocalium pretium 157
Augustale Alexandri 425
Augusti commentarij 327 congiaria 321. facetiæ 358.501. genitura 161. gesta 318. legiones 27. 324. nomisma 160. opera publica 325. reuerentia ac cultus 324. sobrietas in cibo & potu 563. uictoriæ 319.& deinceps. triumphus Actiacus 538. testamentum 100.324
Augusti tempora 351. eius seculo opulentia ærarij Romani 316.& 696
Augusto perpetui imperij potestas delata 317
Aula impostrix 95
Aulæ elogiũ et crimina 792
Aulæ inescatio 768
Aulæ pernicies 95
Aulæ potentum designationes 746. deiectiones 748
Aulicacademiæ axiomata 775.& 777.
Aulica curia excordes homines facit 795

Aulica uita quatenus ſapienti adeunda 796
Aulica felicitas 74. ſimulatio 766
Aulici antiſtites ſeu pontifices 749. ſacerdotes 708
Aulici recocti 746
Aulici ſpintriæ et æruſcatores 764
Aulicorum depulſorũ execrationes 95
Aulicorum inſtitutio 775
Aulicorũ miſeria 776.799
Aulicorum quorũdam auaritia & improbitas 432
cæcitas 711
Aulicorũ ſeruitus 267
Auletes Cleopatræ pater 385
A. Gelij locus 289. & 616
Aurata 225
Aurea fortuna 805
Aurelius imperator 254
Aureus integer, ſolidus dictus 657
Aureus Romanus 255
Aurei æſtimatio 148
Aurei æſtimatio ĩ iure 657
Aurifodinæ præſtantiſſimæ 390. & 393
Aurum duodeuicenariũ & uicenarium 271
Aurum Perſæ in theſauris habere ſtudebant 430
Aurum purum, probum, ſuum, 782
Aurum Toloſſanum 394
Auri ad argentum analogia 265.268.398.
Auri admiratio 621
Auri indicatura 261.398
Auri apud priſcos rara mẽtio 352
Auri libræ Romanæ pretium 261
Auri in libra quot ſint cerata 261
Auri pernicies 622
Auri prætium 260
Auri ramenta 390. pſegma 390
Auri ſumma nota 263
Auri ubicunq; mixti aut cõfuſi, ſeparandi ratio 262
Auro olim Roma non abundabat. 267
Αὐθέντης 736
Autolyci 787
Αὐτόχειρ 736
Autopyrum 594

B

Babylonia 488

Babylonis ædificatio 484
Babylonici agri fertilitas 676
Bagoæ Perſarum 73
βαναυσικοὶ 593
Baiularium pondus 475
Ballux 391
Baptiſmatis uis 733
Barſine, Darij filia 422
Barutus, quæ et Beryt. 322
Baſilius & Nazianzenus æquales 751
Batus 609
Bætica Turdetania 589
Bætica Hiſpaniæ 323. eius fertilitas 390
Beatitudo quomodo inueſtiganda 713
Beli ætas 483
Bella non decere eccleſiaſticos 435
Beroſſus hiſtoricus 494
Berytus Syriæ 322
Bes 16.560
Beſſale 19
Betonica 570
Bibẽdi mos antiquorum in conuiuijs 560
Bibendi ratio ac menſuræ apud Pariſ. 561.566
Bibliotheca Græca Latinaque 326
Bibliotheca Luculli 222
eius luxus ibidem
Bicongius Cicero M.F. 567
Bigati nummi 633
Bis & uicies ſeſtertium à Nerone profuſum 407
Bœotius ſeu Boſſelus Gallicus 515
Bona ſua quo titulo poſſideant eccleſiaſtici 702
Bos nummus 621
Boſſelus Gallicus 515
Boſſeli 548
Boum paſtus 558.559
Brochus 612
Bucephali pretium 290. nomen 291
Budæus ad honores ſæpe prouocatus 808
Budæus mathematica methodo libros hos confecit 196
Budæus ſe ipſo præceptore uſus 53.194
Budæi ardor in literas 793
auiditas in uetuſtorũ nomiſmatũ expenſione 692
candor, atq; adeo labor 188.662. coniectura optima ac pertinax 132. conſtantia

ſtantia in hoc opere 698
de dictis ſuis fiducia 554. 583. de ſe ſponſio 144. 164. deprecatio ad lectores 584. diligentia in ueritatis indagatione 549. 555. 568. exclamatio contra iniquitatem tẽpo. 779. in caſtigando fides 184. in patriam pietas 79. 80. modeſtia 290. 553. Sammaurianum præd. 51. ualetudo 796. 808. apologia uelut de Plinij reprehenſione 586
Budæi uxor ac liberi 793
Bulea Themis 754
Buſta Gallica 437

C

C litera, quæ nota 247
Caccus Pariſinus 606
Caducorum iura 297
Cadus 576. 604
Cælatores 355
Cælatores inſignes 355
Cælatores et incluſores quo utantur auro 272
Cælaturæ precium 330
Calendarium 109
Cæſariati, teſtons 661
Cæſar corruptor animoſiſſimus 221. 356. 361
Cæſareæ urbes 327
Cæſaris clementia 169
Cæſ. dictatoris numiſ. 160. alienum æs 211. 225. animus 361. monarchia 378. donatiuum 304. furtum 220. corruptelæ 221. liburnicæ 651
C. Domitius 330
C. Furius Creſinus 682
Caius princeps, ultra modũ prodigus 400. 403
Calderini lapſus. 107. 128. 241. 364.
Caligulæ profuſio 102. 400. 412
Cambyſes 368
Cancellaria Rom. 731
Cancellarius Franciæ 807
Cancellarius Guido à Rupeſorti 445. 808. D. Antonius à Prato ibidem
Cancellarij munus 808
Canon 297
Canon frumentarius 599
Canones pontificij 727
Capelus 368
Capito Coſſutianus 186
Capitolinus inter claſſicos autores non habẽdus 141

Capricorni nota in nomiſmate 161
Caractæ in auro 261
Cardiaci 563
Cardinales aulici 772
Cardinales & epiſcopi impune peccent 728
Cardines Mathematici 30
Cardiulcus cor euellens 795
Cardo 13
Caroleus nummus 661
Carolei ſortes nummi Aquitanici 656
Carolei Pariſini dextantes rectè uocentur 617
Carthaginiẽſia metalla 390
Caruba in auro 261
Caſſij et Bruti donatiuũ 307
Caſtrata ſiligo 596
Caſtor & Pollux iudiciorũ præſides 196
Cataſta obſeruantiæ illiberalis quæ ſit 80
Cataſtrophe, exitus fab. 77
Catenæ Vulcaniæ 765
Cato Cypriam gazam Romam deportauit 348
Catoniana cẽſura 382. 159. 160. 231
Catonis locus reſtitutus 590. 601
Catorthomata 780
Cauſarij milites 584
Cedrina ſtemmata 72
Cella 54
Celoneum 251
Celſi locus 553. 562. 612
Celtiberorum gens numeroſa & diues 392
Cemmeni montes 393
Cenchrites uinum 569
Cenſus Athenienſium 523. 536
Cenſus equeſtris & ſenatorius 100. 167. 190
Cenſus olim maximus 146
Cenſus opes hominum arguebat 686
Cenſus primæ claſſis Romanæ 630
Cenſus pro modo, tributum Romæ conferebatur 382
Cenſus Ro. & claſſes 529
Ceſtrum Petonica herb. 570
Centaurorum fabula 763
Cẽtenaria uerbum in numeris antiquis ſæpe ſupplendum 402
Centenaria uinea 583
Centenariæ cœnæ 627
Centenarij 275
Centenarij liberti 149

Centesima usura 109
Centesimæ duæ 110
Centesimus fructus 676
Centum aurei apud Vlpianum 657
Centum æris millia 147
Centũ millia maximus olim numerus erat 176
Centum nummi, duo aurei 677
Centum sestertia quantum ualeant 167
Centies sestertium, compendiosa locutio 136
Centies sestertium ut intelligatur 403
Centies nonnunquam autores dicunt pro centies sestertio 137
Centuria 683
Centurionũ stipendium 696
Centussis 12.626
Centussis noster 660
Cepio 395
Ceræ primæ 714
Ceramium 576.578
Cerãtium in auro 16.219. 261.271
Ceruical Pers. regis 427
Chalcus 619
χαλκὸς 660
Chaldæi Assyriorũ sapientes 90
Chares historicus 423
Charitatis lex 724.725
Charmidis medici facinus 194
χειρόβιοι 592
Cherronesus 377
Cheopina 613
Chiliades 212
Chilias chiliadum 402
Chorus 719
Chœnix 568.579.589
Choregia 534
Christus, Hercules alexiacus 705.779
Christus Ianus geminus 757
Christus imitandum se nobis propinauit 713
Christi appellationes 757
Christi dogma parum plausibile apud mundanos 503
Christi & eius comitatus cum nostris pontificibus comparatio 705
Christi testamentum 713
Christiani hominis cor, thalamus dei 795
Christiani autores excellentissimi 450

Christianissima Frãcia 703
Christophorus Longolius 657
Chrysammos 374.391
Chrysitis 374
Chrysoplysium 262
Chrysoplytes Parisiensis 262
Chus 568.571
Cibarius panis 593
Cicero meritò à Græcis accusatus 23
Ciceronis caput amputatũ quanti repensum 338
Ciceronis entelechia 32
Ciceronis erratum in Catone 565
Ciceronis filius temulentia inclytus 548
Ciceronis locus pro Cecinna 15. pro Cluentio 142 in Epistolis 335. 343. in Frumentaria 174. 511. 516. 517. in lege Agraria, seu contra Rullum 346. in Oratore 10. in Paradoxis 176. in secunda Philip. 294.386. pro Rabirio 142.286. pro Sext. Roscio 235. in Verrem 123.124.130.134.142. in de Vniuersitate 15
Ciceronis nomisma 161
Cic. opulentia unde 336
Ciceronis uillæ 334
Ciceronem perstringit 33
Cimeliarchium 170
Cineraceũ argentum 264
Circus maximus à Cæsare extructus 356
Cistophori 206
Citrinarum mensarum precium 247
Ciuitatem Ro. imperatores Romani dabant 351
Classes ciuium Rom. 525
Classis olim prima apud Romanos 146
Classis primæ census 630
Classis Xerxis 642
Claudius Isid. diues 176
Claui denarũ librarum 647
Clauicula Archimedis 646
Cleopatræ luxus 97.309
Clodij luxuria 357
Clodij odium aduersus Ciceronem 333
Clodij cædes 360
Cn. Flauius scriba 266
Cocci precium 189
Cochlea miranda 649
Cocorum precium 245

Coctura quæ dicatur 608. 662
Cœna recta 618
Cœna Vitelliana 409
Cœnæ Apitianæ 240
Cœnobiarcha uulgo abbas 707
Coincius aurifex 262
Colossensium epistola 762
Collimare 667
Collineatio ibidem
Columbarum pretia 155
Columella Senecæ blanditur 683
Columellæ ætas 17.677.681
Colum. locus 107.225.671
Comagene 488
Commenda, fiducia 706.716
Commercia nationes nobiles faciunt 493
Commana regio 343
Commodi imperatoris adoptatio 327
Concordiæ simulacrũ 254
Confarreare 726
Congiaria Augusti 321
Congiarius cadus 604
Congius 614
Congij diuersa acceptio 573
Consulum & Prætorum Romanorum potestas pagina 344
Contignatio 29. cœnationum capax in naui 647
Contumaciæ mulcta 628
Conuiuæ Alexandri et Persarum regum 291
Copiæ Romanæ 101
Copiæ bellicæ Franciæ 441
Coraxi populus 396
Cornel. Tacitus scriptorum uecordissimus 500
Cornel. Taciti locus 139
Coronatus 165
Coronati Cruciati 256
Corpus organicum 37
Corui humano sermone uocales 169
Corus 610
Coticularium aurum 271
Cotulæ 545.569
Crœsi diuitiæ 376
Cramesinum 188
Crassus orator 798
Crassi auaritia 213. diuitiæ 177.591.213
Crastini cura 588
Cratetis in mantica philosophari 799
Cruciati coronati 257
Curia aulica excordes homines facit 794
Crux sua cuiq; tollenda 713
Cubus 510.513
Cubici numeri 512
Culeus 603.608
Culeus Parisinus 670
Culeus trimodius 653
Culei duplares 650
Cumnus ignauiæ symbolum Pagina 507
Curia unde dicta 783
Curionis æs alienum 222. 358. conciones 700. corruptela 854
Curtij locus 417.418.427
Cyathus 549.562.578
Cyathus Demetrij & Antigoni 564
Cyathi amic. et amoris 564
Cyathi plura apud Græcos nomina 564
Ad Cyathum stare 563
Cyathis potus suos metiebantur antiqui ibidem
Cyathissare quid sit 564
Cybi 603
Cybium ibidem
Cypri opulentia 347
Cypria gaza publicata 348
Cyprianus & Lactan. 750
Cyria doxa 768
Cyrus rex 484. eius opes pagina 486

D

Daci, Getæ 236
Dactylotheca 364
Damascena Syria 487
Damasci gaza 476
Darici stateres 480
Darius Alexãdro filiã cum dote opima obtulit 428
Darius Hystaspis filius 368
Darius primus 415
Darius ultimus 416
Darij Pers. regis luxus 295
Dar. miserabilis exitus 426
Dauid quando fuerit 482
Dauid oratio ad primores tribuum 479
Dauidis diuitiæ 468.470
Dauidis et Solomonis opes pagina 488
De asini umbra litig. 763
Decarchiæ 318
Decemprimatus ibidem
Decies sæpe absolutè ponitur pro decies sestertio pagina 135.137
Decies centena 241
Decies sestertium, & dena sestertia 128.241.527
Decij Laber. quæstus 240

Decoctores in iudicium uocabantur 308
Decumanũ frumentum 516
Decumanus limes 13
Decumana oĩa magna 731
Decussare 14.15.160
Decussatio, 12
Decussis 12.15.661
Dedere ob noxam 743
Defrutarium 609
Deiotarus rex à Pompeio honoratus 345
Deloinus 785
Deloini eloquentia, iurisq; peritia 799. modestia 803.804
Demensum 590
Demetrius Poliorcetes 643
Demetrij cyathus 363
Demetrij liberti diuitiæ 215
Demetrij naues 645
Demetrij Phalerei profusio 529
Demosthenes Laidis procacitatem exhorruit 290
Demosthenis facultates 537. 538. prudentia seu astutia 534. silentiũ magno redẽptum 529. sordes 113
Demosthenis locus 110.284 535.541.542.624.
Demosthenis oratio de muneribus trierarchiæ 530
Demosthenis pater opulentus 542
Demostheni multa indicta 625
Denarius 146
Denarius drachmalis 120
Denarius diurnus 629
Denarius nummus 47.105
Denarius & drachma idẽ 209.281
Denarius, idem & scrupulus 164
Denarius in auro 253. eius ualor 262
Denarius noster 660
Denarius nunquam æreus apud Romanos 633
Denarius Romanus 629
Denarius stipendiarius 695
Denarij æstimatio 633. perfectio 12. põdus 120. 147
Denarij & sestertij æstimatio 172
Dẽarij mille, cẽtũ aurei 628
Denarij quales fuerint 205
Denarij unde dicti 636
Deunx in poculis 560
Deus non fallitur 433
Dextans 23

Dianæ

Dianæ sacerdos opulentissimus. 345
Dianome 628
Dicæodotes 386
Dichalcum 618
Dictatorius ensis 811
Didrachmũ 204.618.677.
Didrachmus aureus 255
Diffundi uina 67
Diem mãnibus dicere 662
Digitus 16.513
Digitis argutis, puocare 78
Dij maiores gentium, & selecti 81
Δίμοιρον 47
Dionysiocolaces 423
Diobolaris 620
Diobolum 619
Dioscoridis locus restitutus 369
Dioscuri Castor & Pollux 795
Dipondius nummus bilibris 46.628
Distichum hordeum 559
Diuitum exempla 742
Diuitum reiector Christus, pauperum assertor 733
Diuitiæ Claudij Isidori Crassi 176
Diuitiæ cur ecclesiasticis attributæ 709
Diuitiæ magnæ citò partæ, auaritiæ indicium 214
Diuitiæ præ sapientiæ studio contemnendæ 762
Diuitiæ uniuscuiusque olim à censu notæ erant 689
Diuitiarum exemplum Lẽtulus Angur 352
Diuitiarũ hodiernarũ cum priscis collatio 699
Docti & prudentis an sit rempub. administrãdam suscipere 769.812
Doctorum hominum frigus 616. fœcessus 782
Doctrinæ cõmendatio 472
Δωδεκατημόριον 48
Dodrans 16.20.47.48
Dodrans pollicis 20
Dodrantes lucere 24
Δοκιμαθεὶς 545
Dolium 610
Doliũ quadragenariũ 609
Domus P. Clodij ingentis pretij 357.360
Domus quanti Romæ locarẽtur annua mercede 334
Domus Romanæ 329
Domus Caligulæ & Neronis 461

Domus aurea Neronis 406
Domorum Romanarũ pretia 329
Domus significatio 547
Donatiuũ Antonij 306. Augusti 321. Cæsaris 304. Caßij & Bruti 307. Hadriani 327. Pompeij 302
Dotata Megalia 627
Dotium apud priscos exiguitas 627
Drachma 15.16.18.119.204
Drachma apud Græcos ærea non erat 633
Drachma & denarius idẽ 160.277. eodem pondere 147.
Drachma, & pondus et nũmum significat 122
Drachma, merces diurna pagina 688
Drachma Aeginæa & Attica 372
Drachma Attica 163.619
Drachma Romana, & Attica, grossus à nostris dicitur 164
Drachmæ æstimatio 641
Drachmæ centũ libram num mariam faciunt 160
Drachmarũ myriades Græci usurpant non nummorum 133
Drachmalis usura 111
Dramaticum poëma 21
Dromades cameli 417
Drypetis Haphæstionis uxor 422
Ducatorum pretiũ 166.620
Ducenarij iudices 275
Ducũ maxima laus 810
Duella 15
Dulciaria 598
Duodecies sestertium, census Senatorius 127
Duodecimus denarius 110
Dupondius 12
Duracina persica 354. eorũ pretium 250
Dux Borbonianus 809
Dynamis 37
Dynastæ 317

E

Ecclesia ægrotans 725
Ecclesiæ humiliat. 718.719 725. firmitas 703.730
Echeneis, remora 768
Electa quæ dicãtur 339
ἔκλακτοι, id est superordinati 176
ἑκτημόριον 47
ἕκτον, modius 578
ἐλάη δὲ 179
Edictũ perpetuum 711.745
Eduardei Nobiles, nummi Anglici 258.655
Elogium Gallorum 85.91
Eloquentia Ciceron. aurifera 338
Eloquentia ignaris tantùm inuisa 751
Eloquentia, publicè necessaria 741.774
Eloquentiæ æstimatio 198. lenocinia 739. præmia pagina 658
Eloquentiæ nomine prudentiam & sapientiam ueteres complectebantur 90
Emblemata 355
Emmelia 719
ἡμίδραχμον 47
ἡμίεκτον 577.578.
Encyclopedia 741
Ensis mysticus excommunicatio 436
Entelechia 33.37.41
Enthusiasmos 89
Epanaphora 30
Expectorare 443
Ephori historici ignorantia 492.
Epicataphora 31
Epicurei 740
Epidecatum fœnus 116
Epilogus huius operis 697
Episcoporum priscorum à nostris discrimen 718
Epistates 590
Epistolæ ad Atticum, uice historiæ sint 336
Epitaphij agones 772
Epobelia 542
Equestris census 97
Equites plus quàm pedites semper accipiũt in militijs 392
Equites seu hippeis apud Athenienses 527
Equitum stipendium 696
Equi sarcinarij 546.550
Equorum ascensores apud Ezechielem 739
Equorum apud Iudæos pretium 475
Equorum pastus 562
Equorum uiatoriorum dimensum 445
Equos binos olim habebãt equites milites 475
Erasistratus medicus 200
Erinnys 582
Eschematismenos oratio 21
Esaias, sacrorũ uatum Homer

merus 485.723
Ethelodulia 764
Ethnicorum etiam scripta nos ad theologicã philosophiam deducunt 753
Ethologiæ 453
Euãgelica philosophia 761
Euangelij loca explic. 629
Euãgeliorũ fœcũditas 774
Eustochia 666
Euthanasia 774
Euthymia 736.761.774
Eutropij ætas 675
Exegematicum poëma 22
Exegetes 387
Exortiua hora 31
Expensa 105
Externorum opera apud Gallos 66.88

F

Fabulæ priscis historijs permistæ 491
Facultatibus lapsi senatores à principibus subleuati 197.700
Fascinantium more laudare 786
Felicitas Galliarum 396
Felicitati modus ponendus pagina 71
Fertilitas soli memorabilis pagina 675.686
Fertilitas agri Parisini pagina 677.690
tritici in Afric. 675
Festus Pompeius sibi non constans 208. eiusdem locus 635.636
Feudum uulgò dicitur in fide esse 710
Fideicommissum 707
Fidelia 606.615
Fiduciaria sacerdotia 707
Figuræ, obliqua dicta uelut scommata 23
Figuratæ laudes 24
Flos & pollis 597
Flos frugiperdus 786
Fœnum in cornu ferre 449
Fœni pondus 558
Fœnus terræ 675
Fors fortuna 788
Frãciæ calamitas 783. opulentia 457. reditus 297. 430. uirtus ac laus 66
Frãciæ reditus sub quadrupli ad Persicos 430
Franciæ fumen 522
Frãcorũ infortunij cã. 471
Franci Pedites Equitesq;, nummi 636
Francorum opes 439. Parrhisia 453. uexatio 460 leuamen ibidem
Franciscus Deloinus 397 785. uide Deloinus
Frãciscus 1. Rex 785.806
Francisci nominis omen pagina 812
Frontis & mentis sympathia 775
Frumentarius canon 600
Frumẽtũ generis nomẽ 617
Frumẽti Gallici æstimatio 516. Siculi æstimatio ib.
Frumentorũ prouentus amplißimus 672. & deinc.
Fulmen prodigiosum 785
Funebris agon apud Homerum 477
Furta Verris 99
Fusij Saluij robur 475

G

Gabinius reus 385. decem millibus talentorum damnatus 287
Galatarum robur 582
Galaticum hordeum 562
Galeri rubri 776.777
Galleripetæ 435
Gallia quondam auri ferax pagina 393
Galliæ conuentus 468. felicitas 396. literæ 198. mores 743
Galli ad arma alacres 88 451. discendis literis apti 54. 60. 78. eloquẽtiæ studiosi 56. 87. gloriæ cupidi 75. olim priscis incogniti 493
Gallorũ docilitas 59. ingenia 85. 298. 785. mores mansueti 86. 87. Parrhisia 453. promptitudo in principis imperio 431. solertia 442
Gallorum priscorũ memorabilia consilia 92
Gallis olim dicendi facultas uernacula 55
Gallicus sinus 394
Gallici populi uexatio 431
Gallica busta 437
Garus, liquamen 250
Gebenna mons 393
Gellij locus 290.626
Gemmarum autoritatis ordo 219
Gemmariorum ratio in pretijs gemmarum æstimandis 218.119
Geneseos liber 759
Genethliacorũ uanitas 499

Genialis

Genialis pax 499
Gentilium scripta quid ad sacram doctrinam conferant. 761
Genitiui plurales syncopãtur in nominibus nummorum 129
Geodesia 19
Georgica Vergilij 23
Germania octo legionibus obtenta Romanis 389
Germanorum militum bibacitas 567
Germanorum naues 653
Geryones tergeminus 779
Gigantes terrigenæ 703
Gigantum pedes 768
γλαῦκα ἐς Ἀθήνας 620
Gloria huius uitæ uera & expressa 741.773
Gomor 591
Gorgiæ Leont. honos 198
Græca lingua quid Latinæ præstet 36
Græcæ linguæ studiosi olim Galli 87
Græcæ linguæ commendatio 34
Græcarum literarum auctoritas 585
Græci & Latini autores in magna ignorantia olim uersati 499
Græcorum autorũ loca Budæus cur Latinè & Græcè posuerit 323
Græcorum imperium 88
Græcorum nummaria ratio 619
Græcorũ numerandi mos p̃ myriades drachmar. 133
Græcorum recentia esse omnia 495. nec ab his historiæ fidẽ petendã ibidẽ
Grammata 16.18
Grana & Granula in auro 252.263
Graphicen olim pueri docebantur 201
Gratiæ ac Charitatis lex pagina 724.725
Gregorius Nazianzenus de se 754
Grossus 252
Grossus pro drachma Attica 163
Großi Curij 661
Grossuli in uncijs 257
Guido à Rupeforti cancellarius 445.449
Gula Romanorum 243
Gulielmi nummi 271

Gulielmus paruus 694
Gymnasiarchia 534
γύρος 600

H

Habe tibi tuas res, in diuortijs 462
Hadrianus imperator 327
eius donatiuum ibidem
Halys fluuius 376.428
Harpocrates 766.786
Hebræi literarum inuentores 494
Hebraicum talentum 469
Hecatombœum 623
Hecatõbœa arma 204.622
Hecatonchir 744
Hecleus 577
Hectoris bigæ 766
Hederæ complexus 770
Hellanodicæ 786
Heminæ 544
Hemiolium 11
Hemixestus 560.613
Hephestionis funus memorabile 421.
Heraclitisscripta 753
Hercule maior Nabuchodonosor 485.487
Hermogenis ætas 660
Hermol. Barbar. 45.108. 154.551.662.608.697.
Hermolai barbari locus de usuris 102. eiusdẽ oscitantia 869. cõmendatio ibidem de se testimonium pagina 664.665
Herodoti ætas 492
Herodoti locus 369.375
Herodoti locus de copijs Xerxis 579
Hestiasis 534
Hesychius 579
Heteroplus 115
Hexagonus aspectus 31
Hexapedæ hexapodes'que pagina 521
Hexaplum 9
Hieremiæ prophetæ ætas 484. eius sensus abditi 756. threni 726.725
Hieroglyphica Aegyptiorum 89
Hieronis regis liberal. 611. nauis memorabilis 646
Hieronomi 730
Hieronymus & Aug. 750
Hieron. locus restitutus 21
Hieronymus sapiẽtiã Solomonis non uertit 734
Hierosolyma 490. capta 491
Hierosolymitanus ager ste-

rilis 632
Hilarius 734
Hippas 524
Hippotrophium memorabile 476
Hirã rex, de quo in Biblijs, Suron apud quosdam uocatur 472
Hirij piscinæ 226
Hispani & Galli Historicis olim incogniti 493
Hispaniæ opulentia 397
Hispaniæ reditus opimi 389
Historia Herodoti 491
Historiæ ueritas ab Aegyptijs & Chaldæis requirenda 495
Historicorum quorundam maleuolentia in Iudæos & Christianos 499
Histriones magno libertatẽ suam redimentes 238
Histrionicæ artis precium 235.240
Homeri ætas 478.491
Homeri locus de talento pagina 478
Homeri locus alter 622
Homeri studiosus Alexander Macedo 91.199
Homo uersatilis 804.
Hominũ ordines uarij 592.
Homo exterior & interior consonare debent 776
Honor precarius 43
Honorarium aduocatorum 659.660 magistratuum 350
Hoplitæ milites 538
Hora exortiua 31
Horatianus planus 766
Horatij locus 58.97.771
Hordei pondus 558
Horoscopus 31
Hospitij tessera 726
Humãa stoliditas 725.726
Humanæ fortunæ uicissitudo 442.445
Humanæ mẽtis error 765
Humani animi capac. 145
Humani corporis fabr. 45
Humanitas interpolis 733
Humilitas cõmẽdabilis 737
Hypogeũ mẽsuraneum 31
Hypõnematographus 387
Hyssopites uinum 576

I

I litera, quæ nota 248
Iam uerò 178.180
Ianus geminus, Christ. 757
Iconum in nomismatibus usus 661
Idios logos 386
Idolorum cultus quãdo cœperit 484
Iecoris portæ 45
Iecur suillum 230
Ignorantia priscorum Latinorum & Græcorũ 499
Iliadis Homericæ encomium 91
Illa uerò 178
Impendia 105
Imperatorum Rom. in bello potestas 344
Imperatorij nummi 657
Imperia magna sine prudentia retineri non posse 89. & 90
Imperium Augusti 314
Imperium non tam armis quàm literis & parari & retineri 88
In diem uiuentes 589
Incendium magnum 362
India quantum hauriret opum Romanarum 414
Indictio 298
Industria ueneficij rea 682
Ineptus, & innocẽs ut Græcè dicatur 36
Infrà quàm 226
Innocens Græcè 36
Innocẽtia fretus animus 737
Inquirendum etiam in scripta antiquorum 553
Institutionum Iustiniani locus 148. & 149
Insulæ beatorum 746
Integritatis custodia in administratiua uita difficilis 772
Integro statu decedere 773
Intellectus 42. & deinceps
Intellectus nouus ad l. si hæres, ad leg. Falc. 116
Interpolis humanitas 733
Interpretis Bibliorum lapsus 734
Intrà quàm 227
Ioachim rex Iudæorum 483
Iob liber eschematismenos 21.23.758.
Iocũdus, seu Iucũdus Veronensis archit. 401.603
Ioannes Euangelista 758
eiusdem locus 631
Iosephi libri perperam uersi 495
Iouis capitolini templi deauratura 365
Iouis tesseræ bene semper cadunt, adagium 433

Ἵππαρχοι 304
Iræ sedes 62
Iromus rex Tyri, qui & Hiram, 472. 497. Solomoni amicitia iũctus 496
Irudo, sanguisuga 43
Isidorus Hispal. 511. & 548
Isodion, & isodios 350
Isphoræ 534
Italia armentosa 622. auriferax 397. bonarum literarũ magistra 667. eius fertilitas 520
Italici 667
Italiscriptores 80
Italorum industria 586
Italis primas in literis defert 80
Iudæ proditoris ꝑfidia 633
Iudæa 488. ueritatis incunabula 504
Iudææ terræ solum 489
Iudææ uexatio à Nabuchodonosor 484
Iudæi commerciorũ ignari 492. Græcis et Lat. olim incogniti 491. 493. 494.
Iudæorum disciplina militaris 488. opulentia 468
Iudæorum de antiquitate libri 496
Iudicij dei terror 715
Iugerum 17. eius mensura 17. & 521.
Iugerum quadratum 521
Iugerum seu arpennum Parisinum 522
Ius aulæ moribus constitutum 746
Ius gentium 675. prætoriũ 625. summum 745
Iuris canonici libri 727
Iustitia diuina 875. eius seueritas 712
Iustinus martyr philosophus 40. & 498
Iustini locus 429
Iuuenalis locus 96
Ixionidæ 770

K

Κακουργία 542
Κατάδυσις 203
Κυαθίζειν 563

L

Laberius poëta 168
Lactaria 599
Lactes 46
Lagœna 514. & 616
Laidis meretricis procacitas 294
Latina lingua, discipula linguæ Græcæ 35

Laur

Laurentij Vallæ laus 553. eius lapsus 375. & 580
Lazarus Bayfius 312
Legionis unius stipendia annua 696
Legiones Rom. 323. 324
Lentuli auguris opes 352 701. eius mors 352
Leo decimus Pont. Max. 438. 720. 731
Leontini agri decumæ 519 fertilitas 521. & 676
Leptis, magna Tacape 685
Lesbiæ structuræ canones 727
Lestrigones 777
Lex Adrastia. 796. Cincia 659. Trierarchica 540. Sumptuaria 625
Legum uiolatio 256
Legũ uetustarũ mulcta pecore constabat 626. 622
Librorũ precium apud antiquos 290. 338. 339.
Librorum sacrorum lectionis fructus 761
Liberales disciplinæ ad plebem redactæ 64
Liberi patris imago preciosissima 279
Libertas Gallorum obsequiosa 298. eadem in Satyricis ludis 453
Libertorum quorundam opulentia 175. 214. 700
Liberũ arbitriũ 737. 801.
Libra antiqua 205
Libra apud medicos 554
Libra, as, mina, pondo idem 12. 121. 255. 569. 570.
Libra auri quid fuerit 245. 482. 611.
Libra auri argẽtiq; in iure 243. 255. 481. 654
Libra auri obryzi 623
Libra centenaria 245
Libra centenũm denariorum 304. centum drachmarum 159
Libra & ære liberare 694
Libra, quæ & marca, quot grossos capiat 163
Libra quot sestertijs constaret 147
Libra Parisi. zygostatica, nũmularia 163. 556. 650
Libra Parisina & Turonensis 372
Libra Parisina, Romana quadrante maior 475
Libra Romana eadem cum mina Græca 163. eius modus

dus deprehensus 559
Libræ argenti preciũ 165
Libræ diuisio 163
Libella 104.& 105
Libripendes 105
Liburnicæ C. Cæsaris cedrinæ 651
Lingonensis ager auri ferax 396
Literæ ab Hebræis inuentæ 494
Literarũ numero æquabantur calices bibentiũ in hilarioribus conuiuijs 560
Literarum peritiam Gallis asserit 55. cur tandiu in Gallia iacuerint 87
Literarum precium atq; honos 198
Literæ unciales 21
Litera 569
Liturgiæ 534
Lituus 716
Liuij epitome, corrupta in quibusdam 640
Liuij locus 142.207.209.140.204.206.207.268.281.376
Λοχαγοὶ 304
Locus aĩaduertendus 451.502.542.679.754.801.
Logodædali aulici 794
Locorũ status mutari 483
Locorum uocabula in sacris literis ex alijs autoribus non agnoscuntur 483
Logodædalus Proteus 289
Logos, filius dei 757
Lollia Paulina 98
Lollius Paulinus 169
Loricatorum uertex 810
Loti arbores preciosæ 331
ad Lotophagos hærere 752
Lucæ Euang. locus 592
Lucani locus 346
L. Crassus orator 330.331
L. Flori tempus 639
L. Scipioni peculatus obiectus 282
Luctus memorabilis 422
Lucullus subita iniquitate fortunæ destitutus 346. eius diuitiæ 222. luxus ibid. otium 347
Ludouici XI. dictũ de opulentia regni sui 454. eius & Mariæ Anglicæ connubium 460. eius ultima tempora & mors 783.804.& 805
Ludus, id est, schola probandi nomismatis 270
Lucrij

Luerij Aruerni diuitiæ 395
Lugdunus urbs 393
Lugdunẽse argyrocopium 392. ara ibidem
Lunæ coitus, interluniũ 24
Luscinarum precia 157
Lusitanici aurei uncial. 692
Lusus aleæ immensus 406
Lutetiani soli fertilitas 685. uide Parisinus ager.
Luxuria prodigiosa 411
Luxuria Ro. 191.229.312
Lydij lapidis usus 261
Lysanias comes tristitiæ discussor 798

M

M, quæ nota fuerit 246
Macedones inter Græc. 88
Macrobij locus 235.243.502
Macrochir Darius, Longimanus 415
Maduit iam, & contractus est, prouer. Gall. 793
Magi, Persarũ sapiẽtes 90
Magiæ uanitas 503
Magiriscus 354
Magister equitum, loricatorum uertex 810.814
Magistratus bene gerendi difficultas 804
Magistrat. monitores 801
Magistratuum inuicẽ reuerentia apud Rom. 753
Magistratuũ Romanorum commoda 342.& 347
Magist. in prouincias profecturis dari solita 349
Magnificentia ueterũ multo erat nostra hodierna amplior 652
Maleficiorum mulctæ 624
Mameæ nomismata 657
Mamurra, præfectus fabrûm Cæsaris 221
Mancipium 757. eorũ pretia apud Romanos 230 659
Manethon historicus 492
Maniliana oratio 347
Mansionum dispositio 415
Manũ de tabula tollere 279
Manibus diem dicere 662
Manubiæ sacræ 463
Marca 162
M. Philosophus 254
Marci euãgelist. locus 631
Mareschalli, polemarc. 814
Margaritarũ haustus 409
Margaritæ Cleopatræ & Seruiliæ, & de his plura 217.& 220

Marij domus 315
Marlianum prædium 523
Maronis cēnsus 341
Mars & Venus Vulcanijs uinculis irretiti 765
Mars ultor 326
Martialis epigramma explicatum 128
Maßilienſe gymnaſium 85
Maßilienſes dotes 628
Martiani locus 403
Matthæi euangeliſtæ locus 629.676.687
Mathematici cardines 31
Mathematicorū mos in demonſtrationibus 195
Medicus uulnerarius 194
Medicorū improbitas 194
Medicorum pondera 554
Medicorū præmia memorabilia 101.192.200.338
Medicos multos eſſe quàm paucos, cur melius habitum eſt 194
Medimnus 512.513.515.519
Medimnus, mumna apud Gallos 611
Medium inteſtinum 45
Megalia dotata 627
Mellita quæ dicantur 412. 598
Melophori 425
Memnonia regia 417
Menander Epheſius hiſtoricus 497
Mendacij obiectionē ut Cicero eluſerit 332
Menſorum uocabula 16
Menſtruæ uſuræ 113
Menſurarū cōſideratio 510
Menſuræ regiæ 549
Menſuræ Pariſienſes 550 607. retinēt uocabula antiqua 611
Menſurarum & ponderū et uaſorū reciproca probatio 595. & 600
Mentis à uultu diſſonantia, ſupplicium graue 774
Merces ingenia exacuit 87
Merces pretioſæ 385
Mercurius, Chriſtus 757
Mercurius inſtitor eſt quæſtus 702
Meretricum pretium 620
Meritare 233
Meroë inſula & urbs 483
Merulæ lapſus 107
Menſenterium 45
Meſopotamia 488
Meſuranium hypogeon 31
Metalla auri in Gallia 393. nunc exhauſta 397
Metallis abundat Hiſp. 928
Metella uxor Syllæ 365
Metreta & cadus 577
Michaël Bodetus 397
Mictum poëma 22
Millia apud Græcos ſimpliciter dicta, drachmarum intelligenda 286
Millia æris 146
Mille æris 151
Mille aſſes, aurei decē 360
Mille millia auri 480
Mille denarij 235
Mille nummi quantum ualeant 107. & 167
Mille talenta 295
Millia & ſeſtertia idem ſignificant, eademq; nota ſcribuntur 370
Milliartus, millionum millio 401
Millies centena millia, myriadū myriada ſign. 402
Millio numerus 212.402
Militare ſtipendium 641
Militaris diſciplinæ inſtauratio 810
Militaris ſeditio 694
Milites cauſarij 584
Militum moleſtiæ 745
Militum donaria præter ſtipendium 697
Miloniana cauſa 360
Milonis æs alienū 357.359
Milonis Crotoniatæ uoracitas 574
Mimographi poëtæ honorarium 168
Mimorum pretia Ro. 240
Mimnus, minot Gallicè 515
Mina, libra, pondo, idē 121
Mina At. 121.204.884.286
Mina Gallica 515
Mina Italica 206
Minerua aſtes, præſtes 63
Minerua Achilli inſtans 63
Minerua in Athenæo colenda 769
Minerua Pallas cur fingatur Iouis cerebro nata 89
Mineruæ clypeus 409
Mineruæ idem numen & Palladis 88
Minutum 16
Meſopatrides 701
Mithridatis aureum ſimulachrum 347
Mixtura in nomiſmat. 660
Mna & mina, idē 122.278 550
Modeſtini iuriſconſulti locus

cus 116
Modius 546.& 549
Modius tritici quantũ ponderet 595
Modij Parisini capacitas 549.& 606
Modij Romani magn. 550
Momentum 16.& 253
Monetæ imminutæ crimen 256.& 636
Monetales uiri 630
Monetarij redẽptores 262
Moralitates 454
Moses populum ex Aegypto deducit 490 eius ætas 484.497.499.lib.759
Mulctarum modus 624
Muli Mariani 714
Mulieres seruis se misc. 700
Mulli piscis ingẽs pretium 96.243.409.669.
Mulctæ antiquæ Romanorum 621
Mulctarũ modus 621.624
Munerũ præstandorũ mos apud Romanos 344
Muræna 225
Murænarum ingens numerus atq; adeò pretiũ 226
Muris pretiũ in fame 277
Mutianus 411
Myrias 212.& 583
Myrias myriadum, Græcis maximus numerus est 402
Myriades drachmarũ, quid ualeant 132
Myriades Græcorum 292
Myrtites uinum 574
Mythistoria 491

N

Nabucodrosorus, Nabucho donosor 487
Nabuchodonosoris occasio ad Iudæam inuadendam 484
Narcißi liberti diuitiæ 215
Natalitiorum obseruationes 31
Nati intra pomœria 451
Naturale corpus 38
Nauis magnitudo ac uastitas miranda 643.646.647
Naues antiquorum 653
Naues onerariæ 652
Nauium priscarum cum nostris collatio 641
Nautica usura duplex 115
Nautici fœnoris exemplum 115
Nazian

Naziãzenus et Basilij 750
Nec uerò 180
Nectarites uinum 574
Negotiatorum cõsensus in auri pretio 260
Nemesis Adrastia 83
Nequam 250
Nero magiæ studiosus 503. senatũ castrat 701. quãti funeratus 130. theatrũ auro operuit 405
Neronis alea, domus 100. 406. impietas aduersus Christianos 499. prodigalitas 160.407.411. statuta 383
Nestores in rep. 814
Nicolai Perotti erratũ 159
Nitocris regina 486
Nobiles Anglici nũmi 259
Noctuam Athenas, prouerbium 620
Nomades & Nomadũ more uiuere 767
Nomentanus ager 685
Nomi.i. præfecturæ 369
Nomina ab asse & uncia deriuata quid significent 616
Nomina uasorum 48
Nomophylacium 807
Nomophylax 445
Nomismatis extenuatio ac imminutio 654.660
Nomismata Franciæ prisca 655
Nomismata prisca 253. eorum ususfructus olim legebatur 256
Nomismata aurea Budæo expensa 160.252.658
Nomismatum priscorũ abrogatio perniciosa 661
Nomismatum signandorum institutum. 661
Nonagenarius aspectus 30
Non sine Theseo facta esse memorabilia gesta, ut intelligatur 90
Normanica pomaria 51
Nonußis 12
Nos numerus sumus 462
Nosse seipsum, operæ pretium maximum 737
Notæ antiquorum tam in numeris quàm in denarijs & sestertijs 246
Noxa primigenia 720
Noxa, quæ & Ata 588
Numerandi ratio apud priscos Latinos Græcosque 400.402

Numerus maximus apud antiquos 537
Numeri apud autores deprauati 639
Numeri apud Plinium sæpe mendosi 180.278
Numerorum antiquæ notæ 249. uocabula 212
Numerorum corruptionis in autoribus occasio 188. 186.246.247
Nummariã res, & eam concernentia 256. & deinc.
Nummaria ratio aliquando mutata 256.635.636. 655
Nummariæ rei difficultas 276
Nummariæ rei ratio apud Græcos 618
Nummariã rem Romanam constitui posse 629
Nummulariorum præfecti 264
Nummus aureus 244
Nummus & sestertius idẽ, 106.226
Nummi appellatione sestertius intelligitur 269
Nummo addicere, & mancipio dare 106
Nummi aut sestertij centeni, aureũ ualebant 147
Nummi gemmarum uice 256.654
Nummorum imminutionis causa 256
Nummorũ significatio 617 & deinc.
Nuptiæ solennes 422
Nuptiarum Alexandri magni luxus 423
Nus seu νῦς 40

O

Oblationes 297
Obnuntiare 65
Obnuntiatio augurum 731
Obolus 16.114.554.618
Obseruare ad limen 432
Occasus 31
Otium Luculli 347
Octantes 13
Odores uino commodi 609
Odyssea errorum 712
Oenochoë 564
Oenophorum 614
Officinæ Parisienses 355
Officium magistratus 481
Officiorum nouorum excogitator Augustus 351
Οἶκος 544
Olei uilitas Rom. 151.152

Oligarchia, regio nomine prætexta 63
Ὁλκή 122
Ὁλύρα 599
Onomatheres 590
Operæ dodrans 48
Opertanea sacra 744
Ophir insula, quæ & Vrphe 482
Opifices etiam iudicabant apud Athenienses 528
Opimianum uinũ 662. eius pretium 664.674
Opobalsami pretium 669
Optimus maximus 724
Opus materiam decuplo superans 354
Orationes suas Cicero emẽdabat 125
Orca 607. Orchestra 453
Ordinũ ductores rationem deo reddituri 745
Organicum corpus 38
Orosij locus 315
Otacustæ 742
οὐ μὴν ἀλλὰ 180
οὐδὲν πρὸς τὸν διόνυσον 279
Ouis masculi generis 622
Oues chrysomallæ 455
Oxybaphus 549

P

Palacæ 391

Paleæ 391
Palæ & paleolæ auri 390
Palæmon grammaticus 681
Palæstina 488
Palladis & Mineruæ numen 88
Palladiũ regni Frãciæ 702
Pallãtis liberti diuitiæ 103. 214.700
Palmus 16.21.514
Paludati duces 92
Paludes patinarum 411
Pãdectariæ annotatiões 53
Pancficium Parisiense 592
Panis tria genera 594
Panis ciuilis 597
Panis quotidie absumẽdi ab uno homine modus 592
Panes & obsonia ex auro, 400
Panes Græganici 600
Panes Iulij põt. Max. 599
Panepistemõ Politiani 514
Pannonica seditio 694
Papiæ leges multæ 149
Paralipomenon locus 478
Parasanga 415
Parcarum cõmentaria 758
Parisini agri fertilitas 677. 686
Parmenio si essem, pecuniã quàm gloriã mallẽ, Ale-

xandri dictum 428
Parricidarum pœna 609
Parthi 320
Paryſatis, Ochi regis filia 422
Paſtinare, renouare 680
Paſtos 77
Patina Aeſopi tragici hiſtrionis 241. Vitellij 411
Patriæ charitas 79
Patrimoniorum profligatores multabantur 509
Paulus Aegineta 654
Pauli Aemilij triũphus 179
Pauli Cos. corruptela 357. 700
Pauli iuriſcõſulti locus 116
Pauonum pretia 226.409
Pauperes euecti, ſuperbiores 462
Pauperum ſubleuatio 540
Paupertas honeſta 700
Pax legatum extremum Chriſti 760
Pecoris eligẽdi ratio 148
Pecuati nummi 655
Peculatus 622
Peculiaris titulus à dominio differt 707
Peculium ſeruorum 600
Pecunia 109
Pecuniæ literatis ſacroſanctæ 463
Pecuniæ ſignandæ officina 399. ſignatæ uocabula 48
Pella urbs 476. Pelta 475
Pennas incidere, easq; renaſci 333
Penſitationum in Francia ratio 298
Pẽſitationũ tria genera 399
Peripatetici 504.740
Pentacoſiomedimni 524
Περονίτομι 232
Perſarum imperium 380 euerſum 416
Perſarum inſtitutum animaduertendũ 429. opes 368.414
Perſarum reges magni uocabantur 486
Perſarũ regis ceruical 427 ſcamnũ ſuppedaneũ ibi.
Perſarum regum conuiuia 291.295
Perſarum uia regia 416
Perſepolis regiæ Perſarũ excidium 417
Perſes ſemiaſinus 485
Perſica duracina 554. gaza 418. tributa 375
Perſicarũ opũ ab Alexan. capt
captarum ſumma 420
Perſicarum præfecturarum tributa 373
Perſicum talentum 469
Perſidis regionis immunitas 375
Perſij locus 12
Perſonalia munera 526
Perſcribere quid ſit 314
Pertica Pariſina 521.522
Pes in numeris 10
Pes in menſuris 16.514
Petra urbs 319
Pharao Amaſis etiam dictus 508
Philadelphi naues 645
Philhellenes Galli 87
Philippei nummi 271. 655
Philippei ſtateres 480.483
Philologia 585
Philopatoris nauis 645
Philoſophia cordatos facit 796
Philoſophia duplex 804
Philoſophia ethnica 762
Philoſophia propriè appellata 790
Philoſophia uera 762
Philoſophiæ libertas 800
Philoſophiæ placita omnia cõplexus Solomon 756
Philoſophiæ uigilantia 797
Philoſophiam homini neceſſariam eſſe 778. & dein.
Philoſophi reipu. gerendæ non inepti 781
Philoſophi reſpublicas administrantes 798
Philoſophorũ ſectæ 740
Phlegon hiſtoricus 502
Phœnice 487
Phœnicia aliquando dicta Palæſtina Iudææ 494
Φοροὶ, uectigalia 300
Phylarchi 317
Picturæ honor 200
Pincerna 564
Pinta 616. Pinta Pariſina 549
Pyræum 534
Piſcinæ memorabiles 224
Piſcinarij inſignes 224
Piſtoria opera 598
Pitharchici Franci 298
Planipedes & mimi 749
Planus Horatianus 766
Platanus uitisq; aurea 426
Platonis de uniuerſitate liber Latinus à Cicerone factus 15
Plebis miſeria 432.743.747
Plinius ab oĩbus annotatur 588

588. autor excellentiß. 355. an Dioſcoridẽ legerit 571. è medicorũ libris multa hauſit 553. interdũ memoria defectus 25. Liuiũ ſequitur 640. nõnunquam ſecũ pugnat 550
Plinij collectanea quãti potuerint uendi 339
Plinij erratum 27
Plinij hiſtoriæ utilitas 184
Plinij ingenium 277
Plinij laus 25. uanitas 504
Plinij locus 11. 13. 14. 19. 20. 24. 25. 26. 27. 30. 99. 106. 149. 154. 156. 159. 171. 175. 178. reſtitutus 189. 192. 194. 193. 194. 195. 200. 214. 225. 226. 230. 221. 233. 238. 242. 247. 251. 255. 238. 267. 270. 276. 278. 295. 301. 313. 315. 319. 329. 331. 354. 356. 359. 362. 363. 367. 369. 291. 410. 413. 489. 497. 505. 506. 526. 546. 556. 571. 697. 602. 603. 614. 633. 634. 637. 638. 639. 640. 662. 663. 666. 676. 677. 680. 681. 682. 690. 746.
Plinij ſecuritas in rei nũmariæ æſtimatione 276
Pliniani numeri corruptiſſimi 180. 278. 359
Plin. iunior. dies fuit 339. Idem de Chriſtianis 300
Plin. iunioris in epiſt. locus 111. 140. 340. 629
Plutarchi in uitis locus 120. 126. 130. 214. 223. 280. 281. 286. 288. 292. 293. 294. 356. 582
Pluto & Plutus 777
Pocillatores 564
Podargus 765
Poëmatis genera tria 22
Poëtæ Græcorum antiquiſſimi 491
Poëtarum & rhetorum ſalaria annua 196
Poliorcetes Demetrius 644
Polybius, Annibalis æqualis 392
Polybij ætas 520
Polytropus 752
Pollex 16. 19
Pollicare 514
Pollis & flos 600
Pomeria intra nati 451
Pomorum mira pretia Romæ 150

Pompeius Magnus quantũ auxerit ærarium 299
Pompeij auctariũ ad popu. Ro. imperiũ 377. donatiuum 301. 302. liberalitas & animi magnitudo 344. 345. triumphus 296. 303
Pomponij Attici cõſtantia, ac frugalitas 336. eiuſdem cum Cicerone familiaritas ibidem
Pomponij iuriſconſulti locus 655
Pondus panis Pariſini 594
Ponderum, menſurarum ac numerorum ratio cognita 49. 596
Pondo, as, mina, libra, idem 12. 121
Ponderum nomina, as, bes, &c. 48
Põdo trecẽta Romana 392
Pontificatus ſummi dignitas Romæ 216
Pontificis creandi auguriũ optimum 731
Pontificij libri 727
Ponticum bellum Lucullus non confecit 346
Poppææ uxoris Neronis cædes 418. eius luxus ibi.
Popularis actio 80
Populus Gallicus obſequioſus ſuis principibus 431
Populi fex, baiuli &c. 594
Porcus Troianus 230
Portugallici aurei 691
Potores inſignes 547
Prælidum 400
Prædiorum penſitationes quando cedant 110
Præfecturæ Parthorũ 414
Prærogatiua tribus 67. 731
Præſcriptis uerb. agere 32
Præſules unde dicti 77. 717
Prætorium caſtrenſe Alexandri Magni 425
Prætorium ius, & prætoria poteſtas 65. 625. 713
Prætorianorum militum ſtipendium 696
Præuaricationis indignatio 658
Precario poſſidemus quicquid habemus 711
Primarius panis 594
Primigenia noxa 720
Principes Romani Imperatores dicti 189. nomine regio abſtinuerunt 379
Principũ obſeruatio q̃ difficilis

cilis, quamq; grauis 769
Prisciani locus de ponderibus 203.205.206
Prisciani non esse opusculum illud de numeris & ponderibus 246.511
Priuata ratio 386
Priuati hominis æs alienum immensum 215. diuitiæ memorabiles 386
Probandi nomismatis ludus pagina 266
Proconsularis potestas 624
Profusor opum memorabilis 400
Prometheus 757
Pronœa, sophia 751
Pronuba legatio 95
Propedeumata 753
Prophetarum sacrorum oracula 755.756
Πρὸς λεπτίνην, apud Leptinem 534
Proteas, uinosus 572
Proteus, deus marinus uetus statis typus 273.288
Protogenes pictor 279
Prouidentia 751
Prouinciæ Augusti, & prouinciæ populi 318
Prudentia unde sit 63. quæ sit 89
Prudentia unde homini ingeneretur 89
Psegma 367
Psephisma plebiscitum 113
Ptolemæus Auletes, Cleopatræ pater. 385
Ptolemæus Cypri rex confiscatus 748
Ptolemæus Philopator 645
P. Clodij domus 357. factio 348
Puerperia numerosa 233
Pulmentariũ ferè omnes ad panem adhibent. 594
Punctum 16
Purpura ignota hodie 189
Purpura insigne Romanorum imperatorum 190
Purpuræ pretium 189
Pustulatum argentum 263
Putei Annibalis 990
Pyctacium 325
Pyramides Aegyptiæ 506
Pyrum anginarium 728
Pythij Bithynij diuitiæ memorabiles 688.742
Pyxides argirocopiorum 266

Q

Quadragies sestertiũ, 168
Quad

Quadrans 16.48.49.147 561.616
Quadrantes ærei erãt 632
Quadrantal 20.511.600. 601.603
Quadrantalis aspectus 30
Quadrata forma 513
Quadresis 12
Quadrigati nummi 635
Quadringenis in pũctũ sestertijs aleã ludere 406
Quadringẽta sestertia & quadringenta millia 121
Quadringẽties sestertium pagina 124
Quartarius 612.614
Quaterdecies et quinquies decies 396
Quatuor euangelia 797
Quinarius numerus 146
Quincuncialis herba 20
Quincuncialis ordo unde sit appellatus 50.51
Quincuncialis ordinum ratio 49
Quincunx in poculis 561
Quingẽties sestertium 133
Quinquagenaria amphora 604
Quinta natura, seu quinta essentia 41
Q. Catuli domus 331
Quintiliani opes 197
Quiritare 243

R

Ramentum auri 375
Ramẽtitium aurũ 372.375
Ratio priuata 386
Rationis sedes 62
Rationes posthumæ 743
Reditus regni Frãciæ 297. imperij Romani 381. Aegypti 384
Redimitum caput 782
Regalia 297
Reges deuicti currum iniugo trahentes 487
Regum felicitas 74.
Regũ libri tertij locus 478
Regia libra 163
Regia maiest. express. 655
Regij cõsiliarij quales esse debeant 63
Regij nominis odium apud Romanos 379
Regina Saba 483.497
Regna in prouincias redacta 387
Religione exolui 721
Religione publica consecrati 722
Reliquiæ sanctorum 713

Remorum longitudo immanis 645
Reorum exemptor 744
Rependere auro 200
Res omnis in assem eiusq; partes diuiditur 19
Rerũ potiri sine prudentia & literis non potsis 90
Resp. abusiuè dicta 699
Respublica hæres institui non poterat 341
Respublica ut bene administretur 434
Reip. excenteratores 763
Reip. mala unde 805
Rhetorum & poëtarũ annua salaria 413.198
Rhodites uinum 575
Roboris miraculum 475
Roma olim auri indiga 266.267.627
Romæ amplitudo 356
Romana ditio quàm latè patuerit 316. ut administrata sit 317
Romana iura ab Athenien sibus 625
Romana opulentia & luxuria 156
Romanæ uires se ipse cõfecerunt 655
Rom. imperij magnit. 302 opes 170.385. ratio 320 reditus 381.414 termini 378. uires quantæ fuerint 311
Rom. aurei didrachmi 284. eorum ualor 398
Rom. quõdã incogniti 493
Romanorũ capitum census Christo nato 322
Romanorum census Sylla dictatore 305
Romanorum imperiũ qualiter partum 88
Rom. numerus summus nõ ultrà centum millia 527
Romanorum priscorũ paupertas 628
Romanorũ tributorũ summa ex Plutarcho 296
Rosati nummi 258.655
Roscius histrio 234.235
Roscianum salarium Romæ 235
Roxanæ, Oxyartæ Bactriani filia 422
Rude donari 439
Rubri maris uectigal 385

S

Sabellicus 97.127.565
Saba, portus 483

Sabæ oppidum 482
Sabæi populi ibidem
Sacerdotium opimum in Ponto 345
Sacræ doctrinæ dignitas, atque amplitudo 760
Sacræ res, uerborũ fucum respuunt 755
Sacrarium ueritatis 758
Salamandra 570
Salgamaria uasa 607
Salinarum institutio 385
Salinator unde dictus ibidẽ
Samijs uasis non litandum pagina 751
Sanctio pragmatica 702
Sanctorum priscorum constantia 723
Sapientes huius muidi 765
Sapientia circa quæ uersetur 89
Sapiẽtiæ studij fructus 760
Sapiẽtia Solomonis 734. erratà indidem ab interprete 734
Sardanapali pyra & opes 473. exitus ibidem
Sarcta tecta 721
Satanas 589
Satio agrorum 526. & dein.
Satrapiæ Persarum 368
Saturnus Belo æqualis 484
Saturni ædes 789. seculum pagina 485
Satyricorũ Francorum licentia 453
Scamnum suppedaneũ Persarum 427
Scarus piscis 408
Scauri ædilis magnificẽtia 362.263. miranda opera 172. luxus 368. theatrũ 409.405
Scena sumptuosa 369
Scena est uelut uita nostra humana 742
Scenæ decus, proceres 466
Scenicorũ figuræ 453. quæstus 240
Sceptici philosophi 449
Schemata 21.22. corum usus 23.24
Scipio quãtum attulerit patriæ 312
Scorta diabolaria 621
Scripturæ sacræ lectio 766 præstantia 755. & dein.
Scripta ueterum expendenda 553
Scrupulum 16.17.18.203. 245.259.261.262.321

Scurræ albati 772
Sculptores insig. 353.354
Sectæ philosophorum 741
Sectores 772
Secularium literarũ studiũ sapientiæ an obsit 738
Seculum aureum 483
Secundis rebus insolescẽtes 773
Sedere in ordinibus 780
Seditio militaris 694
Selibra panis 593
Sementis ratio 523.524
σεμίδαλις 599
Semigrossus 163
Semiobolus 16
Semipes 514
Semisextariolus 560
Semisses usuræ 667
Semissis aspectus 30
Semuncia 15.16.18
Semuncia nummi 361
Semuncia uenire bona ibid.
Senarius, perfectus num. 19
Senatoribus salaria constituta 197
Senatorius cẽsus, duodecies sestertium 127
Senatus collatio exacta à Nerone 408
Senatusconsulti Claudiani abrogatio 700
Seneca philosophus admodum diues 352.672.684. 685.701
Senecæ accusatio ad Neronem 684
Senecæ locus 178.249
Senecæ uineæ 683
Septem Græciæ sapientes quando extiterint 491
Septuaginta cellulæ in Aegypto 498
Septunx 20.561
Sepulcra regum Aegy. 506
Seria 606. 616
Sermo filius dei 757
Sermo interior et exterior 775
Seruiliæ Bruti matris margarita 218.221
Seruitia picturam non docebantur 202
Seruitus spontanea 764
Seruius Tullius Romanorũ rex 526
Seruorum cura maxima habenda 214
Seruorũ ingẽs numerus 214
Seruorum Romanorum frugalitas 600
Sesculysses 9

Sesunx, sesuncia 7
Sesuplum, sexuplum 7
Sesostris regis superb. 487. 507
Sesqui 8.9.10
Sesquialter 8
Sesquipondium 191
Sesquunx, sesquuncia 9.12
Sesquiplum 9
Sestans, uide sextans
Sestertiũ in recto casu 142
Sestertium bis & uicies millies à Nerone, prodigè effusum 407
Sestertium decies 241. 628. duodecies 242. 211. quaterdecies 141. tricies 127. quadragies 169. sexagies 236. 335. cẽties 170. 283. 341. ducenties 336. quadringenties 170. quingenties 133. nouies millies 411. bis & uicies millies 407. uicies & septies millies 400. quadragies millies 413
Sestertius nummus 48.105 106.617.660. unde dictus 121
Sestertius nunquam æreus fuit 149
Sestertius denarij quarta pars 269
Sestertius centenis aureis æstimatus 148
Sestertij in genitiuo 139
Sestertij & denarij æstimatio 172
Sestertij nota 149.177.233. 247. pondus 554. ualor 96.146.173.516.678
Sestertij uocabulum Græcis ignotum 279.299
Sestertio in ablatiuo nonnunquam dicitur 138
Sestertio quadragies 140
Sestertia centum, & sestertiũ centies, quid dif. 122
Sestertia quadringenta, & quadringẽta millia sestertium nummorũ idem 121
Sestertia sexcenta 234
Sestertia singula, millia singula nũmorũ sign. 121
Sestertia tria millia parum Latinè dicatur 141
Sestertia triginta 334
Sestertia unde dicta 121
Sestertiorum æstimatio 165
Sestertiorum uarietas 637
Sestertiũm pro sestertiorũ per syncopam 138

Sestertijs Græci non numerabant 299
Sestertijs millibus corruptè apud autores legi 157
Sestius Niger 371
Sexagenarius aspectus 30
Sexcuplũ et sescuplum differunt 9
Sextans 49.618
Sextantarij asses 635
Sextantarij modi 367
Sextantes pro assibus 636
Sextarius 510.544.546
Sextarius octo pintas capit pagina 549
Sextarius bilibris 579
Sextarius Gallicus 515.519
Sextarius Roma. 554.560
Sextarius uini 664
Sextula 15.18
Sextus & Sexagenarius aspectus 30
Sextus decretalium & Clementinæ 727
Siciliæ frumentum 517.518
Siciliquum 16.18.24
Siclus 470.505.506
Silẽtiũ magno redẽptũ 530
Siligo quid 598
Siliqua 16.49
Siliquæ granum 261
Similago, similaginis 597
Simon magus 503
Simoniacos taxat 704
Simulachrorũ cultus quando institutus 484
Simulatores perstring. 468
Simulationis difficultas 79
Sitometrium 592
σίτος ἄλιτον 111
Solatorum aureorum ualor 260
Soli stupenda fertilitas 687
Solidus 480.655
Solidi, aurei 664. duodenarij 166
Solidi Parisienses & Turonenses 372
Solomon & ditissimus, & sapientissimus 734
Solomon encyclopædiã absoluit 739
Solomon in ænigmatibus à puero uictus 497
Solomon trismegistus, sapientiæ antistes 759
Solomonis epistola ad Vaphrẽ Aegypti regẽ 471
Solomonis philosophia 505
symbola 753
Solomonis et Dauidis opes pagina 488

Solon

Solonis mensuris utũtur Parisienses 613
Sophene 488
Sophia, quæ & pron. 751
Sophistæ dicendi magist. 86
Sordes trib. pl. ac cos. insignis 361
In Sordibus esse 93
Sorites 741
Spartianus inter classicos autores nõ censendus 141
Spes ambitiosorum 771
Spicæ mutilæ, non aristatæ 523
Spira 99
Spiritualia quæ dicãtur 724
Spithamæ 16
Sportula, centum quadrantes 617
Stannum 578
Stare ad cyathum 563
Stater 16.480.639
Stater Atticus aureus 255
Stater multiplex, Cyzicenus, Atticus, Persicus, Lysimacheus 691.692
Stathmi, mansiones 415
Statyra Darij filia 425
Sterlinus quid 162
Stertinij medici ingens quæstus Romæ 192
Stipendiũ medicorum Romæ 192
Stipendium militare 641. 693.696
Stipendia emerita 585
Stoici 780
Stipendia implere 761
Stomachus propriè dictus 615
Strabo quo tempore fuerit 316. eius autoritas 85
Strabonis locus 202 392. 610
Studiorum quis tenor tenendus 750
Sub uexillis retineri 696
Subsiciuum 17
Suetonius de Christianis 499.501
Suetonij locus 101. 138. & deinceps 272. Vide Trãquillum
Suffenus sibi quisq; 802
Suidæ locus corruptus 477
Suillæ carnis salsura 616
Suillum iecur 229
Suillius accusator 658
Summa opum maxima 420
Sũma pecuniæ immensa 312
Summum bonum 737
Superbiæ abijciendæ exem-

plum 427
Superfœtatio mirãda 233
Supplicia æterna ut euitemus 714
Suprà quàm 276
Super chœnicen ne ſedeas pagina 589
Superbia, cupiditas, uoluptas, Geryones tergeminus 779
Superindictiones 298
Sus ganeæ aptus 229
Suum ſaginatio 230
Suſa, regia Memnonia 416 417
Suſiani theſauri 417
Sylla 20. talẽtûm millia imperauit Aſiæ 303
Sylla uxorem languidã repudiat 365
Symbola 753
Symmoriæ 531.532
Symmoritæ 537
Sympoſiacus antiquorum mos 560
Synclides, cõuenæ 393.394
Sytaxis Athen. 533.538
Syria terrarũ maxima 488
Syrorum nomen 489

T

Tabularum pictarum prætia 200
Tacitus ſcriptorum uecordiſſimus 500.501
Taciti locus 104
Taciti pulcher locus 659. reſtitutus 660
Talentum 210.286.290
Talentum Aegyptiũ 268. 486
Talentum apud Homerum 480. apud Pollucẽ 371. Vitruuium 477
Talentũ Atticũ 203.204. 239.276.279
Talentũ Babylonicũ 368. 468.
Talentũ Euboicum 207. 373
Talentum Hebraicum 505
Talentum magnum 207
Talentum nummariũ 481
Talentum ponderale 482
Talentum proſiclo 473
Talẽtũ Siculũ duplex 477
Talentûm x x. millia Aſiæ à Sylla imperata 303
Talẽtum unum tantũ apud Hebræos 457
Talenti conſideratio 203. 209.210
Talenti ſignificatio 480. ualor 287.292.396.478 uariatio apud authores 208.477
Talenta auri uiginti 202
Talenta non fuiſſe æqualia auri & argenti 477
Talenta omnia ad unam formulam redacta 372
Talenta Pariſina 651
Talentorum auri pretium 338
Talentorum uocabulũ Romani ignorabant 358
Talthybiadæ 75.884
Tantali talenta 762
Tapetes precioſi 363
Tarara 393
Tarbelli ibidem
Tarius Rufus 701
Τάξις 481
Tecmoſis dictus eſt rex Pharao 498
Tele 300.534
Telephium uulnus 96
Templum Solomonis quanto tẽpore extructũ 471. 475. quanto ſumptu 473.
Teneſis regio 483
Terræ mira fertilitas 676. 686
Terreſtris uſura, & nautica 115
Tertull. locus memorabilis de Chriſti morte 502
Terumcius 148.617
Teſſera & cubus 511
Teſſera hoſpitij 726
Teſſerarum conſtituendarum ratio 513
Teſtamentũ domini in procinctu nuncupatum 347
Teſtamentum ut rumpatur 714
Tetartemorium 30.48.519
Tetradrachmum 204.687
Tetrobolum 620
Thalamegos nauis fluuialis Philopatoris 651
Thalthybius, Agamẽnonis caduceator 485
Tharſeis inſula 482
Theatrũ auro opertũ 405
Theatrum M. Scauri 362
Theodorus Gaza 46.572 eius lapſus 579
Theramenes aulici 795
Theriotrophium 230
Theſeia amicitia 767
Thetes, opifices 524
Theticus cenſus 521
Threnodiæ 725
Thucydides ab exilio ob hiſtoriam reuocatus 197
Thucydidis locus 641

Tiresias Thebanus 735
Tiridates 407. Romam cur uenerit ibidem
Togati & infulati 92
Tollonones et tollones 250
Tollere manum de tabula nescire 279
Tonelli 609
Tracti de cœlo 725
Traiani animus erga Christianos 501
Tranquillus de Christianis 499.500.501
Trãquilli locus 22.97.129. 189.304.359
Tranquillitas animi 761
Trecena pondo Romana 392
Treßis 12
Triceßis ibidem
Tribules 501
Tribunitia potestas 624
Tribus Athenienses 533
Tribus erant Romæ xxxv 324
Tributum Iudaicum 688
Tributum Athenienses non pendebant 531
Tributum pro modo census Romæ exigebatur 382
Tributa & uectigalia dißerunt 300
Tributa Persica 374
Tributa populus Romanus pendere aliquando desijt 387
Tributa populi Romani 377.378
Tributorum populi Romani summa 396
Tributorum tolerans Francia 454
Tributis argentum imperabant Ro. non aurum 353
Triclinariorũ Babylonicorum ingens precium 186
Tricongius Torquatus 568
Triens 16.146.281.506. 561.617
Trientalis aspectus &c. 30
Trientarium fœnus 119
Trierarchia Athenienßis 531.534.537.540
Τρίμοιρον 30.48
Trioboli homo 620
Triobolum 623. eius nota ibidem
Tripatinum 409
Triremes & quinqueremes & ulteriora uocabula 644
Tritemorum 619
Τριτὶς 578
Triticum Francianum 536
Tritici fertil. in Africa 675
Tritici pondus 538.561.596
Τριτημόριον 47
Τρίτον ἡμιδράχμιον ibidem
Trittyes 533
Triumuiralis partitio 310
Triunx & triuncis 146
Trogi locus 396
Troianus porcus 230
Tropus orationis multiplex 726
Turdetania eadem, quæ & Bætica, aurifera 389
Turdus uocalis 158
Turdorũ precium 228.229
Tutelares regni uirtutes 811
Tiberij rapacitas 404
V
V litera, quæ nota 246
Valerius Maximus Plinio antiquior 331
Vaphris regis Aegypti responsio ad Solomonem 472
Variana clades sub Augusto 324
Varronis locus 17.153.227
Vasa argentea preciosa 329
Vasarium 349
Vasorum differentiæ 607
Vasorum nomina, triens, quadrans &c. 48
Vectigalia bina eodem anno exigẽtes, ut reprimendi sint 308
Vectigalia omitti iubere cogitabat Nero 382
Vectigalia triũ generũ 381
Vectigalium imminutio 116 659
Velites, uelitari 82
Veneti à Gallis bello lacessiti 435
Veniam à deo temere præsumentes 712
Veniales tesseræ 727
Venialia donatiua 73
Venire semuncia 361
Ventriculus 615
Venus Coa imperfecta 449
Venus Palatina dictus L. Crassus 364
Verbum unum improbum seuerè castigatum 625
Vergilius quantum receperit pro pauculis uersibus 341. eius sensus ibidem. eius aurei uersus ibidem
Verris furta 100.170

Veritas antiqs ignota 509
Veritatis cultus penes quos fuerit ante aduentum domini 503
Veritas in alto iacet 274
Veritatis uis 55.501.775
Verò particulæ usus 178
Veruactum 523
Verus imperator 254
Veterani milites 695
Vespasianus tributis & uectigalibus grauis 409. eius fauor erga literas 196. liberalitas 413
Vestæ ignis 703
Veterani 695
Veterũ autoritati quãtum deferat Budæus 26.32
Vetustas ut à priscis adumbrata 273. sub uexillis retineri 695
Vicena stipendia merere solitos ueteranos 695
Vicesis 12
Vicinorũ inuidia in re prospera 681
Vicissitudo rerum 442
Victimæ inauratæ 773
Victoriæ diuersæ alia atq; alia etiã monumẽta 508
Victus cuique sui reddenda ratio 508.509
Viginti talenta auri 202
Vinea domini 721
Vineæ colendæ ars 678
Vineæ consitio ibidem
Vinearum calamitates 675
Vinearum precium 678
Vinearum reditus uberrimus 672. & deinceps
Vineta cultui apud nos non semper respondere, quid causæ sit 673
Vinetorum Parisinorũ fertilitas ibidem
Vinitoris serui preciũ 156. 230.231.
Vinitorum priscorum industria ac frugalitas 674
Vinum Coum 601
Vinum Græcum 601.602
Vinum dulce 605
Vinũ recẽs ac mustũ suaue ætatem non fert 609
Vini amphora 548
Vini apud Parisios uilitas miranda 151
Vini parciores erant antiqui 367
Vini potores insignes 547
Vini precium apud priscos pagina 671

Vina ut seruarentur 671
Vinorum ætas 669
Vina annos ferre 216
Vinorum diffusio 608
Vinorum Francicorum uarietas ac præstantia 670
Virorum duorum proborũ exempla diuersa 446
Virtutis ac doctrinæ algor 786
Vitæ ac professionis suæ cuiusq; ratio reddenda 509
Vitellij luxus 100.408.411
Vitis platanusq; aurea 426. 427
Vitis prodigiosæ fertilitatis 685
Vitem tenentes Cẽturiones 704
Vitium cultura 672
Vitium obuenire 65
Vitruuij locus molestißimus 633
Vitruuij locus restitutus 404
Vlpiani iurisc. tẽpora 658
Vlysses Homericus 752
Vlyßis socij ibidem
Vncia 9.12.16.17.514. 664.665
Vncia apud medicos 554
Vncia agri 17. auri 260. uini 664
Vnciæ argenti ualor 265
Vncia auri plus quàm libra auri 255
Vnciæ distributio 165. scrupula 245
Vnciæ in libra quot ibid.
Vncialis altitudo 665
Vnciales literæ 12
Vnciaria usura 32
Vnctores, aliptæ 719
Vnio Cleopatræ 217. 219. Seruiliæ unio 220
Vnionum precia 218. 219. 220
Vocabula locorũ 483. mensorũ 16. pecuniæ signatæ 48. uasorum 49
Vomitandi consuetudo 408
Vranophron 791
Vrbanos magistratus ambitiosos taxat 768
Vrbes ut capiantur 89
Vrbis adornandæ studiosus Augustus 326
Vrbis ornandæ ratio 351
Vrna 547.612
Vrphe insula 471
Vsura centesima 109. sesquicentesima 111

Vsura ciuilis & legitima secũdum Iustinianum 119
Vsura drachmalis 112
Vsura duplex 115
Vsuræ hodiernæ 119
Vsuræ menstruæ fuerunt pagina 112
Vsuræ semisses 108
Vtilitas publica cum priuata quibusdam pugnare uidetur 443
Vulcania uincula 765

X

X. denarij nota 246. 279. 632
Xenium aduẽtitium magistratibus dari solitũ 350
Xenomania 441
Xerxes togatus, Lucullus dictus 225
Xerxis crudele facinus 742
Xestes 569.613

Y

Ὑφημιόλιος usura subsesquipla 118

Z

Zelus domini 437
Zeugitæ 524
Zoroastres 497
Zygostaticha libra 162

FINIS.



